et in hiis omnibus ponitur exemplum de
ebrietate. In quarto de modo expositivo qui
fit iiii^or modis et de subdivisionibus
eius hoc est cum nos concordantias pro
ponimus. secundum cum proprietas exponi
tur. tercium exponendo diversum sensum
querimus. quartum cum in expositionum confir
matione et sensuum varietate proprietates
rerum inserimus etc. Pars ista prima de doctrina
hominis pertinente ad predicatores secundum
documentum theorice. De ultima prima
de doctrina hominis pertinente ad predicato
res secundum experimentum practice quod
continet iiii^or partes. In prima agitur
de diversis statibus et officiis. In
secunda de sacramentis. In tercia de pre
ceptis. In quarta de penis et gaudiis.
In primo ergo ostendit quod de diversis statibus
et officiis diversimode debent fieri

Septima pars

predicaciones et secundum hoc forma
tur diversi sermones. Status autem di
versi ·3· 7· nobis occurrunt. Quidam
quedam pertinentia ad viros. quedam
ad mulieres. quedam ad sexum pro
miscuum utroque sunt viri et mulieres.
Eorum vero que pertinent ad viros
quedam pertinent ad prelatos. quedam
ad contemplaciones. quedam ad actio
nes. Eorum vero que pertinent ad prelatos. vero
sunt officia. scilicet prelatorum electio. synodi
et congregatio. promocio clericorum ordinatio
ecclesiarum consecracio. subditorum visitacio
Incipit registrum et primum de eodem
De prelatorum electione sermo pri
mus. Elegi vos de servi meum
Secundus. provideat dominus
Deus spirituum omnis carnis etc. De
synodo et congregacione sol et luna
obtenebrati sunt. secundus. nos sacerdotes
domini. tercius. pastores omnium simul
quartus. vindicavi qui fecistis vasa do
mini. quintus. venite filii audite me etc.
In celebracione ordinum. filii tui sic
novelle etc. Secundus. Omnia sanctificabo
minis etc. tercius. Sic nos existimet
In dedicacionibus. Sanctificavit ta
bernaculum. Secundus. domine dilexi deco
rem. Tercius. Ecce nova facio omnia
In visitacionibus. Quis accusabit
Secundus. ponam visitacionem tuam pacem
Tercium vero sunt pertinencia ad contempla
tivos et sunt novem status vel officia
Ad sollicitudine diligentes. Quere
bit sollicitavius et tardabit. Quartus. Qui
tus. Ad te levavi oculos meos
Ad fratres minores in capitulis
virum congregamini filii Iacob. Vel
errantes montes. Secundus. Factus est
repente de celo etc. Tercius. Vos estis ge
nus electum. Quartus. Fecit sibi rex ferculum
Quintus. Videns regina Sabba. Sextus
Ad theologos et predicatores. Surge me

in civitate tua et cetera Secundus. Apparuit illis
sensum bis. Ad scolasticos et scolares
sine fictione didici bis. Tercius. Pria
mus malivolam et cetera. Ad canoni
cos seculares Glosa dictum sunt perte
quater. Sed tercius tamen ad proposition
tantis quasi vulpes et cetera. Ad monachos
nigros. Omnia honeste et secundum or
dinem bis. Tercius. Considerate corvos
et cetera. Ad canonicos regulares consi
derate lilia agri et cetera. Ad monachos
primus sermo. Ecce nos reliquimus omnia.
Secundus in novitate vite ambulemus.
Ad monachos griseos sermo primus. In
caritate radicati. Secundus. Ecce quam
bonum et quam iocundum. Quedam sunt
pertinentia ad actiones et in quadrage
simo continentur sicut in subtitulis
continetur. Ad iudices et advocatos
primus sermo. Fidelem me existimavit
et cetera. Secundus. Iudex sapiens iudicat po.
Ad servientes ad hospitalarios pri
mus sermo. Iudicabo tibi o homo quid sit
bonum. Secundus et tercius. Estote miseri
cordes bis. Ad pauperes et afflictos
primus. In tribulatione patientes. Secundus.
Sana me domine. Tercius. Superhabundo gau
dio in omni tribulatione et cetera bis. Ad lepro
sos et abiectos. Primus. De temptationibus
et cetera bis. Tercius. Statutum est ut moreremini
dicens. Ad cruce signatos et cruce
signandos primus sermo. Vidi alterum an
gelum. Ad peregrinos sermo. Fratres. Ob
secro vos tamquam advenas et peregrinos.
Ad potentes et milites sermo. Accipe
gladium sanctum munus et cetera. Ad burgenses
rei publice vacantes. Sermo. Estote
imitatores dei sicut et cetera. Ad burgen
ses communiter viventes sermo. Qui amat
divitias fructum non capiet ex eis. Ad
mercatores sermo. Negociamini dum
venio bis. Ad agricolas et rurales
sermo. Labores manuum tuarum. Bis.

Ad mechanicos artifices sermo.
Operamini opus vestrum cum pace bis.
Quedam vero sunt pertinentia coniugibus
et sunt in ieiunio. Ad coniugatos sermo
primus. Monebant parentes suos bis.
Ad viduas sermo. Viduas honora.
Ad virgines sermo primus. Om intraverunt
prudentes virgines et cetera. Quinque. Secundus.
Ecce pater eternus et cetera. Sep
timus. Simile est regnum celorum et cetera ter.
Et sic sunt novem in omnibus. Ad mo
niales et religiosos sermo. O quam
pulchra es casta generatio et cetera. Ecce
vos prement ad servum promissum sunt
hunt quinarium. Ad eos qui dolent
pro amicos mortuos omnis morientium
ter cum recommendatione defunctorum
multiplici. Tercius sermo. Nolo vos
ne prohibens gratiam. Ad ancillas et
servos sermo. Servi obedite dominis
ter. Ad adolescentes et pueros ser
mo. Thobias filium suum docuit bis.
Ad eos qui addiscunt in scolis par
vulos. Sermo. Sapientia colligata
est in corde et cetera. Ad viros et mulieres
in processionibus congregatis sermo et cetera.
Rogatur dominus omnia et cetera. Pro ipsa de sa
cramentis continet octo sermones. De
sacramentis in generali primus sermo. Iherusalem
que edificatur ut civitas et cetera. De
baptismo sermo. Spiritus dei ferebatur et cetera. De
confirmacione sermo. Vacillantes confirma
verunt manus tue. De sacramento altaris
sermo. Panis quem ego dabo. De eo
sermo. Ioseph invenit gratiam coram do
mino suo et cetera. De penitencia quietum ad confessionis. Con
fitemini nomini tuo magno et cetera. De extrema
unctione. Olei ungebant infirmos et cetera bis.
De coniugio sermo. Non est bonum hominem
esse solum faciamus ei adiutorium. De pre
ceptis divinis sermo. Ecce transgredimini
mandatum dei propter traditiones vestras bis. De pre
miis et gaudiis. Letare Iherusalem bis.

Tercia pars principalis huius trac
tatus in qua agitur de cura scor
mali et in ea discendi et do
cendi primo in generali secundo in speciali et in
generali ponit octo capitula Primo ponit exempla
in quibus declaratur quare circa aggressus est
scribendi officium Secundo invitat
eum tunc scribit ad studium Tercio pro
quod hoc debet esse exercitium nobilium In
quarto dampnat in nobilibus usum armorum
In quinto proponit studii fructum et pre
mium In sexto ostendit tempus addisce
di primarium In septimo studentem invi
tat ad bonum consortium Quantum ad secundum
capitulum sic procedit exhortando sit littera
scire desiderat in eorum desiderio per
severat perseverans veterum exempla
considerat et ex hiis omnibus diminuens
et appetitum ambicionis [illegible] Quantum
ad tercium sic probat quod hoc debet esse no
bilium per exempla Regum tam Gre
corum quam Romanorum tam veteris et
novi testamenti Quantum ad quartum dam
nat in nobilibus usum armorum in exemplo
poetico exemplo historico documento
prophetico documento [illegible] In quinto
capitulo proponit studii fructum et premium fruc
tus autem eius est cognicio veritatis
acquisicio sanctitatis ostensio hone
statis possessio felicitatis Quantum ad
sextum capitulum ostendit tempus discendi pri
marium scilicet ydoneitatem etatis quia requirit e
x parte corporis non pertransisse nimiam
iuventutem nec differamus in nimiam
senectutem Ex parte temporis videmus in mo
deratam yemis frigiditatem et esta
tis nimiam caliditatem Nimia
enim iuventus non intelligit nimia
senectus non retinet nimia calidi
tas aut frigiditas facit hebetes et
obtusos sed quarum etas ydonea ad
quod dicimus tempore [illegible] mechanice
sciencie theologice In septimo capitulo studen

tem invitat ad bonum consorcium ut
habeat socios fideles utiles ama
biles exercicio studii coequales In
viii° sic arcet pravum consortium ut ca
veat pueri amoris comitem familiarem
ingeniatum affectum deinde agitur in
speciali de hiis que pertinent ad doctorem
deinde de hiis que pertinent ad discipu
lum in fornitamentis prima pars continet viii
capitula ad doctorem pertinet in quo doctoris
electio electi erudicio erudientis cor
reptio corripientis modificacio Quantum ad
primum ubi agitur de electione ostenditur quod
qui in doctorem eligitur debet pollere
in quinque in consciencia sciencia eloquencia docen
di pericia Consciencia vel vita pura ut
non redarguatur pro iniquitate ut
reiecta culpa ostendat maturitatem et
maturitate ornata se ipsum induat Ex
emplaritatem ut ex bono exemplo quod ostendit
habeat auctoritatem et hoc in primo capitulo
In secundo capitulo agitur de quadrupli
sciencia doctoris pollent igitur sciencia que ori
ginem habet a sensu naturali augmen
tum ex affectu humili consumacionem in
dicium et relatum utili consummatur in
iudicio et intellectu stabili In tercio
capitulo agitur de quadruplici eloquencia docto
rum que debet esse integra non balbu
ciens apta non verborum falleris se co
periens aperta non involvens grata
non fastidiens In quarto capitulo agitur
de quadruplici docendi pericia doctoris quod
sit quadruplex si se ipsum faciat intelligi
Ut quod intelligitur bonum faciat retelligi
Ut quod utilius est faciat eligi Ut se
ipsum faciat diligi deinde agitur de
erudicione doctoris et in quarto habet capitula Con
sistit enim erudicio in iiii scilicet ut con
sideret in discipulo tempus erudicionis
primum naturalis condicionis ingenium do
cendi ordinem et doctrine modum Et ec
primum quod est de tempore in quo concurrunt iii

In viii° potius arcet consorcio pravi

[illegible]

papiam

In

faciat

exempla · prohemium · Quantum ad tercium
agit de consideracione ingeniorum secundum
iiijor modos / quia quidam sunt obtusi ·
alii mediocres · alii acuti / alii acutis
simi Circa tertium de consideracione ordinis
ostenditur multiplex ordo in disciplinis
liberis · Materie · ordo · exposicionis · Circa
quartum de consideracione modi tangit ·
iiijor essencialia appendencia preter di
stincta · ¶ deinde sequitur de puerorum
correpcione ubi · scilicet · attendenda sunt
iiijor ca lis peccatorum occasio · precepto
rum transgressio · verborum ammonicio · ver
berum inflictio · Agitur / quantum ad primum
circa correccionem · attende peccatorum occasionem
que est in puero quia pronum sunt ad
malum / sensus et cordis humani cogi
tatio Circa secundum capitulum tangit precepto
rum sue transgressionem ostendens quo
pueri peccant multipliciter · Circa tercium
scilicet verborum ammonicionem · ostenditur quod debet esse
exhortatoria · Comminatoria · increpa
toria · crebra · Circa quartum quod est de
verberum inflictione · ostendit quomodo debent
infligi et recipi ¶ Infligi debent ex
dileccione · proficiscere faciunt in viciorum
extirpacione · quia purgant et illu
minant et proficiunt ¶ Recipi de
bent sine oris murmuracione ¶ Secundo
sine cordis et operis obdormacione ¶
Deinde post in qua predicatum eruditum cor
reptorum agitur de modiracione que con
sistit in iiijor · affectu · modo · tempore · loco · Ex
pedito de hiis que pertinent ad doctorem
¶ Deinde de hiis que pertinent ad disci
pulum et agitur primo de doctrina quantum
ad statum inchoacionis ¶ Deinde quantum
ad statum progressionis ¶ Tercio quantum
ad statum perfeccionis ¶ Et quantum ad statum
inchoacionis primo tangunt antecedencia
¶ Deinde concomitancia ¶ Tercio consequencia
¶ Quarto extranea sive contraria ¶ Antecedencia
sunt que animant discipuli ad discendum

disponunt ¶ Concomitancia que disposi
perficiunt ¶ Consequencia que perfectum osten
dunt ¶ Extranea que impediunt ¶ Ante
cedencia sunt ut sit discipulus volunta
tie subiectus ad monendum · attentus ad
audiendum · docilis ad intelligendum · beni
volus ad retinendum · subiectus in genito · do
cilis ingenio · attentus exercicio · benivo
lus animo · primo ergo agit de voluntaria
discipuli subieccione · que est necessaria ad
tollendam superbiam sicut tangit in primo
capitulo · Ad inducendam verecundiam et reve
renciam sicut tangitur in secundo capitulo / Ad
firmandam paciam sicut tangitur in tercio
capitulo · Ad tenendam obedienciam sicut tangitur
in quarto capitulo · Et hec sunt iiijor causa ergo
se humilia · de puerorum tollenda superbia ·
de eorum verecundia · pacia · obedien
cia ¶ Deinde post de discipuli attencione
ubi iiijor concurrunt exoccupacio vel in
ferior · adhibicio aurium exteriorum · col
lacio cordis interioris · revelacio veritatis su
perioris · Et secundum hoc sunt iiijor capitula Cir
ca primum quadruplex impedimentum · Quo
quod intus turbant / exterius occupa
muir · vera remedia differuntur · Secunda
remedia congerunt · Circa secundum capitulum de
adhibicione aurium exteriorum est ut au
diat auingo sub silencio sine fastidio
sine hesitacionis dubio Circa tercium capitulum
de collacione cordis interioris ostendit quo
hoc fit · scilicet cum anima verborum sensus per
pit / cum affectibus animus se substrahit ·
cum inter que sunt precepta discimus cum
pure intellit · Circa quartum capitulum de re
uelacione veritatis superioris iiijor tangit
· revelacionis exemplum anime statum
revelacionis processum eius complem
tum ¶ Deinde de discipuli docilitate ad quod
consideranda sunt iiijor eius continencia
efficacia excellencia secundum subiecta
in quibus est diversa ¶ deinde ultimo sequitur de
discipuli benivolencia que capitula autem

et ab adulsacrus intro psona abau
ditoribus et arcebus/ decetrbus pmis
in pmo calo. De bemmolen que capti
arebus insegnti. et pom exempli ex
opibus tullij hijs hias agitur de
tu intinissi operis pp mortem ami
cor. et qd amicis defunctis demus
nalem afftcom. in affectone moda
tom/ i modacone consolacom. i conso
lacone oron et hec tangi inpo ca lo
deinde se ps inqua agitur de rati
tibus disciplina que sunt iiijor deqs
pmo ingnali et hec sunt sensus in
geniu memoria ro. dein inspali et
pmo de sensu/ scdo de ingenio. tcio de
memoria/ qrto de rone. Circa ptem
pmam de sensu ondit pmo quod
distina h3 fundamentu ex sensuu applu
sione. Scdo qz h3 incrementu ex sensuu
progressione. Tcio qz h3 cplementu ex
sensuu defectione. Qrto qz h3 impe
dimentu ex sensuu defectone et infectoe
et scdm hoc sunt iiijor cala 8 sincedon
Circa tciu. s qz distina cplementu h3
ex sensuu defectacone onditur qz ra
defectaco est i iiijor inorganor dispo
sicone. sensibiliu severacone. mentis
abstractone. luminis infusione. Circa
qrtum capm qd e. qz distina impedi
mentu h3 et e ondit quod hoc e qz
de vl quia e acarne ssp9 subiectus
vl ademone infectus. vl est ine de
fectus vl quia est inse impfectus S
De demgenio et pmo qz qz anatura
proficiscit. Scdo qz vsu iuuat. Tcio
qz exato exercicio acuit. Qrto qz imo
derato labore retundit. et ubi agit
quo ana proficiscit. s. in pmo calo ondr
quo iiijor sunt que declant nalem
ingenij bonitatem. s. anime infusio
celestiu uertutu impssio. corporu phicor
cplexio. locor disposicio. Circa scdm
capm ubi onditur. qz ingeniu vsu

iuuat. onditur ingenior queuem
dria in mtotesten industria Circa tciu
capm ubi ondit qz ingeniu exato ex
cicio acuit. ondit qz hoc fit quadrr
in legendo. in conferendo. in disputando
in scribendo. Et ce pmu qz e qntu ad
lectom onditur qm aliqm legenda sunt
supsticiosa. breuiora. pauciora. vti
liora. dein sequr qz ingeniu acuit
conferendo. deinde sequr quo acuit in
disputando. Et qz ce disputacones et
maxime theologicas debemus attende in
tencom. ne sint finale adinanis gle
adeptom. ne adobuiacom. ne sint ad
ignorancie occultacom. ne sint adui
tatis subuersionem. Scd disputare debem
vl ad excitand ingenij. vl ad cogno
scendum ver. vel ad edificandu et in
struend pximu. vel ad flm conuinced/
scdm qz indisputacombus attendr est
ordo debitus disputandi. Tciu e mod
debitus. Qrtu est cautela ubi agitur
de cautelis theolor. et expte opponet
et expte rndentis. dein ondr qz inge
niu acuit moderate scribendo. Et scde
demus quadrir. corrigendo exempla
ria. excipiendo notabilia. redigendo i
stilu concepta. imprimendo menti in
notabilia. de correpcone exemplariu tangit mlti
tiplices vtilitates. dein qz scbere debemus
redigendo in stilu concepta qz h facere
debemus cu studij continuandi. ingenij sus
citandi. solacij assequendi. obsequij
impendendi. Et aut scribere debem re
digendo in stilu concepta ppria cu ob
sequij impendendi iiijor concurrit. scri
bentis. humilitas. psone maturitas
rei scripte vtilitas. petencium fami
liaritas. deinde onditur qz ingeniu
immoderato labore retundr et hoc qua
druplr. a causa naturali. accidentali. corpo
animali. post sensum et ingeniu agit
de memoria. Et pmo qntu ad eius quidi ces

Secundo quantum ad eius qualitatem. Ter
cio quantum ad eius potestatem. Quarto quantum
ad eius formabilitatem. Et quantum ad pri
quiditatis eius continet memorie diffini
cionem. divisionem. essencialem operacionem
organi disposicionem. Circa secundum capitulum de
qualitate memorie agitur de differenti
eius participacione. de participancium compone
de impedimentorum occasione. hec enim impe
diuntur ex parte organi. ex parte clari humoris
ex parte virtutis interiorum. ex parte nocumenti
exteriores. Tercio agitur de eius medici
nali subvencione. deinde agitur de po
testate memorie quantum ad eius capa
citatem spiritualitatem. dignitatem. uti
litatem ubi tanguntur memorie eius utili
tates. postmodum agitur de formalitate
memorie. ad quod memorie sunt necessaria. tem
pus triplex actus triplex. modus triplex
pro ipsius ingenium et memoriam secundum
de racione ubi considerare debemus racionis
primum exercitum iudicium virtutum. Et secundum
hoc sunt memorie talia. quantum ad mentem
considera principium effectivum et tamen
unum proficiscitur. ymmo sine subiectum cui
inseritur, finem scilicet experienciam qua nu
tritur, finem quo proficiscitur. deinde
sequitur de vericio racionis. ex racione secundum se
ipsum discurrendo salubriter preventiva
condicionum. unitendo se humiliter in sui ipsius
consideracionem. erigendo se subtiliter
in creatoris sui contemplacionem experiendo
suavitatem sapiencie delectacionem. discurrunt
igitur preventiva condicionum attendens
eam esse primum dominum meis beneficium de
bitum et impensum ministerium humane
dampnacionis opprobrium. Deinde secundum
racionis iudicium. hoc est naturale indi
catorium ad quod ipsa veritatem discerne
do recurrit. recurrendo leges eternas
consulit. consulendo quantum ex eis est
neque fallitur neque fallit. et deinde
prognicionem ad operacionem descendit.

deinde secundum racionis virtus perfecta est
enim tota humana inspeccio imaginacionis
cogitacionis. iudicio discrecionis
consilio deliberacionis. Continet preterea ad
consequencia disciplinam que perfectam con
ducit discipulum. hec autem sunt memorie hu
militas in intellectu. studiositas in effectu
tranquillitas in affectu. paupertas in cen
su. Humilitas in intellectu memorie requi
rit primo ut nullam scripturam vilem
teneas. ut neminem discere erubes
cas. ut cum sciam adeptus fueris alios
non contempnas. ut non minus cito
ad maiora conscendas. De studiosi
tas in effectu que consistit in memoria. in labore
ut agas in amore ut perficias in cura
ut provideas in vigilia ut attendas
De tranquillitas in affectu ad quam
memorie requiritur in carne cus
todia sanctitatis in racione noticia veri
tatis in voluntate habundancia caritatis. in
memoria vel mente experiencia suavi
tatis quia scilicet carnem non inquinat fe
tor. racionem non nubilat error. volunta
tem non oblectet vanus amor. memoriam
sive mentem non amaricat vel conturbat
bat rancor. Deinde secundum de paupertate
in censu ubi ostenditur quomodo paupertas est
gloriosa habens ex insipiente auctori
tatem ex auctoritate securitatem. ex securitate
libertatem. ex libertate iocunditatem. pro
cedendo ad scienciam et graciam disciplinam
deinde expeditum est preterea adversa et
impedimenta eam. hec autem sunt memorie
iactancia puerilis. inconstancia iuvenilis
diffidencia muliebris. pertinacia senilis
Ex hoc expeditum est de hiis que pertinent ad
disciplinam quantum ad statum inchoanti
um. Deinde secundum de doctrina quantum
ad statum progressionis et perfectionis.
ad quod memorie requiruntur abicere vicia.
relinquere puerilia. erigere se in acta sancta.
erigere se in spirituali intellectu. Et secundum

hoc sunt in p[ri]ma causa in tacem succedenti spiritualiter... qui proficere vult in scientia et esse abire vicia. quia in animam malivolam non intrabit sapientia. Et adhuc inde impedimento. potest enim in immunda anima insistere fecunditate/ potest et vacare iactantie vel loquacitati. sed non potest in se habere usum sapientie/ nec in malis facere fructum doctrine/ propter obiectionem viciorum ¶ De abdicatione puerilium hec que sunt impedimentum. scilicet puerilia studia. cogitata. verba. opera. propter abiectionem viciorum et puerilium. Secundo sancte active exercicium. ubi imprimis notanda sunt sancte. divisio. gradus. adoptio. continuatio ¶ Tertio secundo de spirituali intelligentia ut igitur spiritualem intelligentiam consequeretur ubi sapientie sunt audienda reverenter et subtiliter intelligenda. utiliter studenda. multipliciter exponenda. Et expeditum est de doctrina quantum ad statum inchoationis et progressionis ¶ Deinde de perfecta quantum ad statum perfectionis ubi primo agitur de impedimentis in generali circa que consistit et hec sunt lectio. meditatio. oratio. contemplatio. hec est enim doctrina claustralium et virorum perfectorum sicut patet in propositio ¶ Deinde agitur de hiis in speciali. et primo quomodo deus docet animas spirituales. exercicio lectionis. scilicet que est in intentione legentis utilitas/ in affectione pietas/ in legendo assiduitas/ in legendi modo taciturnitas ¶ Deinde dicitur quomodo deus docet animas spirituales in exercicio meditationis Ipsa est enim meditatio que mentem abstrahit. abstractam in uno defigit. defixam in contemplationem adducit. et tandem divinam revelationem occurrentem excipit ¶ Deinde ostenditur quomodo deus docet animas spirituales in exercicio orationis. Nam ipsorum elevantur scilicet in deum intellectus et affectus/ suppletur humane cognitionis defectus/ intimatur ille divine lucis

radius colligitur interioris hominis status ¶ Deinde ostenditur quomodo deus docet animas spirituales in exercicio contemplationis hoc autem fit quadrupliciter. mentis dilatatione. sublevatione. alienatione. unione ¶ Deinde secundum ultimum capitulum in quo subdividit hos impedimentorum species contemplationis quia mentis dilatatio tribus gradibus in nobis excrescit. arte. exercitatione. attentione ¶ Mentis sublevatio tribus gradibus ascendit dum mens elevatur super suam industriam et naturam ¶ Mentis etiam alienatio tribus modis fit. devotione. admiratione. exultatione ¶ Mentis unitio tripliciter habet gradum relinquere sensus et spiritualia quo ad corporalia mentem et intelligibilia quo ad potencias anime et earum exercicia externa et non externa. Externa que ambo pro dixerunt in ... ¶ Non externa que a solo verbo super essentiali consistunt et in ipso contemplabilia sunt. hoc per excessum mentis transeunda sunt ut perveniamus ad superintellectualem primorum Deo hec dicta sunt in removendo in quo aliquis ab omnibus cunctis alienatio ¶ Dicuntur autem tres gradus in quibus ultimus consistit unitio/ primus est super fervidus amor tendens in deum Secundus est actualis omni ignorantia fervore illius amoris non sustinens. Tertius est radiis irradiens et se uniens/ et secundum hunc ordinem expeditum est de causa finali huius operis de efficiente et formali ¶

Quarta pars principalis huius tractatus agit de causa materiali hoc est de divinis scripturis. ubi primo ponitur brevis prologus deinde narratio generalis tangendo scripture originem incrementum diffinitionem et divisionem. et attenditur illa divisio secundum quadrivium quadruplex ¶ Primum quadrivium est sensuum interpretationis consistens

in hiis Grammatica · poetica · dyale
tica · rethorica · Et est quadruuium
eloquencie. Secundum quadruuium est intellec
tiue consistens in hiis Arismetica ·
Musica · Geometria · Astronomia. Et est
quadruuium intellectus. Tercium quadruui
est actiue consistens in hiis phisica
ethica · iudicia · mechanica. est qua
druuium experiencie. Quartum est quoddam
quadruuium affectiue consistens in doc
trina agrogeographica · prophetica · cuiusdam
aplica et est quadruuium sapiencie.

Incipit prologus in rudimentum

Sepe nimium postulatus a
pluribus ut non tam appli
carem animum ad legendum · sed
manum apponerem ad scribendum
fateor restiti · non elato superbie
collo · non animo pertinaci · sed timens
feminneos humeros · subgrauit re po
deris obruendos · censui potius sor
ciunam non subire quam tunc dispen
dium pati subsistere. Sed amicorum repe
tens idipsum non cessit importunitas
nec cessauit et caritatis allegans obse
quia me nichilominus renitentem impetit.
Et media nocte iam hostio clauso
postulans ab amico panem amicus
accepit · panem dixi grossiorem de manu
pauperis et plus alia aliena continue me
dicantis. Sicut enim ad lectionem quotidie
mendicare compellor vnde corpus resiciatur.
Sic etiam scripturarum archana perscrutor vnde
predata innichil gratiam in non optinuitate
temporis · et sanitate corporis spiritus recreetur.
· Hec est enim que mea consolatur peregri
nacionem · Laborare nigitur circa scripturarum
refectiuam et mellifluam lectionem. Homo
enim nascitur ad laborem. Et quando in hiis
labore dulcedo sentitur · impetu quodam
ad opus iterum uel renouandum vel continuandum
alacrior et ardencior inuenitur. Labor
multiplex. Laborant omnes quamquam

studiis diuersis et utilitate dissimili
uel carnis exerciciis uel mechanicis exer
ciciis uel predicacionis officiis uel scolasti
cis studiis occupati. Simplices ge
minus confici stultitia laboris et
sollicitudinis. Nam corpus frangunt et
animam crucis atterunt spe moriuntur
nec voluptatis. Secundos iniustorum laude
prosequimur quibus aduersus carnem res est
et viciis bellum indicitur. et magoriter
certantes sudore multiplici reformate in
tumeri que in prima origine perdiderunt
pristina pura promunt et deinceps scriptorum
proponunt. Tercios quis non diligat.
quos eorum feruentissimam caritatem compro
bo inuenitur. qui primis impeduntur
sollicitudinibus · docent nescios ineruditos in
struunt · verbis gemunt · operibus augmentant
multis sic procurantes · nec sine ipsorum curam
nobilitate relinque · dum discreti sunt
in silencio · utiles in verbo sollicitati ut
que predicant voce impleant actione.
Quartos imitemur ad primus ex aeternis
tis de quorum segetibus spicas · aut
viridariis flores prouidi nobis in
genio colligentes · non ut ornemus a
conemus cupisculum · sed ut eorum que
scripsere simus pertica confirmemus · non
illatum pane de simila · sicut id
petit delicatus · sed simplicibus obla
tura quod paribus transierit eloquentie
uel ingenii grossioris · consequimus aut
nonnullos radices · folia · fructus et flo
res · ut ex phialis foliis · ueteris testa
menti radicibus · euangeliorum fructibus ·
expositorum floribus cum se locus ob
tulerit confirmantes. Sed hortemus
detractionis venenum inpromimus. Nam
mitra Pauli manum inuasit. dum sar
mentorum multis congregauit quia
dum scripturarum simul ad suscitandum caritatis
ignem sicut sarmenta colligimus de
tractionis corrosiuum dente ab emulis

sustinemus. Hoc tamen est unum solatium quod
ventus impetuosus excelsas declinat hu-
miles que sublimes deicit turres
feriuntque summos fulgura montes. De-
nique horum et timor livorque sequitur
invidiat operi provocant conscribentes ad
sollicitius et diligentius meditandum. Unde et
quod deterius loquimur adeps vipere tu-
ciatur calligine oculorum. Ergo super
invidia incautius sine qua vix legi-
tur aliquem adhuc utile scripsisse. Et qui
gloriam in scribendo non captat puto quod
confusionis ignominiam non reportat.
Obsecro autem legentium istud opus-
culum adiuvari suffragiis ut domino
recommendent animam fratris Guiberti
origine Tornacensis. Prius autem opuscu-
lum quod propter indigentium artificiis eru-
dimentum doctrine nominare placet, licet
erudimentum doctrine quidam appellandum
malit. Hic in quatuor tractatus dividitur
principales, de doctrina secundum eius causam qua-
druplicem exequendo de doctrine causa finali,
de efficiente, de formali, de materiali,
de finali vero sic. Primo ostenditur quod propter
sapientiam obtinendam creata est rationalis
anima. Secundo quod propter finem multiplicem
acquiritur sapientia. Tertio quod per sapientiam i-
venitur deus et via increata. Quarto
quod sapientie finis est ultimus vita eterna.
Circa primum scilicet quod propter sapientiam obtinen-
dam creata est rationalis anima ostenditur
quadrupliciter quod omnes homines natura scire ap-
petunt, quod philosophi in hoc erraverunt quod
sine sapientia increata nulli ad sapientiam
pertingere potuerunt, quod sine virtutibus
sapientiam adipisci non potuit. Quod igitur omnes
homines natura scire appetunt ostenditur
quadrupliciter scilicet ex nature conditione, ex cul-
pe corruptione, ex gratie reformatione,
ex philosophorum excitatione. De triplici

Quod omnes homines natura scire appetunt

Nature humane conditione dum pre-
attendimus hominem bone pre-
ditum invenimus ex quo eius insitus est
ad sapientiam appetitus. Nam primus Adam
plasmatus a deo collocatus in paradiso
deliciarum sortitus est locum, ubi et tem-
poris incolumitate potitus est et integritate
sensuum, angelorum fruitus alloquio
si divino finaliter subderetur imperio, nam
quod sortitus est talem que omnibus a-
nimantibus esset prestantior per intelligentiam
et rationem. Sed quia scientiam appetiit quam
non debuit, creatori suo male cre-
dit ingratus. Ab eo statim semper que certi-
tudinem erexit, voluptates eius commutate
sunt in amaritudinem punitiones, vali-
tudo corporis collapsa est in languo-
res, mori cogitur cui vita indefici-
ens prestabatur, factus est pauper ex divi-
te terris pignoratam existente. Et
hoc satis indicatur quod ex prima conditione
creatus sit ad sapientiam et letitiam quod
in vallem tenebrarum proiectus et mise-
rie naturali motu cordis ad scientiam as-
pirat atque letitiam. Propter quod Lactantius
ait: Non ego reprehendo studium
eorum qui veritatem scire voluerunt, quia-
nam homines deus adipiscendi veri cu-
pientissima fecit. Sed illud arguo
id veniat quod honestam illorum et op-
timam voluntatem non sit secutus
effectus, quia neque quid esset ipsum verum
sciebant, neque quo aut ubi aut qua
mente querendum. Ecce vero corrup-
tionem qui considerant legunt quod omnes
homines natura scire desiderant. Et in se-
cundo primo declaratur hic quod filii
Adam vix invenerunt aliquid tam
vile de quo non velint edificare mon-
tem scientie. Unde beatus Bernardus. Videas a-
lium levatum, alium indigentis cure, istum
plantationum deo displicentium, illum
similis cuiuslibet artis tam vehementer
affectare scientiam ut laborem non
reputet dum tamen possit aliquibus

doctiore reputari. sic ade filij terre
Babel edificant manibus reptantes
et pedibus ut ad alta conscendant
Ubi conquassata sunt membra primi
parentis et prius sapiencie appetitum sciencie ex
periencie cuius subditi sumus dure ne
cessitatis. Hinc credo est quod anima in
fantis que sapienciam vel seipsam cogi
tare non potest tanta intensione fertur
in hec sensibilia sensibus corporeis
apprehendenda tanta aviditate liben
hauriat nocturni luminis ut secundum quod in
excitat augustinus inveniatur plurimum ocu
lorum eius acies obliquata. Ecce refor
macionem attende et ymaginem dei vide
bis in homine que certu superimpresso non cor
porali colore quolibet non exprimitur sed
spirituali pulcritudine declaratur. Nam sic
pictores formas exprimunt per colores
Sic ymago et similitudo dei in nobis
per sapienciam et virtutes. Cum enim mens
racionalis per cognicionem et amorem in deum
convertitur illuminatur et perficitur. Et mens
speculatrix effecta creature corpulente iam
reiecta in sua pulchritudine reformatur
et ymago suo prototypo coaptatur
Hinc apostolus ait. Reformamini in novitate
mentis vestre ut incipiat illa ymago
reformari a quo formata est in
veritatis agnicione. Cuius autem deformis
aut deformatus erit reformacionem
suam non appetat quia creatura racionalis
per graciam et gloriam appetit et expectat ex
cum apparuit erit similes ei erimus. Et
apostolus. Salvatorem expectamus dominum ihesum
christum qui reformabit corpus humilitatis
nostre configuratum corpori claritatis sue. Erit
enim in suis electorum corporibus claritate divina cor
pora configurata. Ecce et si equaliter
glorie eius non habent per omnia similitudinem configu
racionis eius habebunt per graciam adequa
interim reformari ... pro modulo per
sapienciam. philosophorum cecitatem attende vi

debis quod quo vigebit in eis appetitus
sapiencie, magni siquidem et excellentis inge
nio viri cum doctrine penitus dedissent
quicquid laboris poterant impendi con
temptis omnibus privatis et publicis cura
nibus sese ad inquirendum veritatis studi
contulerunt, estimantes multo esse preclarius
humanarum et divinarum rerum investigare
et scire quam in struendis opibus et
cumulandis honoribus inherere. Cuius
laborem et curiositatem platonis ap
polonii quoque evagacionem certum quod omnes
comprehendit, quorum tota vita studiorum
gymnasiis insudabat quia tamen via veri
declinasse declinantes gressus ambu
lantes in tenebris varios sequebantur
anfractus sicut ait apostolus discen
tes et numquam ad viam vere sapiencie venien
tes. Quod philosophi erraverunt primo de confusione
errorum. Secundo de certa errorum. Tercio de perpe
tuacione errorum epicuri. Quarto specifi
catio errorum philosophorum in moribus scilicet. Confusio
erroris in philozophis. **Decimum capitulum**

Confusio erroris in philosophis capitulum

Erraverunt certe philosophi quia quod volen
bant adepti non sunt sed ope
ram simul et industriam perdiderunt. Nec
conceptam sitim ardoremque viscerum
intimorum sedare vel extinguere potuit
Hunc autem errorem in moribus arguit ipsa philosophia
et philosophus. Cum positio nominis contrarius eorum
nominis defectus cuius effectus turpis
Certe non arguimus veritatem que est in philosophia
sed quorundam philosophorum supersticionem et falsitates
que est in ea. Nam philosophi multa bona di
xerunt et fidei nostre accomoda que non sunt
formidanda. Sed ab eis velud iniustis
possessoribus auferenda et spolianda
sunt egiptij ut dicunt hebrei. Or
dinarum igitur in philosophie vano nomine ut
corpus sibi alius destruat destructo
capite. Cum sit corpus totum deant quod
partes et membra discordant. Sed nulla
coherencia sive compage videntur palpi-

terre potius dissipata quam vincta. Philosophia secundum nomen suum dicitur studium sapientie. Qui qui sapientie studet non dum sapit, sed ut sapere possit. Si ergo philosophia sapientiam querit, non ipsa sapientia est, quia necesse est aliud esse querentem, aliud vero quesitum, preterea nec etiam philosophi sunt sapientie studiosi cum illo studio ad sapientiam non valeat pervenire. Nam si esset id studium ad sapientiam via, puto quod aliquando finisset ab eis inventa. Cum igitur tot temporibus ingeniis in sapientie inquisicione contritis nondum ab eis apprehendatur, apparet nullam ibi esse sapientiam. nec sapientie studere eos qui philosophantur, sed ipsi studere se putant, quia illud quod querunt ubi aut quale sit nesciunt. Omnes ergo sapientie student sive non student sapientes non sunt, quia et quod nullo modo queritur et quod recte non queritur inquiri recte reperitur.

Sed totius philosophie distinctio. philosophia inquit Seneca vel aliud est quam recta ratio vivendi vel honeste vivendi sciencia, vel ars recte vite agende. Si ergo in plures sectas divisa est atque disciplinas et nichil certi habeat philosophia, de quo universi una voce et mente consenciant, quomodo potest esse tam stultum quam certam vite philosophiam nominari ut ait Lactancius, in qua diversitas preceptorum certum iter impediat, aut legem vivendi tamquam capita s. philosophorum magnum longe dissonant, atque scienciam vite agende in qua nichil aliud efficiatur contraria sepe dicendo, quia ut nemo quidquam sciat. Nam Achademia ut omnia reddat incerta legem abrogat, artem nullam putat, totam subvertit, certam depravat, scienciam funditus tollit. Confiteantur ergo philosophi quod. Cicero in consolatione ait. Nescio quis nos teneat error et ignorancia veri. Continuacio certaminis philosophos eos ostendit erroneos et deceptos. Quia in multas sectas philosophia divisa est, et omnes varia senciunt in qua

ponimus veritatem, in omnibus ponere non potest si in una ponimus quicquid uni dabimus ceteris auferemus. Unaqueque ut se confirmet omnes alias evertit, nulli potest se sapere concedit, et sicut alias tollit sic et ab aliis tollitur. Ergo quecumque quas laudavit ab aliis vituperabitur. Si ergo singule secte multarum sectarum iudicio stulticie convincuntur omnes vane et inanes reperiuntur seipsam philosophia consumit. et unaqueque quasi alteram gladio perimit, non scuto protegit. Quod cum intelligeret Archesilaus Achademiam novam condidit et se contra omnes armavit, et eo auctore duo philosophie genera cepimus esse. unum id vetus quod scienciam sibi attribuit, alterum novum repugnans quod eam detrahit. Si ergo nichil certum sciri potest unum genus perit. si sciri non potest perit aliud. Si vero hec sunt pugnancia nichil philosophia qua distracta v[illegible] est possibile sine inicio secundum corium ex omnium homo qui proposuit nichil aliud sciri. aliud posse sciri ponit aut frustra potius quod nesciunt. Ipse ergo Archesilaus prostratis aliis ipso se mucrone confixit. Relinquitur igitur illi omnes qui humanam vitam turbant, non instruunt qui seipsos non instruxerunt. Nam quid sanare egroti, quid regere ceci poterunt. Defectus certitudinis arguit superstitionis errorem. procedunt enim ex levibus coniecturis. Ubi gratia velle scire utrum sol tantus sit quantus videtur an sit maior quam terra. luna globosa vel concava. Stelle celo herentes vel per aerem cursu libero meantes. Celum quanta magnitudine qua materia tam quanta soliditate aut quibus firmamentis librata aut suspensa. hec et huiusmodi magis abdita velle conatur apprehendere, tale michi videtur quale est loqui de remotissima quam numquam vidimus certam nomen audivimus civitate, qui cum multa falsa asserant eo tamen se imprime

Marginalia: phia; regla; reglam

Quod facere posse crediderunt, quamvis nemo qui eos in errorem mendaciis arguat inveniatur, qui sibi scirent, aliquos de celo descensuros qui eos deliberare docerent michi de rebus quas scire nequeunt disputare. Et tamen quia non arguuntur non est eorum felicior estimanda stulticia vel audacia, cum eos arguat deus cui soli est veritas rerum remotarum ab intellectu hominis manifesta. Destituunt ergo veritatem de qua disputant, de qua opinantur. Philosophia ex scientia constat est. Opinatio vero inter. Et cum philosophia in scientia et opinacione videatur constare, scientiam vero Socrates cum Achademicis sustulit, opinacionem vero Zeno cum Stoicis repudiavit. Hoc est quod neque sciri quicquam potest nec opinari oportet; tota philosophia sublata est. Ergo nusquam certitudo, nusquam sapientia inter eos fuit. Sed nemo vidit. Nec enim qui putaverunt posse sciri omnia, nec qui nichil sciri sapientes fuerunt. Illi quia nimis, illi quia minus hominem dederunt. Modus enim utrobique defuit, quia scire omnia solius est dei; nichil vero scire est pecudis vel iumenti. Est ergo medium, et erit hominis: hoc est scientia cum ignorantia coniuncta et temperata. Et est scientia in nobis ab animo quam possidemus e celo, quoniam enim homines communem cum angelis et deo.

Ignorantia a corpore est quod terrenum est, unde et nobis et cum deo et cum animalibus communitas est. Verum ergo ex hiis duabus rebus quarum altera luce predita est, altera vero tenebris, pars nobis data est scientie, pars nescio nature ignorantie. Per hunc pontem tenens sive potes medium sine periculo. Ceteri qui non fecerunt tenendum nimis declinantes dextro latere vel sinistro. Nam Achademici videntes quedam esse obscura dixerunt omnino non esse scientiam. Physici econtra videntes quedam esse perspicua ut lumine cursum meatus siderum mensuras temporum,

virtutes herbarum, naturas ymbrium, dixerunt omnem esse scientiam. Ergo ex perspicuis ortum est omnia sciri, ex obscuris similiter ortum est nichil sciri. Et tamen si nichil sciendum est, aliquid sciri necesse est. Nam si sciat idipsum nichil sciri posse tolletur. Ergo si nichil sciri potest, aliquid sciri potest. Huic simile quod dicunt quendam sompniasse ne sompniis crederet: si crediderit, sequitur ut non sit credendum; si non crediderit, sequitur ut non sit credendum. Vide doctrina incerta sibi repugnans et se dissolvens. Quanto melius deum fuisset occultarum rationes et causas rerum celestium aut naturalium, quia sciri non possunt, ab dicere sciri non posse, quia non est qui doceant, querere non oportere quas querendo non possumus invenire. Effectus etiam turpibus et inmunde vite philosophos ostendit errasse. Bene enim potuerunt loqui sicut homines eruditi, sed non in lingua, ymmo in corde viget sapientia, nec interest qualiquis sermone utatur, quia res non verba querimus. Non enim de grammatica vel rethorica nunc agimus, que docent quomodo loqui doceant. Nos de sapientia disserimus, cuius doctrina est quomodo vivere oporteat. Si philosophia vitam possit instituere, nulli alii nisi philosophi essent boni, et qui eam non didicissent essent mali. Nos innumerabiles bonos et esse et fuisse legimus et fore credimus sine doctrina philosophorum, et paucos fuisse ex philosophis qui in vita gesserunt ad laudem digni fuerint. Sunt inde cupidi, elati, iracundi, libidinosi, sua vicia sub obtentu philosophie velantes, verum vero que in scolis arguebant facientes. Unde et Tullius ait: Quotus quisque invenitur philosophorum qui sit ita moratus, ita animo ac vita institutus ut ratio postulat, qui disciplinam suam non ostentationem scientie sed legem putet, qui obtemperet ipse sibi et decretis pareat suis.

videre, sicut alios [illegible] tunc leuitatis et intemperantie ut hystrie fuit non didicisse [illegible] sit. Alios pecunie cupidos [illegible] et multos libidinum suos ut tum [illegible] mirabiliter pugnet. Cornelius Nepos [illegible] Cornelius ad eundem Ciceronem sic [illegible] tantum abest ut magistram putem esse vite philosophiam beateque vite perfectricem ut nonnullis magis existimem opus esse magistros vivendi quam plerisque qui in ea disputando versantur. Video enim magnam partem eorum qui in scola de continentia et pudore precipiant eosdem omnium libidinum cupiditatibus vivere. Quos ut ait Seneca in exhortationibus suis non aliter intueri decet quam medicos quorum tituli remedia habent, pixides venena. Aristippo grecorum magistro cum laude nobili meretrice fuit scortandi consuetudo. Ille vero sic suum defendebat flagicium, ut diceret multum inter se et ceteros laydis amatores interesse quod ipse haberet laydem, alii a layde haberentur. Crates dares hunc suos liberos instituendos ut discerent habere meretricem, ad insipium et perditos homines mittere dicebat, scilicet quod alii bona sua proicebant ipse vero gratis lucrabatur. Vere et meretrix illa sapientior philosopho fuit que sic philosophum habuit prolenone, ut ad se omnis iuventus doctoris exemplo et auctoritate corrupta sine ullo pudore conveniret ut dicit Lactancius. Adverte lector non invehitur auctor contra philosophiam, ut philosophiam nec meretricem collaudat, sed aliquorum fatuitatem aliorum calliditatem quam seculares sapientiam vocant ostendit, dum [illegible] in fatuo sic [illegible] adhuc sic anceps amicicia [illegible] cetera adaucta cetera capiendum. Quid ergo de civitate (cynicis) loquar qui a canibus dicti, [illegible] cum [illegible] uxores coram omnibus in propatulo cognoscebant, hiis omnibus proloquutis non pro sapientibus sunt habendi viris, qui non sapiencia tempore

habebant, sed tamen in labiis qui non prius observavit decretis. Ex hiis patet errasse philosophos sicut ipsos arguit apostolus in primo ad Romanos.

De causa erroris in philozophis

Causam vero erroris in philosophis reperimus esse multiplicem ex parte scilicet inde volunt elacionem ex parte et veritatis indiscussionem ex parte ymaginacionis fictionem, et hec quidem intra [illegible] vero animi pollarem et ambicionem. Elacio claudebat meis oculos cordis sicut inflata facies visu caret. Hic enim legimus licet omni dicti ad plenus non determinamus quedam alia que vento concipere dicuntur et aura. Multa ergo potuerunt illi viri vel adeo inspirati vel ab angelis adiuti vel in scripturis exercitati vera cognoscere vel predicere, sed oculos tumefactos habentes et in tenebris ambulantes, ideo non potuerunt non errare. Non enim sanabantur eorum oculi per fidem ut viderent limpide veritatem, invenerunt stratum in flatuum, et quia ut dictum est volatus eorum intumuit, nec timore fidei spectaculum eis ostendit, nec humilitas habuit sanam quorum superbia cum ignorancia talis erat qualis est comparacio pauperis ebrii et lectantis, et hominis elati in secularibus et inanis gloriantis. Tamquam eorum processit elacio ut archana veritatis proprie comprehendere proprio niterentur ingenio, sed que est inter deum et hominem distancia. Dei disposiciones maiestatis eterne cogitacio comprehendere posset humana. Aristoteles ut ait Cicero veteres philosophos accusans ait eos aut stultissimos aut gloriosissimos fuisse qui existimassent philosophiam suis ingeniis fuisse perfectam. Hinc est quod tot temporibus ingeniis quesita sapiencia non fuit animis elatis inventa, eam extra fines proprios quesierunt, non eo modo quo debuit. Unde soleo admirari quod cum Pytagoras et postea Plato amore indagande sapiencie usque ad Egiptios magos

pytagoras
platho

et ipsius processerint ad Iudeos quo
facilius ire potuissent non accessisse.
sed arbitror hoc dei providentia gestum quia
nondum phas erat aut superbis inge-
niis hominibus alienigenis cognoscere
divinum sacramentum. Statuerat enim deus ap-
propinquante tempore ultimo ducem magnum de
celo mittere qui sapientiam doceret et eam
ingratis et perfidis ablatam populo ceteris
nationibus revelaret. Ergo sicut per solam
elationem et superbiam veritatem philosophi adepti
non sunt ita per superbiam Iudei eam
primo perdiderunt et eandem tam mi-
rabiliter gentibus utique pariter erraverunt

2a Secunda causa erroris indiscussio communis.
Cum enim falsum ad inventionem fuerit recte est
dare multa inconvenientia que sequuntur ex
tradicula multa ponunt que mala co-
cedunt qui positum non diligenter discu-
tiunt et tunc ea que inceperunt omnino defen-
dere tamen debent primum verum ea vel fal-
3 sum ex sequentibus iudicare. Tertia causa
est ymaginationis fictionis. Fingunt autem
tamen portenta quedam secta philosophi libi-
to. Pytagoras enim et stoyci ponunt a-
nimas hominum immortales. Deus et unus quod
recte sentiunt non evadunt errores.
Quam tamen hoc invenient argumento quo con-
cluditur ut necesse sit animas oriri cum
corporibus que nascuntur cum corporibus. Di-
cunt non nasci animas sed de corporibus
migrare in corpora. Non aliter enim illas se
posse evadere crediderunt nisi animas im-
mortales esse, que de corporibus in corpora
demigrantes ut sit semper ante corpora
sic remaneat post corpus. Multi ergo ex hiis
qui eternas animas esse suspicabantur tamquam
in celum migraturi essent sibi manus intule-
runt ut Cleantes Crisippus Zenon
et Empedocles qui se in ardentem ethne
ignem intempesta nocte deiecit ut cum
repente non comparuisset crederetur abiisse ad
deos. Et ex Romanis sapientie princeps Katho

Empedocles
Katho

libro Platonis de [illegible] eternitate animarum legit
et se occidit. Et forte [illegible]
ut declinaret odium [illegible]
motus sponte sua leto [illegible]
obtulit. Ex ipsi possunt [illegible]
animas unitas corporibus ut [illegible]
secum viverent. Quis [illegible]
potuit qui non sunt nisi forte credamus
stulto Pytagore qui se dixit eufor-
bium fuisse. O singularem Pitagore me-
moriam et o miseram oblivionem nostram
qui nescimus qui ante fuimus. Ille so-
lus ut poete loquar Letheum gur-
gitem non attigit et oblivionis aquas
non bibit. Celebris etiam illa Plato-
nis fictio quod super nos nichil ad nos
ergo more pecudum perturbamus mun-
dum mentis oculum erigamus ad celestia con-
templanda. Degerebat ipse praxinem et
pansiferem. Demirentur et vanum homines
si meis credidit dimicantem contra homine
ipse et Plato loquens de iusticia
[illegible] iubet esse communia ut ad eandem
mulierem multi viri tamquam canes co-
viciis fluerent et is utique obtineat qui vi-
ribus vicerit. O mira equitas Platonis
que sic eliminat in ultimam castitatem et fidem
copule coniugalis. Dicit autem Plato ante
beatas civitates futuras esse si aut
philosophi regnarent aut reges philosopharentur. Huic
Platoni quis dedit regnum ut qui tyrannus
non fecit prostituat pudiciciam femi-
narum. Dic inquit civitas concordiam et
amorem mutuum constituit vinculum si omnes
omnium fuerint et mariti et patres et uxo-
res et liberi que ista confusio generis
humani quis servabitur caritas ubi pro-
miscua voluptas. Si omnium sunt libe-
ri quis filios tamquam suos diliget cum
suos esse dubitet vel ignoret. Quis
filius verebitur aliquem ut patrem sum
incertus utrum patrem patiens habeat vel
proprie alienum. De concordia autem mulieres

[illegible] legitur

nolint ex omnes. Hor: vero unicum se bonis
appetens a singulis plures fecit ma-
xime ex discordes. Ergo dum concordi-
am sonat discordiam introducit et
unitatem eliminat. Redegit humanam
naturam ad similitudinem pecorum non animi que
mero se fatiunt et paria iungunt, modos
proprios construunt. fetus nutriunt. ali-
enos abigunt. Existimant etiam oportere
mulieres militare, et consiliis publicis
interesse, ingentibus gerere et imperia sus-
cipere. Homine ergo consequens est ut
viris lanam et telam assignet et infan-
tium gestationes. de his in aristotelis
policia et in libro de legibus satis habes.
Ubi igitur deprehenditur infinita vanitate
et ymaginationis fictione philosophorum principes
quid mirum si de vanitate arguamus et ce-
teros minores. Ideo laudatur democritus quod
agros suos reliquit eos quod pascua pu-
blica fieri passus sit. approbarem
utique si donasset. si precium pau-
peribus concessisset. Quid quod socrates
thebanus precium suum in nummos re-
dactum effudit in mare. Abite inquit
pessimi in profundum male cupientes.
ego vos mergam, ne ipse mergar a vobis.
nec occupare. Quartum prefatum quinque in primo
determinate. Cum xpistus apparuerit vita nostra
et nos apparebimus cum ipso in gloria. Tercium vero cum
fiat videmus nunc per speculum in enigmate
hoc est in similitudine tunc autem facie ad faciem
hec enim contemplacio nobis promittitur omnium
actionum finis et eterna perfectio gaudiorum.
Tercium pars sicut non est quies in conclusio-
nibus sed in principiis. Ita non est quies
creatura donec adprima sui redierit per
conversionem perfectam quia assimilacionem primo
ante creature deus trinus est atque ipsa
est anime ymago eius creata que sistens
in memoria intellectu et voluntate sicut
in triangulo que est prima figura generis in rectilineis
potentibus deus qui claudens in tribus
lineis et configurans ymaginem trinitatis
quibus superadditur ymago recreacionis in
tribus virtutibus supra inductis. fide. spe
et caritate. Primum in intellectu. Secundum in me-
moria. Tercium in voluntate. Quando ergo sic formata
ymagine et colorata nondum perfecta ex-
istet donec assimilatur suo principio assi-
milacione perfecta. sed vagabitur sicut materia
absque forma ultima que compleat totum
appetitum materie. Ideo necesse est adhanc
quietem obtinendam ut memoria assi-
miletur summe maiestati in patre intellectus
summe veritati in filio. voluntas summe bo-
nitati in spiritu sancto. quod erit in visione dei per
eternam. Hic dicit Augustinus in primo determinate
capitulo viiio. Nemo enim quiescit ad cum ad

illius contemplacionem venerimus.
De sine qui volunt scire et dicere
Quondam sapientie professores ex-
ecutabantur divicias. nec putabant
cum eas sollicite posse aliquid obtine-
re prudencie. cum enim studium sit vehemens
animi applicacio adfaciendum vel meditandum
quod studiosus esse non potest. cuius animus vo-
luntaria discendi affectio non attendit
qui quo in talibus negligens est circa tempora-
lia sollicitus est et qui languenti appetitu
et palato insipido cibos recipit et eos-
dem condite gula fastidienti stomacho
violenter intrudit Si enim sal sinceritate
sapientie degustassent omnia preter illam in fa-
stidium verterent. Hic scriptum est. Super salute
et omnem pulcritudinem dilexi eam. et proposui
pro luce habere illam. et divicias nichil
esse duxi in comparacione illius. Quia qui studiis
et diviciis pariter vacare non possumus. nec aliam
sua dignam habitacione sapientia quam videt
instrum desiderans et curis temporalibus in vo-
luntarium. Ideo quos contempnendas ut sapientiam
profiterentur. Unde sunt integumenta poetarum
verba philosophorum documenta sanctorum. impedimenta
temporalium bonorum. Primo de primo sic. Verbum poete
est quibus locus ingenio. non cui se car-
mine solo vexarunt et domus curre in se-
quos fertur. pectora nostra duas non admittentia
curas non enim ad sapientiam fortis sed
eam magis excludit. que sine possessorem
non facit meliorem. in secundo ostendo
alipides pictis qui tapetis aurea
monilia demissa pectoribus pendunt
tecti auro fulvum mandunt subdenti-
bus aurum. Ista nec animum nec ingalem
potest facere meliorem. Sapientissimi ho-
minum temporibus Socrates. Cato. Censorius.
Imperatore triumphali uno contentus erat equo
quo vehebatur et cuius abutroque latere sar-
cine dependuntur quas idem ipse portat

bat. Unde enim cupidis sapiens imagi-
ne ut si ad poetarum recurramus figmenta
vita et moribus tota inferni facies
depingetur. Non enim deest eis un-
da tantali · tytij iecur · rota ixio-
nis · urna belidum · saxum · sisifi. Di-
vites divitias esuriunt dum sollicitudinibus an-
xiantur dum cupiditate torquentur, dum
ad illicita rapiuntur, dum in saccum pertusum
congregant, dum congregando divitias
labore continuo et superfluo se affligunt
ut singula singulis referantur. Legitur quod
Ypodamia quia diu cursu contrariorum
procos auro retardabat, provolabat
ad palmam. Eius virgo triumphos ob-
tinuisset multiplices, tamen contemptore
auri de virgine triumphatur. Ergo contemp-
ne omnem affectum avaricie. Disces de sapientia
triumphare et eam tibi in coniugio copu-
lare. Nunc ad exempla philosophorum veniamus.
Cum pater democriti filio suo tantas di-
vicias reliquisset quibus exercitum Xer-
xis regis potuit pavisse, reliquit
priorem summam democritus, et in discendo et
docendo dies suos continuans studio-
rum athenis militiam consummavit in summa
paupertate. Dicit autem Iustinus hy-
storiographus in secundo libro de Xerses:
Septingenta milia habuit in auxiliis
ut non inmerito proditum sit flumina aber-
citu eius siccata. Grecia quoque omnis exer-
citum eius vix capere potuisse. Naves
quoque decies centum milia numero legitur habuisse,
qui montes deducebat in planum, con-
vexa vallium coequabat, et quedam ma-
ria pontibus pontibus sternebat, quedam
vero ad navigacionis commodum per compendium
deducebat. Crates ille Thebanus
proiectis in mare non parvo pondere auri:
Abite inquit divicie pessime, ego
vos submergam ne submergar a vobis.

Anaxagoras cum per longa tempora studio-
rum operam dedisset et possessiones quas reli-
querat desertissimas invenisset, non essem
inquit salvus nisi iste perissent. Unde in — em
doctrina fuisse dicitur, unde nec studiosum fi-
nisi se mediocritate pauperem exprimet. Se-
neca non latuit evidenter quod inimi-
cos sapientie ut contempnantur temporalia effuge-
re non potes. Necessitates hominis vite
potes vincere, sic viam habe tibi dabit
philosophia. Idem in xvi^a epistola: Si ad naturam vi-
vas nunquam eris pauper; si ad opinio-
nes nunquam eris dives. Exiguum natura deside-
rat, immensum opinio. Congeratur in te quid-
quid locupletes multi possiderunt, [illegible]
[illegible] disces. Non est philosophia populare
artificium nec ostentacioni paratum, non in verbis
sed in rebus est; nec in hoc adhibetur ut cum
aliqua oblectatione consumatur dies, ut
dematur ocio nausea; animum format et fabri-
cat, vitam disponit, actiones regit, agen-
da et omittenda demonstrat, sedet ad gubernaculum — gu
et per ancipitia fluctuancium dirigit cursum. — digit
Sine hac nemo securus est. Nunc pauca
doctorum sanctorum insistamus quibus plenius
est scripture textus. Aug. in v° de civitate
dei: Ex amor sapientie purgat a sordibus
avaricie. Et in iiii° libro contra Iulianum: Vi-
tium est amatores pecunie quia conquirunt
et patiuntur laboribus doloribus quibus subdantur,
a quibus se continent voluptatibus, sine cupi-
ditate augendi pecuniam, sine timore minuendi,
quieta lucis sagacitate secernuntur et perdent
dampna debitorum qui timent plerumque — aliena
dum repetere aliquid sua vel ablata contemp-
nant, ne repetendo et litigando plus per-
dant. Recte admoniti sumus sic amare — pc
sapientiam et eam nobis thezaurisare avidissime — magis
cupiamus, ut nobis magis quam
acquiratur nec aliqua ex parte minuatur
et perferamus molestias et libidines reste

venimus et perspiciamus imposterum ut inno-
centiam [illegible] quam fuimus id amo-
nem. filio sapientie. Sed queramus sapien-
tiam et non pecuniam. Idem Aug. in lib. lxxx-
iii questionum. Venenum caritatis nutrimentum est in-
stet imminuendis cupiditatibus. Est autem
cupiditas amor adipiscendi vel obtinen-
di temporalia. Huius imminuende initium est
deum timere qui solus timeri sine ama-
re non potest. Ad sapientiam enim tenditur et
nichil verius quam quod dictum est: Initium sa-
x pientie timor domini. Secundo quia adipiscendi at-
tinet videamus impedimenta bonorum temporalium
quare non se compatiuntur cum fine discreto.
1 Primo enim occupant hominem impedimentis. Unde
Sen. Epistola xix. Non poteris subducere te
istis occupationibus sine [illegible] eripere.
Incipiamus vasa in senectute colligere
misterio viximus, moriamur impositum. Et
idem lii. Vinctis que assumimus et labo-
re magno concupiscimus inspicere debemus
aut nichil commodi in illis aut plus incom-
modi. quedam superflua sunt quedam tanti
non sunt scilicet ut laboremus pro eis sed hec non 1
videmus et gratuita nobis videntur que
carissime constant. vix cernimus si ista mihi non
2 essent. Secundo irritant animam in flagitiis.
Unde Sen. Epistola lxxxvii. possidendum autem
divicias esse causam malorum non quia faciant
aliquid sed quia facturos irritant. instant
animos superbiam pariunt invidiam con-
trahunt et usque eo mentem alienant ut fa-
ma pecunie nos etiam nocitura delectet.
3 Tertio quia assimilat hominem vilibus bestiis.
omnia enim animalia quanto celestibus sunt vi-
ciniora tanto minus capiunt et congregant
parum. Considerate volatilia celi quoniam non
metunt neque in horrea congregant neque con-
struunt penu. Sed mures et reptilia terre
congerunt in futurum. Ideo sapientis consiliis dicebat
illud Boetius. Vos quam deo terrena alia

tenui sic in imagine veram pulcritudinem se pri-
vatis. Tertio quia hominem delectant et ex-
hilarare faciunt vanis gaudiis. Unde
Boetius. Quid immunibus gaudiis in-
per, quid conferri dolor prius amplexus
numquam tua faciet esse fortuna, que a te in
tempore se facit aliena. Utinam modo nunc re-
dirent mores tempora priscos. Sed sevior
ignibus ethne fervens amor ardet habendi.
Heu primus quis fuit ille auri qui
pondera tecti gemmas latere volentes pre-
ciosa pericula fodit. Tertio de fine illorum qui vo-
lunt stare ut edificent. Quod plane in-
venire dicit fine predicatoris et edificatoris
attende. Circa quatuor causas finis edifi-
cationis in hoc modo. Definire illorum
qui volunt stare ut edificent. Ve-
ni labiis inquit propheta meis pronun-
ciavi omnia iudicia oris tui. Iste est vere
zelus spiritualis quod est vere sanctus finis. Hunc
enim finem Christus in se ipso docuit et con-
plevit. Deliquit sine quo examinat [illegible]
et famescit, quo habito multiplicat vires
et recessit. Et de post sic. Dominus meus in Christo filius
venimus cum patre. De secretissimo sinu
patris descendit in uterum purpuree virginis
ibi exinanivit semetipsum formam
servi accipiens factus est inglorius et viro-
rum novissimus et quasi leprosus non habens speciem
neque decorem, et in qua non poterat cadere pas-
sio penalis. Dolorem sustinuit in humani-
tate. propter eius et predicatione humani generis
tamen dolor non est inventus sicut. quia
agit sustinet in carne, quantumque fecit inimi-
corum oppositione quamquam docuit in veritate. Et
tale factum est pro animarum salute. Unde zelus
et salus animarum quo non est maius sacrifici-
um finis fuit omnium predicatorum. Hoc duce si qua
manent sceleris vestigia nostri irrita
perpetuas solvent formidine terras. Unde
scriptum est: Zelus domus tue comedit

ne. Et michi zeli consors talis qui bi
bitur, erat increpare videbatur dilatos.
Hec erat sitis illa domini in cruce cum dixit
Sitio, cum non tam desideraret hominis potum
quam anime salutem. Hic scriptum est. Cucurri
in siti. Dicebat conversionem, currebat ad
remissionem. Adhuc sitit ille fons ir
riguus, ut ex affatim dulcedinem
hauriamus, qui carbonum ardentium libi
dinem extinguamus. Et de zelo dicitur
post passionem triblium, et opprobrium minimum,
corpus migraturus ad gloriam suam exaltat
zelo, propter animarum dilatationem et salutem a
postolos doctrina et exemplis suis informa
tos, data virtute super demones et lan
guores, misit eos in mundum predicare evangelium
omni creature, ubique domino cooperante et
sermonem confirmante sequentibus signis a
deo, ut in omnem terram exiret sonus eorum.
Hee enim sunt tube quas in mundum fecit
Moyses. quibus per Ysaiam dominus dicit: Cla
ma ne cesses, quasi tuba vocem exaltes.
Propter hoc tulit dominus Amos cum pasceret gre
gem, propter hoc misit dominus Jonam in Ni
niven civitatem, datus est Ezechieli gla
dius. Vocatur petrus et frater eius, vocatur
Paulus qui persequebatur Christum, superhabundavit
iniquitas ubi habundavit et gratia, sed quia
non poterant apostoli soli portare sarcinam
pastoralis officii, ad exemplum Moysi con
stituunt pastores cum eis in eiusdem
laborantes viros virtuosos et omni ex
ceptione maiores, non que sua sunt, sed
que Ihesu Christi querentes, qui pacto pro
fidei plantacione et suis confirmandis
exposuerunt morti se, et Christi martyres sunt
effecti. Ergo apostolis successere pastores
secuti apostolos certis vestigiis usque ad
effusionem sanguinis, pro fide katholica
et salute plebis. Et sic prosecuti est
diversis temporibus cortico boni in mores et

fidei docuerunt. Hic enim noctium spa
tia dum descendimus succedentium ipsi s
tellarum cursibus illustratur magis celi
decore pingitur. Hic predicantes stel
las plurimas in celo ecclesie habemus, et hos
ut inoffensis fidei et morum pedibus iter
vite noctis ambulemus. Et licet ipso pas
tore Christo pastores omnes sunt sic unus
pastor et vicem gerunt ipsius, tamen specialiter
prerogativa vicem Christi gerit et personam
exprimit pontifex romanus. Cardinales
vero typum gerunt apostolorum. Alii vero pasto
res typum sacerdotum. Sub apostolis in parte sol
licitudinis succedentium, qui ecclesiam edificant
per predicacionis officium. Et defectio sic
cessit hic finis propheta famescit. quia in solo
pane homo non vivit, percute pastorem
dispergentur oves gregis. Vacuum est presepe
ubi non sunt boves, cum propheta defecit
populus dissipabitur. Et si aquas dominus conti
nuit omnia siccabuntur, ideo clamat sapientia
ad repressionem famis: Venite comedi
te panem et bibite vinum quod miscui vobis.
Hic est sermo sicut de quo loquitur Iere. Hee
sunt stille pluvie quas providit Job
in spiritu cuffendas. Hec est fames illa
iuxta Amos prophetam quia in illa die
immissurus est dominus super terram non famem
panis et vini, sed audiendi verbum dei.
Et quia nunc ros nunc pluvia super montes
Gelboe cadunt, ideo post maledicti arc
fuit, ideo eorum siccatus est torrens Carith
quia dominus super terram non pluit. Nam
sicut dicit Ysidorus libro de summo bono xliiii
capitulo, pro malo merito plebis aufferetur
doctrina predicacionis, pro bono merito au
dientis tribuitur sermo doctoris, tacet enim
quisque doctor aut quia non est qui se cor
rigat, aut quia non est qui audiat, vero
testante propheta: Civitates austri clau
se sunt et non est qui aperiat. Desertos

Ore predicatorum suorum. Doctrina bona dabit gratiam. Et item: Doctrina sua cognoscetur vir, et de fructu oris sui unusquisque replebitur bonis. Verba enim sapientum sicut stimuli et quasi clavi in altum defixi. Faciunt enim animam lacrimas compunctionis resolvi. Dicit enim sponsa: liquefacta est ut dilectus locutus est. Per hoc enim cessatur anime dum inebriantur sagitte domini sanguine. Per hoc respirant in spe, quia omnis sermo dei ignitus, clipeus est omnibus sperantibus in se. Per hoc ignescat in nobis caritas. Unde surgit Helias propheta sicut ignis et verbum eius quasi facula ardebat. Et in libro Sapientie scriptum est de memoria aliis virtutibus(?). Nobilitatem(?) inquit et sapientiam doctorum et iustitiam et virtutem quibus valeamus vel est in vita hominibus. Reviviscunt ad vocem predicatoris mortui, quia ossa arida audiunt verbum domini. Recalescit omnis frigiditas quia verbum domini quasi ignis et quasi malleus conterens petras pellit demones. Et est quasi solacium in hac miseria, quia ad nomen domini eiecerunt demonia apostoli. Et cor discipulorum ardens erat dum loqueretur eis in via. Quid plura? Verbum predicationis audit mortuus paulisper et suscitatur. Induratus per pertinaciam remollitur. Languidus per ignaviam sanatur. Cecus per ignorantiam et illuminatur. Dubius per infidelitatem confirmatur. Frigidus per pusillanimitatem inflammatur. Unde verbo predicationis Paulus apostolus fere totum orbem terrarum fidei subiugavit. De quo Crisostomus in libro de laudibus Pauli ait: Homo ignobilis, abiectus et vilis fortunis(?), qui artem exercebat in pellibus, in tantum virtute progressus est ut vix per Romanos(?), Scitas, et Romanos(?) et Persas et Parthos et Medos et Indos et Cyteas(?) et Ethiopes et Sauromachos atque Tauros(?) cunctos et per sensus hominum gentes subiugo mitteret vi-

Quod prelati maxime debent finem predicationis et edificationis attendere

Certe necessarium est finem attendere huius edificationis pastoribus et prelatis, nec eis sufficit quod habent animarum curam, ut unusquisque salvet animam suam. Deus hunc finem diversis(?) dampnavit(?) et sic perit(?). Unde primum patet per Gregorium in pastorali: Deponentem tintinabula cum quibus sacerdos legalis sanctuarium ingreditur, assurgente dampnationis sententiam(?) dicit, implacato iudice(?) cum animarum huius predicationis sonitus non auditur. Propter hoc eis assignantur redditus unde vivant, ut zelum animarum verbo predicationis ostendant: ut pascant verbo eruditionis indoctos, verbo consolationis pusillanimes et desolatos, verbo consolationis dubios, increpationis rebelles, exhortationis pigros et desides, correctionis errantes. Ne sint canes muti qui propter inertiam latrare non volunt, vel propter malam vitam erubescunt, vel propter ignorantiam nesciunt; nubes inquit Iudas sine aqua, quia subditos non irrigant doctrine pluvia; arbores autumpnales que fructum promittunt et non faciunt, aut si facere incipiunt ad maturitatem non producunt; bis mortue, quia mortue in se ipsis et moriuntur in subditis.

Tot enim mortibus moriuntur quot mortalibus peccatis per eorum negligentiam eorum subditi occidunt. Arbores eradicate a civium celestium societate. De hoc Crisostomus in libro iii° de dignitate sacerdotali capitulo 9°. Multum studium debemus ponere ut verbum Christi habundanter habitet in nobis. Neque enim una intentatur nobis species preliandi. Vel multiplex est pugna, et que diversis iudicatur inimicis. Nec vero eisdem demones utuntur armis, nec uno nos aggrediuntur modo. Et debet hic qui est tam multe

obmatur9 om̄s artes cū quib; di
uinitat explorare Dare ec̄ viti fim
dibulis ul' sagittis aciem q̄ ordinare
nosse lanceis q̄ ad opus fuit dimi
care et officiū ducis imple ul' milit'
Et infra eodem capo / Adque omnia
nullis tei auxiliū pt̄ quia simonis i
venias / Cum si post sacerdos fuit de
stitutus i modū fluctuantiū nauiū
iactabitur anime subditorum / et hij maxe
qui infirmiores fuit a' curiosiores
pp q' o; illum vehement' admiti · ut hac
simonis facult; heat / h' e ptiusculu
eleuacōis ul' q' hereditario iure de
bet' Aaron · z filijs suis Dic em ge
tiles cōn fidem katholica insurgent
· si Judei · si heretici · si lupi rapaces no
parcentes gregi / Cujus carnib; z cus
todib; us ouiū aut cum ignauis la
tentibus aut cum ignau' fugientib;
· defendent fidem xpi / Cuius ec' infir
mi' adhibebit remediū · cuius a' mo
dum nescit aut spem / Cte nauigiu no
inuadit cultor agror / n' agricultura
miles h' vendicat / n' vsurpat mili
ciam gubnator / n' curam animar ig
norans deberet assumere / Prima scptu
e Interroga sacerdotes legem / Dm
ps sic / viro em sancto non huit cura
pastoralis officij sufficit late et se
ipm lucrari / Dic scptu e in apolo
getico · Gregorij Nazazem / Dice
bam inquit apud memetipm / nauiget
alij z ingenciu lucror spe sube aut
marina disterimia mich; gratius e
sup sollidam terr statim exigui cespi
tis sulcas herbam frumenti requirere
z inegemis rebus tenuem vitā duce
r qui pegemas diuicias in fluctuū
picul; querere / fortiorib; quid z pote

ciorib; dapnu e no officia amistrae
maiora nec erga plimos exercere virtute
sed in paruis reb; z modicis contthari
velut si quis ingenti luis lampade loca
pui conclauis illmiet aut arma pote
cia z virilia exiguo velit corpi exilib;
membr' inserere C Paruis aut e tutius
puū onus z non h' vires leuare ne
ul' derisui fiat simil' z piculi subeant
Dicit n' Cum quid edificare querint
alij n' ei cui impense q' pficiendi p
sto sint De qui e in officio pastorali
constitutus q' seipm saluare z alios
lucrifacere vn pigrus euuancus no excu
satur sed accusatur quia talentū fuauit
intra defossum cū redde debuisset mul
tiplicatū C Requirit ec' a Cayn de Abel
fr'e suo quia vi; mandauit dūs de pro
ximo suo / Des em mandabit h' ipm fa
cere exram te / Alteri vo ecōtrate mater
ei qui tenet semen fris mortui suscita
re C Non em visuri sunt fr'es faciem Jo
seph / nisi adduxerint fr'em suū minim
z malede qui abscondit frumenta i ppl'is
Bndicco sup caput vendenciu / Et inso
Cris de dignitate sacerdotali ult' dr / no
est equale in pelagus imensū incidere
z flumina transire nauigio cū adiuuare
non possum sufficit mich; si me salua
re ac de tempestate poterio libare / Et
cū ps sic Dicit opus xpi finale fuit a
niar zelus z saluacio Dic dp? ocasi
onem z destrucōm animar parant / eccon
tra / prodiunt ig' doctor silenciū / iet
grex famulus coronat insipiciam dū clau
dūt ora dūi canenciū / vn tpe antexp'i
dum soluet' sathanas z erit in sua m
xima ptate / tunc cōtcescent libri doct'
ne / vn Greg' mor' xxxiiij'to li / Cuius
quia antiquis hostis nullo dampto homine

st antixpo quie assimet appareat, qua
Ecclia virtutu subtrahuntur signa, tunc sua prese
ncia abscondet, gra curacionu aufertur
prolixioris abstinencie virtus imminet
doctrine conticescunt verba miraculorum prodigia
tollentur, que superna dispensacio nequaquam
funditus subtrahet. Sed non sic sicut
prioribus temporibus aperte et multipliciter. Unde dos
xli. Status eius procedit, egestas sine re
miniis ausuit limen ipsum angulus fine.
Et id cum doctores sint professione sua lux
mundi illuminans et sol vivificans, pluri
mi densissime tenebre effunduntur, et pro calore
vitali frigus mortificans, ne sic recog
noscatur, et velut seminaria prodeant et
incredibus inuriantur. Unde enim vitale
oritur, ubi lux solis non diffunditur.
Tercium sic, etiam si unius parte est et
oppositi erit oppositum. Sed cum boni pastores
causa fuerint antiquitus ecclesiastice dilataci
onis, certum est quod mali pastores causa sunt
causa ecclesiastice coartacionis. Illa enim dila
tacio tanto tempore elaborata, nunc est velud
in angulis coartata. Plurimam enim mundi
partem infidelitas occupavit. Et de re
siduo magnam partem xpo scismaticus vi
cium superavit, et de residuo residui multi
sunt heretici, et eorum qui hoc evaserunt multi
aliquod septem morbum peccatorum incurrerunt
ut merito plangat xpo et dicat: Ve michi quia
factus sum sicut qui colligit in autumpno
racemos vindemie. Non est botrus ad co
medendum, precoquas uvas desideravit an
ima mea. Periit sanctus de terra et non est.
Quidam eorum crimina et varia ... illos ori
vivente de vita ubi tardis zelo salutis
animarum precedente superaddunt eo omne genus
prevaricacionis, ut iam non sit super quo
puniat eos ultra deus ulcionibus. Nam
eorum superbia supercrescendit, et eorum cupiditas
semper crescit, viduarum depredatores, pu
pillorum deceptores, gregis comesores car
nem desuper ossibus auferunt, ossa
confringunt. Multi et incestuosi ex
istunt, deo abhominabiles, hominibus
odibiles. Et cum probum predicatoris gra
re deberent abiciens vi graciam vitam
sodomiticam spiritualem disseminant cum libi
dinibus suis eciam corrumpentes plon
erea xpo non gravant. Unde xpo dolor
non modicus suscitatur quod eius sponsa
dilecta latronibus exposita. Et hoc. Cum hic vi
lis de dignitate sacerdotali, Fingamus
de aliqua Regis filiam, et eius regis
qui dicitur omni terre que sub celo est, hac
aut iam esse desponsata, et hic pul
chritudinis inexplicabilem, cum non intelligi
mus intellectu, omnemque mulierum elegan
ciam grandi superet ita, tantumque ca
tus virtutes animi ut eciam virorum gen
vel qui fuerunt omnium, vel qui futuri sunt
post virginum reliquat, omnibus quia prope ex
cesserit maritus, sponsi vero et omnisi
corporis pulchritudines latitudo sua vincat de
core. Cuius aut sponsum non solum propter ea
que diximus et ad virginem seducere. Sed
Dni et affici, ad hanc amore passibili
tanto ardore ut experimento omnium ca
rorum qui umquam sunt vincat amato
res, atque in hac cum ille tali ardet affec
tu audiat quod illam dilectam. Et ita amica
bilis aliquis vilium et despectissimorum ig
nobilis generis, deformis corpore, et omni
et corpore promissimus sit acceptus, coniuge
modicum ne tibi videtur audisse de
lor pretem. Et id multa sancta opus est
sacerdoti, que si desunt incurrit propter illis
gentis multiplicia detrimenti, quod qui vi
de desidat pastoralem Gregorii legat
Et apologeticum Greg. Nazanzeni.

Dentalis

Cete

Sta

tantaque

Explicit tertius liber. Incipit quartus de dignitate sacerdoti

Quod maxime in pastoribus et modis erunt fines edificationis. Et est primum capitulum

Exigitur maxime quadruplex hec edificatio in eis qui debent eam ostendere verbo pariter et exemplis. Primo propter
.1. curationes animarum quarum prelati mali
male committunt. Secundo propter exemplares
.2. errores que periculose sunt. Tertio propter
.3. iura civilia quibus etiam reguntur. Quarto
.4. propter bella hostilia et usum gladii malitia que descendunt. Et de primo sic
gregis corporalis cura non solum capitis tendit, nisi potenti scienti et volenti curam
Onus terribile eius agere ad salutem. Cum igitur gregis spiritualis curam agitur traditur impotenti vel ignoranti vel negligenti curam eius agere ad salutem, constat magis perpendendi
rationabilia quam bruta, et cum rationabilia Christi sanguine sint redempta, certum est quia perpendens appreciatum perpendit
temporalia. Propter Herodes in collationem pueros non persequebatur, nisi puerum unum quem timebat fore tenuem regem Iudeorum et regnum sibi ablaturum. Cum magistri non credebant se persequi nisi hominem unum suis operibus contrarium. Cum si
impe cognovissent, nunquam dominum glorie crucifixissent. Unde constat quod tradens indigno pastoralem curam ovium Christi, gubernaculum navis Christi petit, Christum in membris suis persequitur, quem dominum celestem et eternum regem omnium confitetur. Unde maior persecutionis et irrationabilior cognitio. Propter
quanta est stultitia, quanta est dementia, pro sustentanda corporali vita, tot animas perdere milia pro quarum singularum vivificandis Dei filius redempturi noluit mortem quasi
sima. Item qui gregem in medio luporum leonum ursorum, ut lac et lanam tollat, exponit, et se pro salute gregis non obicit
tanta est quod gregem occidit, et si contingat fortuito aliquis gregis ovem mortis evadere periculum et discrimen. Secundo homine qui tradit navem oneratam hominibus dirigendam in portum salutis per medium scopulosi et procellosi maris vinolento vel paliato vel
nauclero ignaro vel inexperto vel pigro, ut a singulis recipiat naulum, et homine predictas omnium interitum tentavit, et si aliquis eorum evadat naufragandi periculum. Quare saluti omnium providendum est de bono pastore et tribus
 Nota: Pastor, rector, et doctor
 eorum; et comitatui de bono gubernatore, et plebium de bono doctore. Unde scriptum est: Dabo vobis pastores iuxta cor meum qui pascent vos scientia et doctrina. Et si omne quod non recto fine sit perniciosum est, certus autem finis cure pastoralis et tradicionis et susceptionis eius salus gregis est, ut concedi debeat et suscipi non ei et tales qui adhuc sine ydoneus est prout magis et minus absisto fine receditur petentium intendere et suscipiendi magis et magis minus mensuratur a quo fine iam ab aliquibus velut in infinitum distat. Erubescat igitur qui non vocati sibi assumunt honores, qui nec missi nec vocati veniunt. Fures enim et latrones veniebant inquit Dominus per prophetam: Et ego eos non mittebam. Erubescant et prelati qui edificant Syon in sanguinibus qui non per hostium sed per abscondita et furtiva hostiola nepotulos et indignos introducunt in ecclesiasticis honoribus. Unde legitur de sacerdotibus
 Bel
Bel et eorum parvulis et uxoribus in unde et reprobande sunt ipse, qui indignos inficiunt in statu quorum umbilicus indiget precisione. De quo scriptum est: In die ortus tui non est precisus umbilicus tuus. Umbilicus perpetuat parvulos in iungentis carnalis affectu in prelatis malis, propter parentibus et propinquis uniuntur qui deberent precidi in promotione prelati maxime in die ortus, hoc est in die consecrationis eius. Ve ergo secundum Bernardum: Responsio Christi talibus

tendite per vnum plus. Et de 2° sic scriptum est in eodem. Moysi ut sicut exemplar quod in monte monstratum est construat edificationem thabernaculi, quia per modum ecclesie triumphantis pro modulo suo procedere debet opus ecclesie militantis. Quis in triumphante non legitur exemptio, qui omnis ordines sub dignitatibus et graduus et officia propria constituti obediant vni summo. Tertio quod propter monasteriorum quiete et episcoporum tyrannidem habent exemptos facti sunt et Romani pontifices indulserunt. Dedecus incurrit visa est, quia occasionem dampnatissime libertatis et effrenate licentie. Plures ecclesie suas exemptos illicite quesierunt, propter hoc adversus episcopos quidam intumescunt abbates, et in omne desiderium proprium ire soluti carnis curam agentes in desideriis. Detestantur suorum excessuum correctores. Quia que est hec forma iustitie prohibere ne discipuli magistro consentiant, ne filii patri obediant, ne milites deserant principi, ne servi domino sint subiecti. Post vrie mortem et adulterium bersabee missus est propheta ad dauid proponens ei paradigma de paupere, qui vnicam habebat ouiculam, quam abstulerat ei diues, qui oues habebat innumeras, iudicium mortis dauid dedit indiuite et per hoc in seipsum. Certe tu magnus pontifex oues habes innumeras ecclesias suas vniuersas. Petrus enim misit se in mare, alii discipuli nauigio venerunt, quia ceteri vocati sunt in partem sollicitudinis. Ipse autem in plenitudine potestatis. Quis ipse nunc est videat tamen et modum quo exemplo talis fiat. Non enim oues proprio icelli nunc debes nec voles. Vnde semiciciatus tange christum meum. Quarto tu quod per exemptionem priuilegia illius obtinenti sunt pastorum vera, nunc lupis in gregem dominicum passim grassantibus, potuerunt pastores occurrere. Tu vident eos enormia vel grauia

petrare, quandoque autem indulgentur priuilegia. Oratione ecclesie que defrauda nos concedimus sicut diuini sed extra. Quinto quia multum non expedit impotentibus quod alienum est contra statum vsurpare. Vnde et decime que tribute sunt egentium animarum immo que sunt stipendia ministrorum retinentur a quibusdam per exemptos illicite procuratas in preiudicium animarum et si quidem indulgentiis specialis quidam propter eorum paupertatem legantur priuilegiati, potuit tollerari ad tempus quousque tamen necessitas fuit introductum. Nunc autem multiplicatis possessionibus in immensum multa sunt priuilegia que potius ambitionis impetrauit, quam religionis instituta censentur. Et de tertio. Non recte nauigat partem edificatoriam nunc edificatur et propria malem, sed vna que ars propria sunt dirigit artificem spiritualem. Quis igitur saluare animas opus est maxima doctrina requirit qua tendit saluatione animarum. Hoc est vetus et nouum testamentum. Vnde contingit animarum pericula, quia sopita lege diuina positiua Iuris et Ciuilia nimis sunt exercita. Quia enim deceret secundum euangelium fieri correctos, si vindicari transgressiones per legistarum argutias, finguntur appellationes, et per has subtilitates et sollempnitates Iuris Ciuilis lites sunt immortales, fatigatur pastor et corrector, et interim pendente lite perseuerat in sua peruersitate peccator donec a curso temporis incurabilis fiat languor. Vnde Bernardus de consideratione libro primo. Cotidie perstrepunt in palacio leges, sed iustinianum non domini, lex enim domini immaculata conuertens animas, hee autem non tam leges quam lites sunt et cauillationes subuertentes iudicium. Tu ergo pastor et episcopus animarum, qua mente ostenderis sustines eorum. Te semper silere illas garrire istas. Sed dicat garrire. Tu s° dicat

Isidorus. i iij. lio. de summo bono. Exper
tum est ut inis iurgantes caritas ma
neat postponenda est tunc causacio, ut per
sonet dilectio. Antiqui forensem eloquen
tiam canina facundiam nuncupabant
eo quod causidici in certaminibus causarum omissis
que agunt veluti canes alterutrum sese la
cerant, iurgia quoque causarum adinvicem suas
commutant. Ysidorus. i. Capitulo vi°. Secularia
iudicia si habetis, contemptibiles illos qui
sunt in ecclesia constituite ad iudicandum.
Et de quo sit xvi Petro dictum est, quod converte
gladium in vaginam. Omnes enim qui gla
dium acceperint gladio peribunt secundum scripturam
primo de ambo(?). Orationes et lacrime arma
sunt episcoporum. Et quod distinguit Bernhardus
ad Eugenium. Cum uilem gladium tuum
negat non satis mihi videtur attendere verbum
domini dicentis. Converte gladium tuum in vagi
nam. Tuus ergo, et ipse forsitan tuo nutu
et si non tua manu evaginandus. Gla
dios duos in ecclesia legimus, unum spiritualem
quem ecclesiasticus pastor exercet. Alium
materialem cuius usum miles exercet. Spiritua
li magis debet insistere pastor, ut vol
neret ad salutem. Materiali miles ad
iusticie execucionem. Legimus Romanos omnes
gentes sola armorum exercitacione vicisse.
Unde Vegetius Renatus dixit. Nulla
alia re, populum Romanum videmus orbem sub
egisse terrarum, nisi armorum exercitacione, dis
ciplina castrorum usuque milicie. Dicit
apostolus. Arma nostra non sunt carnalia sed
potentia deo ad destructionem municionum et con
silia destruentes et omnem altitudinem extol
lentem se adversus scientiam dei. Et cum igitur
in carne ambulantes, non secundum carnem mi
litamus, et plurimum milicie cursu, fidem
dilataverunt, atque in orbe terrarum, ut videre
dentur Christiani et pastores ecclesie passim
bellis vacare militibus preposito gla
spirituali. Et cum dicat Crisostomus in libro de dignitate
sacerdotali. Fingamus exercitum tam de eques
tribus quam de peditibus, et hiis qui na
vibus decertent fuisse collectum, tegat autem
mare terrenum navibus, operiantur vero camporum
spacia et montium vertices, resultet ergo soli
fragor armorum, radius quoque eius repercu
tiat scutorum splendore atque galearum, hasta
rum vero fragor, equorum hinnitus feriat
ad celum, et nec aut in mari aut in terra preter
ferrum quid videatur, aggrediantur autem hostes
feri et inmanes, et tempus congressionis ad
veniat, volent ex hostes tunc equis suis
quibusdam artibus parata missilium nubes
sagittarum, quando densissimas excitet te
nebras, torrentes sanguinis effluant, ge
mitus torquentium audiantur, et stantium ululi
tus multorum cadaverum terram inebriet sanguine
plena sit sagittis equorum et hominum capita
galeata, capita telis infixa, ferrum sa
gittarum fixum quod in pupillis maneat oculo
rum. Numquid in hoc tali prelio sit securus, si
certas duas astucias videmus, et artes quas
tum nos temptator exercet cernemus, non
fluentem sanguinem, nec corporis examine sed
animarum discrimina, et illius pugne qua
descripsimus imaginem in comparacione ipsius pu
taremus esse ludum puerilem. Quam hiis pas
tores debent probare suam virtutem, qui sub
diti quotidie vulnerantur, et vulnera gemiscunt
cum inveniunt duras animas crudeles, et pastores
valde negligentes, quibus eo crudelior
quis iusticiendis peior quo acriore iubetur
furore congredi, qui nec in expoliacione
temporis impeditur. Nam nox adveniens et
cedit labore, et abi temporis et sompni recreacio
et hominis reficiunt milites, ut intermissa in
tencione possint paululum respirare, et de
fatigatas vires aliquantulum reparare. Con
dicam vero non licet umquam arma depone
nec sompnum sopiri. Sed tunc capere si volumus

exitus

cyrenium

voluimus evitare. Pro conflictu enim cotti-
dianum necesse est aut dormire semper, aut vigi-
lare iugiter et arma tenere. Ille enim spi-
ritualium princeps cum omni acie sua, inter
insidias ignavie, maius huius studium ad
fendam nobis prodicionem, quia nos habeamus ad
retinendam salutem. Hoc autem ipsum quod ho-
stis non videtur a nobis, sed repente irruere
potest, maximam periculorum causam facit. Hinc qui
non semper vigilant, redundat conflictum contra for-
tiorem. Quid nobis de armorum genere, de
missilibus iaciendis, de lapidibus fundis
recessibus, de munitione castrorum, quomodo sint
probandi tirones, quomodo exercendi, quomodo
eligendi, quomodo legio construatur, quot co-
hortibus impleatur. Quid inter tubicines et
cornicines et classicum dicam? Dignitatem mili-
tarium quanta sint genera, quemadmodum castra
debeant ordinari, quot generibus pugna pu-
blica committatur, cum nobis desint bellorum
rectores generales. Hec sunt que scandalizant populum
et clerum et mundum. Est sicut navis sine remige,
populus sine duce, cohors sine milite, expertes
armorum, inexperti bellum quomodo sustinent, vel
gladium cervicibus imminentem, vel redemptionis
sue inspem servitutem. Et tunc aderunt qui
capiti detracto ducum redemptionem pluribus
timentur, ut levi fili detinentur. Et pauperi-
bus [predonibus] victus et vita pariter subtrahantur.

De fine illorum qui addiscunt ut edificentur

Quid prodest homini
si mundum universum lucretur, anime autem
sue dispendium patiatur. Ideo debemus dis-
cere ut nosipsos valeamus edificare, quod
est ad ascellam os curtum retorquere. Et in
Levitico. Aaron et filius eius pauperi, ut
ante fores tabernaculi carnes comedant
et coquant, ut sic ardenti desiderio meditem
et ea que intus salutis sunt operemur, quod quadrupliciter
facimus si que legimus in scriptura actualiter
intus operamus. Unde quod videmus intraturis

in nobis spiritualiter intelligamus, si nosmet
ipsos intus cognoscamus. Quod cogitamus
ita in dei noticiam ascendamus. Et depo-
suit. Fili hominis ait dominus Ezechieli, co-
mede volumen istud et loquere ad filios Israel.
Et aperui os meum et cibavit me volumine
illo et dixit ad me: Fili hominis, venter
tuus comedet, et viscera tua implebuntur
volumine isto quod ego do tibi. Volumen come-
dere est scripturas et maxime sacram legem
dei meditando, ruminando servare in corde,
bona operando. Comede inquit volumen istud,
non siliquas porcorum que reddunt ventrem
inflatum, non intus saciatum, non panem
mucidum gabaonitarum scilicet sordes secula-
rium, non poma silvestria quibus onerantur
hericiorum dorsa hyspida, scilicet secularium sa-
piencia. Qui volumen sacre scripture quod dei
intiora mea complere. Multi enim legunt et
vacuum recedunt, et si mente intentu sibi di-
scripserant, tamen in cordis visceribus vel bonis
operibus non custodiunt. Quia si levatus au-
dit adversum, opere edificacionis non assumit.
Quod Aggei. Qui mercedes militat et intulisset
pertusum. Unde intelligimus in lege prohibitam immundi-
ciam aquilarum. Est enim aquila avis im-
munda secundum legem, oculis perspicax et ungulis
rapax, que perspicaciam habet intuitu et in se-
ipsos reflexum et inordinatum affectum. Non sicut
discipuli Christi qui sabbato vellicabant
spicas, quia in sabbato sanctissimo pectoris et serenitate
cordis debemus ad edificacionem interiorem mag-
nificabiliter legere et conservare scripturas. Vel conterere
debet vel manibus spicas legimus et ligamus
ut scripturam non solum in ore sed in opere
habeamus, non sicut illi qui cum sua vitia
congregant ut alios predicando pascant et
ipsi de cibis non manducant. Unde scriptum est:
Vir cui deus dederit divicias non tribuit potesta-
tem ut comedat ex eis. Et de secundo: Vade
ad formicam, o piger, et disce sapienciam. Ho

enim cum in honore conditus esset mittitur ad bestias ut sapiens iacet. Interroga inquit Iob iumenta et docebunt te. Et econtra eo quod videmus possumus a delectatione mali et faciendo bonum gratia trahere. Mores enim vel vicia que non possunt reputari puris oculis sine subiectis corporalibus cernuntur. Et hic est modus quo edificatur multimode. Unde Gregorius Nazanzenus. Mos mihi est admonere singula tenuiore prospicere, si quies mihi sit et silencium, si vacat animum motibus captare quod videre valeas. Dic ergo tunc temporis hiis quos per oculorum visio fiebat in mentem erudicio, qui inquit capere incipiam loquens. Mare sic vita mea omnis quod res humanas. Multum enim in hiis est velud salse cuiusdam amaritudinis, multa instabilitatis et incerti. Flantes ergo huic spiritus temptaciones iste que superveniunt ac diverse impulsiones rerum, quod in videre beatus David considerans exclamasse arbitror dicens: Salvum me fac domine quoniam intraverunt aque usque ad animam meam. Et libera me de profundis aquarum, et veni in altitudinem maris et tempestas demersit me. Ergo atque tempestates inclinant videbantur mihi. Alii tamen leves ille ostrearum teste huc atque illuc distrahi fluctibus et raptari. Et non parum quidem incurrentibus molestiis posse resistere, nec vero habentes meliorem se vel sobrii consilii gravitatem, quo muniti et roborati obviare possent supervenientibus malis. Alii autem parum qui non tamen sua constancia obruti et resistere quia firmioribus quibusque et validioribus adherendo. Alii videbantur mihi esse petram quandam, similes illi petre supra quam edificati sumus, hii scilicet qui sapientum institutum et eminentis ractis vel viventes qui humile et terrena ducunt vitam inconcussi et immobiles permanent et illa irrident vel misereantur eos qui impulsu fluctuum volutantur. Huc

autem spiritualem sensum dictis Gregorius traxit ex intuitu maris. Premittit enim sic: Deambulabam semotus in littore solus, enim cum quodam vespere labor molestias relevare, quam non arcus distento semper nervo corda quod distenta valens esse emissionibus sagittarum nisi parum quid ad intensione laxetur. Deambulabam ergo in littore urgente iam vespera die, et pedes quidem lenem ferebantur incessum, habebat vero vultus ad conspectum maris. Nec sane delectabilis habebatur intuitus, quamvis soleat esse gratissimus, si quando in tranquillo silencio purpureum micant equoris dorsa vel cum leni motu placidis impulsa lapsibus allidit unda littoribus. Ergo quid erat ut in verbis scripture dicam, vento magno flante mare insurgebat et infremebat et fluctus ut solet fieri in talibus. Alii quidem longe insurgentes et paulatim in aere superbo vertice tumescentes, cum deinde fracto impetu languidiores iam resolvebantur ad littus. Alii vero proximius allisi scopulis sursum spumas in altum cessos rore iactabant. Et inde quidem conche vel coclee exponebantur arene litoribus et nunc vero ex undis resorbentibus vehebantur, quod tunc arenis tenaciter inherentes inmobiles permanebant, nec pro in moventibus variatores preter hoc solum quod fluctibus ingebantur. Ex hoc nempe ego ad admirationem philosophiam traxi. Unde sicut modum quem dat hic sensus, si quis creaturarum intuitus signatum consideret, non erit in dicandum quod homines non edificet vel invitando ut fiat vel declinando ne fiat. Alibi enim creaturas videre et earum proprietates cognoscere mos est gentilis et philosophorum. Hic scripturis veteris testamenti lege et signis significativa non pernectere mos est Iudaicus. Oportet enim Iudeis quandam crassitudinis cortice sacramenta in quibus saltem tenerent vetus ymagine

quorum acies e gra nos susciuet veritate
Cum moyses cu pp[lu]s allo[qu]er[e]tur faciei sue velu
superadue quia faciem claritatis eius
isrl intueri nequit Sic incertitudinis me
mentibus nichil esse vide[tur] inc[er]titur n[on] q[uo]d
appz extius cu subppatatibus eius designe
velut incorpati mores et errores hom[inum]
vn legislator volens veritatis et vicios quib[us]
homines mundi vel i[m]mundi fuit dictis pone
quasdam elegit creaturas quas p[ro]p[ri]e sue
co[n]gruencia hi[u]s sine illis significando
ilemuitas apposuit et mdo[rum] sig. immidaque
immidorum vo vni[ver]ses immidas nominat. p[ro]
ponens quadrupedia deim natati[lia]. 3[o]
volatilia In quibus omnib[us] varias hom[inum] con
dicones designat / p[er] quadrupedia enim
que validior ales vastior corpulente
sunt ropo[s]iori niebro[rum] suo[rum] motu camp
fatigant quosdam locupletes exprimit
qui aut negociacõe v[e]l agricultura sine
quib[us] h[uius] hui[us] vite exercicis in bono[rum] corpo
ralu possione dilatantur / p[er] aues vo illos
intellige qui i honoribus et dignitatibus
co[n]stituti ad alta subvolant / et qui aliorum me
liu mensura excedunt / In utroque aute[m]
hoc genere quia sic quidam qui placeant
quidam qui displiceant neque enim ex possi
ones mile si iuste ac libe[ra]liter dispensent
Possessorem suu[m] co[n]dempnant aut dignitates
tpales Sed diuine legi subdantur id est munda
et immunda legentur hec ergo sunt que me
tem assibelibus elevant et meditacionis a
nam ministrant ¶ Et dextro dt / concedebat
id est virsum delfica deguo dr. decalo de
scendit. Gnothis olitos. hoc e cognosce
te ipsum vel. s. considera quid sis intra quis
in persona qual in moribus et disciplina. sca
as intra te habitare non extra te effluere
cogi[tatio]nes scilicet vagas accordis ter[m]i[n]
revocare Sic scriptu e. dispsiones i isrl co[n]
gregabit Et item Ibi beniamyn adoles
tulus i mentis excessu / et primiter in exstasis

Tric

Vendicate do quo defontibus isrl Gracia
quociens impleatur, sic synago congregata
in sensibilia tribula congregari p[ote]st quoniam
no p[ote]st si en tomalia / Aut g[re]gorius Rychar
dus in lib[ro] de patriarchis Vide quali sit
int[er] congregacom et conuocam Inter et iam
et synagogam Si g[ratia] p[re]sensens desideria
tua ita extiores delectaciones afflia co
gitaciones meas iugiter occupari, cum
mag[is] sollicitu[din]e compelle intra ne possis
saltem extra intim synagogam face
re[m] vos en evagacones i vnum colligi
et omnis motus cordis i vno eternitatis
desiderio figim[us], quid aliud quam
de illa intima familia synagogam
facimus Sed cu iam in[teri]a desideriorum in[te]r[iorum]
cogitacionum que frequencia in mente dul
cedinis degustacone allecta admultu
tonis sponte cauere et intimis frequentiq[ue]
stare didicit, ecce nomine vltius dig
conferri potest / hoc etiam phi dicebat
addiscere ea que in mente abdita sunt me
ditando recolligere Cu enim euagami
ab vno i multa desluim[us], cu vo conti
nue adinctis inte intimis reduciunt
ad vnitatem Et sicut p[ro]bat aug[ustinus] i fine
xi[mi] confess / Etiam ab operib[us] intellect
p[ro]cedens est animus vti contra ut in se
querendo d[eu]m suu[m] homo enim recursus i se
exprimendo p[er]libat et p[er]libando percipit in
estabilem dulcedinem pure / Vn[de] beatus
augustinus / Aliq[uando] inquit domine intromittas
me in affectu multu insolitum introrsum
aliud nescio quam dulcedinem que si
perficiatur i me nescio quid erit quod vi
ta ista non erit Sed recido in hoc
erumpnos ponderibus et resorbeor solitis
et teneor et multu fleo sed multu teneor
tam consuetudinis sarcina digna e / hic esse
valeo nec volo / illic volo nec valeo

Exitus

et degens sic / Oportet transcende in me
etiam sensibilem / et simulacra et affectiones

et circa ipsum, et super ipsum inveniet deum
qui videt consulentes ipsum. Au-
gustinus x confessionum. Ubi inveni te
ut discerem te, nisi in te supra me, et nusquam
quia locus et recedimus et accedimus et
nusquam locus. Veritas ubique presides omnibus
consulentibus te, simul quoque respondes omnibus
etiam diversa consulentibus. Liquide tu respondes,
sed non liquide omnes audiunt. Et infra:
Intus eras, ego foris, tibi te quereba(m).
Idem probat et Richardus. Qui frustra
intendit cordis oculum ad videndum deum
qui nondum idoneus est ad videndum seipsum.
Prius discat homo cognoscere invisibilia
sua quam presumat posse apprehendere in-
visibilia divina. Alioquin si non potes
cognoscere te, qua fronte presumis appre-
hendere ea que sunt supra te. Precipuum et
principale speculum ad videndum deum animus
rationalis absque dubio invenit seipsum.
Si enim invisibilia dei per ea que facta sunt
intellecta conspiciuntur, ubi queso quam in eius
ymagine cognitionis vestigia expressius impressa
reperiuntur. Hominem secundum animam ad dei similitudinem
factum legimus et credimus. Et ideo quam-
diu presidens et non per speciem ambulamus, quam-
diu adhuc per speculum et in enigmate vi-
demus, [illegible] ut ita dixerim ymagina-
riam visionem capere speculum quia spiritum
rationalem invenire non possumus. Tergat
ergo speculum, mundet spiritum suum, quisquis sitit
videre deum suum. Hoc utique speculum non
desinit verus philosophus amator tenere, ter-
gere et diligenter inspicere. Tene ne de-
orsum [illegible] amore [illegible] inhereat.
Terge ne in vanum cogitationum pulvere
sordescat. Inspice ne ad inania stu-
dia intentionis sue oculum reflectat. Ex-
terso autem speculo et diu diligenter in-
specto incipit ei quedam divini luminis
claritas interlucere et immensus quidem

in solito visionis candor oculis eius apparere.
Hec lux oculos eius irradiaverat qui dice-
bat: Signatum est super nos lumen vultus tui domine,
dedisti letitiam in corde meo. Ex huius ergo luminis
visione quam animus intra se intuetur mirando at-
tenditur animus et animatur ad videndum lucem que est
supra se, sicut inferius probabitur. Ex premissis igitur
deus in via in creatura, et primo quod finis cogni-
tionis humane est in creatura deum invenire. Ex in cre-
atura deus per abintelligentiam adducitur et cre-
ato quodammodo certo cognoscitur. Declaratio
dei quo lux videtur in qua alia videntur, et tam-
en lux que est medium videndi non videatur.
Quod finis cognitionis humane est in creatura deum
invenire. Quod finis cognitionis humane
est in creatura deum cognoscere.
Invisibilia dei per ea que facta sunt intellecta
conspiciuntur. Qui enim in creatura deum cognoscit,
scit quod mirabilius est deum videre, et adducitur
quod videre ipsum est ergo finis in via rationalis a-
nime: deum in creaturis invenire, et eum vene-
rari et adducere. Sicut quidam illiteratus librum videns
figuras aspicit, et literas non cognoscit.
Sic quidam animales vident foris creatura-
rum speciem, et non cognoscunt intus eorum. Sed spiri-
tuales perpendunt quod vident foris, et deveniunt in no-
titiam creatoris. Sic in eadem scriptura quam men-
dicus videt unus literas formatas et alius significatas.
Sic et nos per ea que foris cernimus intus ad
veritatis cognitionem pervenire studeamus. Cum
ergo modis tria sint et tamen unum sunt, potentia
que patri appropriatur, sapientia que filio, boni-
tas quod spiritui sancto, potentia dei ut dicit Hugo de
Sancto Victore [illegible] prosequimur manifes-
tat creaturarum immensitas, sapientiam spe-
ciositas, bonitatem utilitas. Immen-
sitas declaratur per magnitudinem et multitudinem.
Magnitudo in mole et spacio, moles in
massa et pondere. Spacium in longo, lato,
profundo et alto. Vide ergo moles montium,
spatia camporum, massas terrarum, pondera

h'ere p̄nt s' disciplinabilia nō s̄t. Quedā vō n̄ h̄nt auditū cū memoria q̄ e sensibiliū apprehensivū vis retentiva ꝛ p̄ ymaginacōis s' nullas h̄nt vituꝭ p̄luriū vt bruta ꝛ h' nō s̄t experimētū capacia s' sola i° ult' ymaginacōis vim h̄nt rōnalem vt homines ꝛ h' s̄t scie capaces. Nam res p̄us sentit' deinde memorie comenda' ꝛ ex sensib' ꝛ memorie multiplicate experimētū h'r. Est eī experimētū accepcio alicuius vnius a multis p̄ncipiatis ꝛ memorie retentis h' e vnius omīs de multis accepcio, vt cū aīs sensibile compat q̄ talis h'ba curavit febrem i pluā, ꝛ q̄ febrem i sorte ꝛ h' tenet i memoria ꝛ compat experimētū e. Sz vl'e q̄ conf' omia sim̄ra eiusd' sp̄ei. Dic talis h'ba vl'r sanat talem febrem i talie disposito. Hec e vl'e q̄ e p̄ncipiū scie. Sz alia via p̄cedit sap' diuīa cū q̄ eciā v'tutib' memorato... sensus intelligens acute transit in dīm. vt sic i ymaginacōe desub' i cognicōe h̄uana ꝛ n̄ali fanthasie surgit. Ita in dīna revelacōe i intelligenciā de sō theophanie descedunt. Est eī intelligencia i° acies intellectus que i mente suppo'. ad sic fantastica aīme suppo' carni, vel sic sensualitas carnis suppo' infimo aīe ꝛ sic aīa nō sufficiat ad vitam corpori suo sola s̄t nec ad sapīm suffic' e sola. Sz sicut iuvat' sensus exterius ymaginacio i signō experiēa gra intellig' vni' q̄ illumina' oīs homo veniens i hunc mund'. Dic itellectus ꝛ intelligencia iuvat' superi'. Sic d' Ps. mli' decimo octo° ecciā p̄li. Sol radios igneos exsufflans ꝛ refulgens radiis obcecat oculos. Ita sol iusticie aut'. eciā inspirat igneam ꝛ sapīm radiantem. Io. Ambrosii i oracōe sua. O lux mearū q̄ expelle aīme stulticie nocte ꝛ dona in sap' die

orire veritatis et iustitie sol de secretis
simis nature tue finibus omnem intellectum
superantibus et appare in ethere mentis mee.
Sicut enim lux solis illuminat superius e-
misperium, Ista lux supersubstantialis super
intellectualis, inter intelligentias perspicuas
Et sic lux una est in radice tamen in varietate
radiorum varia indicatur et varie procedit
dum super diversa se expandit. Ista una
et eadem ipse eternus lux divina ad diversas in
tellectuales illuminandas subiectas multiformi
mium radiorum veritatis et caritatis se expan
dit, hic illuminans ad cognoscenda, hic
inflammans ad operanda. Sed nobilissimi
radios igneos exsufflans et refulgens
radiis obcecat oculos. Carnales sol
materialis refulgentia radiorum suorum dis-
gregat spiritum visibilem et solvit armo
niam que est inter oculum et virtutem anime
que operatur per visibilem spiritum et calore ra
diorum corrumpit pupillam, et calore
dissolvente organum et refulgentia lucis
dissipante spiritum solvitur armonia et
obcecatur carnis oculus. Sic cor infla
matum dei caritate et illuminatum veritate
quasi cecum redditur in eis que sunt astucie et
studii mundane. Nam et putrida que de
nocte lucent et squame piscium et cetera
noctiluca non apparent in solis luce, ymmo
nec stelle celi, que possunt appellari eius
oculi, vel certe sol refulgens radiis ig
neis obcecat oculos quasi solis claritas
omnibus nobis rerum visibilium divitias exerci
tat perquirens ad earum naturas investigandas.
Sed cecantur oculi mei dum eas nequit
comprehendi. Datur oculo ad illas contin
gere sed non datur eas penetrare. Ergo hic o
culus obcecatur ymmo ut utrumque compre
hendatur obcecatur. Sic in divinis quedam sunt
ad que cognoscenda illuminatur intellectus,
quedam vero ipsi penitus impenetrabilia.
Ubi igitur, vide quid possit spiritus carnis
in mundo, et intellige quid possit spiritus mentis

in deum. Qui mundum visibilem oculo cordis
videmus, videmus ea que intus patent, non
videmus ea que intus latent. Et si revelentur
aliqua quedam que latuerunt, latent tamen multa
que penetrari visu non possunt, quia vel immensitate
sua spiritus excedunt, vel subtilitate sua sensus
effugiunt, vel obscuritate spiritum non admittunt.
Sic intellectus noster quantumcumque illuminatus sit
dum ad cognitionem divinorum ascendit pig
net vel acutus amor penetrans veritatem
sed non penitus intimus ad incomprehensibilem
maiestatem, et ambimus desiderio quod
veneramur silentio, quia non comprehendimus in
genio. Unde et angeli dicuntur circa thronum esse
et in medio throni. In medio quia veritatem
in veritate vident, quasi in medio fontis vel de
pleno fonte bibunt, sed in circuitu quia non
comprehendunt nec ad centrum quod est intimum, sic
videntes et semper sitientes. Unde et chorus
de illis ignitissimis spiritibus, qui ab igne
seraphin appellantur, dicitur quod eorum mo
tio est circa divina. ¶ Circuitu per discernens
ignis formam tenet cuiusdam alacritatis.
Alacritas autem signum est exultationis.
Sic enim perfectus proposito sed quocumque sup
plicio perseverant in gaudio. Exemplum Dan. iii.
Angelus domini descendit cum azaria et
sociis eius in fornace et excussit flammam
ignis de fornace et fecit medium fornacis
quasi ventum roris flantem et non tetigit eos
omnino ignis neque contristavit neque quic
quam molestie intulit. Contra tres malis
exhibitis que eos receperunt erga deum
amplius tepescit. Unde ignis amore ar
dentis ignescere debuit. Sed econtrario in per
fectis viris amor amplius inflammatur, unde
in eis extinguenda potius videbatur. Ubi
amor deficit exhibitio, hic non crescit
ex suppliciis. ¶ Ita in Laurentio amor in
cendit prunis incendium. In Nerone
defecit per accepte potestatis imperium, sed val
de mirabilius quia ignis erumpit et quos
reperit intra fornacem de caldeis succendit

qui tu in moriens tanquam puer vaporat quia
prima spiritualis pene flamma in celestis adple-
tur
exequitur quod in tribus pueris in Gehenne cau-
delis incendium metuum exequente non suffi-
cit.
Ignis inquit pueros non contristavit neque
quicquam ipsis molestie intulit. Debet proinde
vere audacia in calore sic metus et tristicia
in discoloratione. Ignis autem per se colorat
pacatus discolorat. Cum enim agit calor
ignis in substantiam substantia in terrestrium terrestribus
in aquosum, aquosum in aereum, aereum vero
in igneum, unde exercitatione pictura ignearum
substantia coloratur, unde in rosa videtur. Quia dum ca-
ritas in corde agit soluto timore et pusil-
lanimitate humana, sic ignis a bigne gig-
nitur sic caritas augetur et mens Christi tincta
sanguine coloratur. Ezechielis vi. Sed nunquid potest
ignem habere in sinu suo ut vestimenta eius
non comburantur. Ignis autem pacatus discolorat.
Dum enim calor potens apparet spiritus evane-
scit et humores exalant, ut quasi prius
fiebat coloratio, econtrario absente fiat disco-
loratio, ut contingit in rosa rubea que
albescit ex fumo sulphuris aut pallescit.
Cum enim subintrat cupiditas evanescit
caritas deficit humor nutritivus. Sed de
notatus, succedit albedo vel pallor
simulationis. Hic agitur de igne pro ut
comparatur septem donis spiritus sancti

Occasione comparatum ignis quibus hic
in bono determinamus sic interius de
luxuria de xi speciebus ignis in malo di-
ximus, sumus aliquantulum ex proposito di-
gressi. Revertentes igitur ut ceperimus procedere
comparamus ignem. Marci. sic Actum ii. misertus
est in igne spiritus sanctus. Sicut predicator offi-
cium ministrat dona dei hominibus unde comparan-
tur
ignem vii dona spiritus sancti. Ignis enim mi-
nerat quod per donum timoris humiliat. Job xxx.
Comparatus sum luto et assimilatus sum
faville et cineri, lutum pedibus conculcatur
cinis humore privatur, favilla modico vento
dissipatur. Ex dono siquidem timoris extin-

homines sustinens obprobria, abiciamus de-
lectabilia, sentimus de nobis humilia co-
gitantes de morte. Premissa Cinis enim ex-
tenuatur et vento dissipatur. Consumitur autem
ignem tamen favilla quam cinis quod humilitas
custos et augmentum caritatis. Unde secundum Ecclesiasticum xi. Ex
modica scintilla augetur ignis. Ignis autem
omnem ignem inflamat unde philosophus videtur
ponere combustionem finalem resolutionem
dicens quod putrefaciunt omnia preter ignem omnia
quidem in eternum igni. Et Seneca in quaestionibus
naturalibus, de hoc et plures in thimeo dedilio.
Ignis hic est donum pietatis quod universaliter ad
omnia. ii. Petri. iii. Celi qui nunc sunt et terra
reposita sunt igni reservati in die iudicii.
Tunc enim elementa ignis calore solventur quod
qui considerat iudicium in quo de operibus pietatis
disputabitur ad pietatem inflamatur. Et sic
celum et terra in melius mutabuntur. Cum inno-
vabitur ita abiecta vetustate cupiditatis
renovantur anime sancte et spirituales, indue-
tes secundum visitam pietatis et ad ignem immissum
divinitus sit quoddam ignis dilunium
et incendium mitius et solvuntur omnis duricia
obstinati spiritus. Jeremias xxiii. Nunquid non verba
mea sunt quasi ignis dicit dominus et quasi mal-
leus conterens petras. Ignis obscura illu-
minat per donum scientie et discretionis. Psalmus.
Deduxisti eos tota nocte in illuminatione
ignis. Sed nox est vita presens propter caliginem
ignorantie in qua indigemus luce scientie.
Dicit filii in scientia in despecto ignis lumine. Ignis
autem maxime illuminat propter claritatem sue
materie. Sed nunquid enim materia clarior rarior est preter
quam pure est in igne, quod quanto minus adeps
lia tanto corpulentaque affectus tanto
maiore scientia spirituali tanto illuminatur mentis.
Quod adicite quod secundum plures philosophos et ma-
xime Alexandrum et Avicennam ignis
in propria sphera non lucet quam cor humani quod
est proprium spiritus sancti doctrinam verum spiritum
sanctum habeat esse sancte et ci tudinale non
potest. Est autem illuminatio quoddam per donum sancte

ut scamus gustari in meo pure et puse
nationis honeste. hec est perdhentia cum
bonis et separatio cum malis. unde ignis congre
gatis est homogeniorum et segregatis etero
geniorum. unitur enim ignis simili dissocia
tur dissili. Nulli enim elemento pt ignis
hec quenit quod natur locum suum dimittat et
alii adhereat. aqua enim in natura nisi sit
clausa in vase ex se suum locum continet. sed
ignis ex locum proprium alienis materiis v
nitur et dividit eas et penetrat extenden
do subtile sibi homogeneum et consile. et hec
est vehementia actionis sue. Nam alia
elementa qualitates non habent per quas attrahant
sibi consimilia et faciant eis sibi homogenia. Et quod
mirabile videtur. lapis quidam est albus
qui spirat quasi spiritum sulphureum. quem sentit
ignis et inflamat eum et mox adeptum ignis
sit ad locum qui est ei quodammodo naturalis
quem ponentes sacerdotes in lampadibus de
ludunt simplices qui ipse accendantur miracu
lose lampades. Ex hiis omnibus habetur
discrecio sancte connoscendi cum bonis et
separandi a malis sub ratione ignis. Sap.
xvii. Ignis quidem nulla vis poterat illu
minare lucem nec siderum limpide flam
me poterant illuminare noctem illam horren
dam. quia ubi comparata est stulticia. propri
ualis humane vel efficacia non spiritus
assit divina gratia. Ignis insuper consoli
dat predomini fortitudinis. vas igne soli
datum aqua non timet nec aqua dissol
uitur quia cor igne spiritus sancti corroboratum
et excoctum aqua transitorie prosperitatis vel
carnalis voluptatis non resolvitur nec
emollitur. ps. Transivimus per ignem et aquam
et eduxisti nos in refrigerium. Et tamquam
enim aurum in fornace probavit electos deus
Quia aurum in igne purgatur et plumbum igne
liquescit et consumitur. Ignis autem primo indu
cit fumum et vaporem quam veniat ad
claritatem et lucem. Ecci. xxii. Sicut igne
camini vapor et fumus ignis inalatur

Unde est quod ignis agens in substantia calefacit
et liquidiores partes consumit et grossiores
partium maior coherentia fit unde condensa
tur sicut in ovo assato manifeste videtur. peccatores
enim vagos et fluidos spiritus sancti
ignis constringit solidos in tribulationibus
fortes et stabiles reddit. Ignis abdita
penetrat predominium et consilium abditis re
pletum bonorum sacramentis penetrare possumus
abdita regni celestis. Apok. 3. Suadeo
tibi emere aurum ignitum ut locuples fias
Ubi enim sunt vere divicie non quales sunt
temporales que sunt transitorie deceptorie obli
gatorie sed ille sunt faciliores ad acquiren
dum, securiores ad possidendum, dulciores
ad fruendum. Iste enim est ignis in quo lex mo
ysi data est. Exo. xix. Et lex nova apostolis
data est. Act. ii. videlicet in igne et tonitruo.
in igne tamquam. Nam Act. ii. dicitur factus
est subito sonus et apparuit apostolis disper
tite lingue tamquam ignis. Et Exo. xix
dicitur. Et ceperunt audiri tonitrua et micare
fulgura et nubes densissima operire montem
et clangor buccine vehementius perstrepe
bat et timuit populus stans ad radicem
montis et mons fumabat eo quod descen
disset dominus super eum in igne. Dominus legem
dat in igne et fumo descendit quia predominium
consilium parturit legem et regulam iac
de suggeritur unde illuminantur humiles exce
cantur inde superbi et carnales. ut simplices
et non videntes videant. et videntes ceci fiant
quia non credere et ideo nec videre putant carnales
et carnali conversatione ebetati. Unde
pauperes intrant et custodit remanet
ad radicem montis et parent illi temporali
bus exonerati ad supercilium cum moyse
leviter ascendunt et gaudent. Hec autem est
natura ignis in fulgure secundum philosophos quod percussum ex
eo aut venenatum amittit venenum cuius
est signum quod serpens fulmine percussus intra
paucos dies vermiculat putrefactus eo
quod venenum in eo prohibet vermes nasci

vl qceo ci

vel cereos cibari. Qui aspicit contra fulgur
ignem facies intumescit et oculos cecos
reddit quia ignis spiritualis per donum consilii
venenum peccati tollit et omnem conscientie remor-
dentis et emendantis inducit impatientie. Quia
uertitur et inflammatur oculus indignationis in cas-
tigante. Et reprime inquit audi tonitrua
micare fulgura etc. vel quod descendisset deus
in igne. Hic autem ignis invenitur in natura lucis
flamme et carbonis. Hic ignis in tonitruo vel
fulgure triplex est nam penetrantis dissipan-
tis urentis. penetrat vel ut secundum Seneca
dicatur penetrat et hoc subtiliter. dissipat
impetuositate. sed urit acerbiter. Subti-
litate penetrat cum per foramen parvum ingre-
ditur licet modicum sit tamen ingreditur et aliud
regreditur vel ubi vacuum invenit. Ante quam
vacuum corpus scinditur. Impetuositate
dissipat quia quasi subito rumpit ea
que percutit. Acerbiter urit ita in fulmina-
to aliquid apparent fuscationis note. puto quod
ita appareat in igne spirituali ex dono consilii.
Aliquando enim ex eodem faciliter ut in pueris
leviter inventa occasione quasi quodam parvo fo-
ramine subintrat spiritus consilii. Aliquando
ex infirmitatibus necessitate quasi ex impetuo-
sitate. Hic enim subito percutit quasi totum
videatur rumpere. Aliquando vero in morte dein-
grante. Ignis etiam immunda purificat. per
donum intellectus purgat animam ad hoc ut ha-
beat cognitionem sui et dei. Hic enim Helyas
in igneis equis raptus est. hec enim sunt
vehicula spiritus sancti quibus anima rapi-
tur sursum de cognitione sui rapitur ad cog-
nitionem dei. Et forte huic attestatur quod
ignis lignum denigrat et lapidem resol-
vendo albificat. Quia animam ad cognitionem
sui scilicet nigredo et lamentum primo. ad cog-
nitionem dei scilicet illuminatio intellectus. Et licet hoc
sit mirabile quod in ligno et lapide idem ignis
contrarios agit effectus in rebus non natura con-
trariis tamen mirabilius videtur quod etiam in eadem
natura pariter ignis videntur ex contraria. Na-

in carbonibus ex igne velut tanta vi
in ferrum ut ictu levissimo frangatur
pressu facillimo conteratur et tanta fir-
mitas ut nec humore corrumpatur nec
etate vincatur. Qui enim delicta tam
inferunt cum infirmis compatiendo infir-
mantur quod vero dei bonitatem cognoscat
in passionibus solidatur. Et amplius mi-
rabile videtur quod lapis qui per ignis ardorem
pulverizatur et resolvitur in calcis albedi-
nem. Ita occulte servat ignem con-
tentum et sopitum ut nec tangendo sen-
tiatur sed cum aqua perfunditur tunc accendi-
tur et sentitur. Calx enim aqua perfunditur ut
vim ignis exagitat et condat et cum aqua
frigida sit, inde fervescit unde fervens
tota frigescit. Tamen si oleum quod est
fomentum ignis adhibeatur nec eius in-
fusione eius calor minimus excitatur. quia
incautus spiritus sancti splendore illumina-
tus se ita cohibet intra se ut non se
revelet nec in tentatione vel in tribulatione
nec nutritur adulationis oleo vel pin-
guedine. Apoc. 1o. dicitur oculi domini
quasi flamma ignis. Oculi purissima pars
hominis eos sunt qui purificati sunt dono
spiritus sancti. Ignis cibos decoquit et
sapidos reddit. in quo donum sapientie quia
interiori sapore affectum immutat et re-
ficit. hoc est quod scribitur Levitici 1o ubi dicitur de
adipibus quod adolebuntur super altare in
holocaustum lignis igne supposito in ob-
lationem suavissimi odoris domino. Adeps
enim sive pinguedo ignem nutrit super-
enatat et ascendit. cutem exteriorem sensus
corporis obtundit. quia in unctuositate de-
votionis quam ministratur per donum sapientie spiritus
sanctus nutritur mens humana sursum fertur
affectus dilatatur sensus corporeus circa sensibilium
rerum temporalium hebetatur. In oblationem
inquit suavissimi odoris domino. Suavis
est odor huius pinguedinis cum suaviter
quiescit in anima in dulcedine contemplationis

Nam labor corporis attenuat et quies impinguat. Ita deo quod frequenter via spiritus pinguedine opilante includitur et moritur, sed quia deficiente actione corporalium studium anima ab inferioribus avertitur et ad deum convertitur et ex illa dulcedine quam in deo reperit huic mundo moritur, quia gustato spiritu sapiente caro desipit et germanitatem. Pinguedo enim precipue tempore yemali clausis poris augmentatur et quanto magis augmentatur tanto magis sanguis diminuitur. Unde in crassis hominibus sanguis est paucus. Non enim devocio spiritualis compatitur secum maculas peccati mortalis.

Tercius titulus de maturitate predicatoris et primo de illa que est annorum. Secundo de maturitate morum que est in mor. Et primo de maturitate discrecionis que est in mor. De maturitate locucionis que est in mor cum eis oppositis. De maturitate actionis quantum ad in mor. De maturitate conversacionis tota deo intimus in quaquam et totum proximo exterius in mor.

De tercio titulo tractatus de maturitate annorum predicatoris

Post predicacionis utilitatem et prius caritatem tractato sufficienciam eiusdem maturitatem. Hec autem duplex est: annorum et morum. De prima que est annorum habemus scripture testimonia. Deutro. xv. Non operaberis in primogenito bovis. Glosa: apostolus exponit de labore predicacionis. Eccle. x. Ve tibi terra cuius rex puer est et cuius principes mane comedunt. Cuius nomine sunt qui ante maturitatem temporis officium predicacionis assumunt. Et Eccli. xxxii. Adolescens loquere in causa tua vix cum necesse fuerit. Et primitus interrogatus. Loquere maior natu, decet enim te. Unde Job xxxii. Iunior sum tempore, vos autem antiquiores. Idcirco dimisso capite timui indicare vobis sentenciam meam. Sperabam enim quod etas prolixior loqueretur et annorum multitudo doceret sapienciam.

Predicatorum exempla antiquorum. Gen. xlv. Joseph xxx annorum erat quando stetit in conspectu pharaonis. Unde et xlii eiusdem. Descendentes fratres Joseph ut emerent frumentum quo tempore frumentis distribuerent, Beniamyn parvulum non duxerunt secum. Et Josue xiiii dixit Caleph se xl annorum fuisse quando missus est pro terra exploranda. Et Ezech. i. xxx annorum erat Ezechiel cum est ei ministerium divinitus revelatum. Et Luc. iii. Jhesus erat incipiens quasi annorum xxx. Et tunc autem maxime divulgati sunt sermones Christi et miracula. Predicatoris indicia. Unde Gregorius super Ezech. omelia ii. Neque debent homines in etate infirma predicare, quia sermo doctrine non suppetit in imperfecta etate. Usque adusque enim infirmi sumus continere nos inter nosmetipsos debemus ne dum tenera bona cicius ostendimus amittamus. Ideo ergo non sunt ostendenda nisi que sunt firma, prius enim convalescere mens debet atque ad proximorum utilitatem postea demonstrari, cum iam nec plausu elevata corruat nec vituperacione percussa contabescat. Unde et mor. li. viii. Gregorius. Ex novit tamen si non dant adoleciorum commoveri. Quia ciborum bona deperire in hominibus antequam innotescant. Quia arbusta et plantata prius quam radice firma coalescant, si manus contingens tangit arescunt. Cum si multo radix figitur et humore solidatur, si manus impellit non ledit, si ventus irruit non evellit. Cum paries dum construitur sine labore destruitur si impellitur. Cum vero per spacium temporis exsiccatus adhuc more resistit arietibus et ventis et impugnanti machine. Preterea hec. Num. viii. a xxx v annis et supra ingrediebantur levite ut ministrarent in tabernaculo federis et servire cessabant cum implerent quinquagesimum annum etatis, periculum eminentem. Gregorius Nazanzenus in apologetico. Difficile negocium est intelligere ubi etas et instituendi vera est, de talibus disputantes et velut militaturi ordo

quendam cytharam inveniret composite apud
dominus predicatoris plebi, et ita velut plec
tro sint. admonere ut in his que sonus offe
dat auditum. Tertio namque modo in etiam

non difficultatem operis docendi

dicentium periculum pendet, quia sepius ex eius
ex auditu, ut faciliter eveniat in uno saltem
aliquo si non in omnibus labi. Aut enim mi
litamentus est sensus, aut ad explanandum
deficit sermo sufficiens. Unde Bernardus platus est
sior non recipit auditus, et ex uno quolibet
casu horum fit in omnibus periculum vitabilius
quam in aliis quibuscumque studiis et doctrinis
facile vel proferetur sermo vel recipitur. Amplius
post mirum scolis ipsa auditorum exceptio
iudicio periculum generat. Unde est quod hebreorum
sermones tradunt quod consuetudo erat apud
eos antiquitus ut non omni etati omnis
scriptura vel legenda vel dicenda committeretur.
Hystorias enim dicebant capiendi septimo,
vero que sub velamento legis tegebant ali
quod secretum. Nulli enim xxv anno vel dis
cere vel scire committebatur. Sed omnia con
fusa sunt apud nos quia non sit gradus ascen
dendi ab inferioribus ad superius. Id est a velamento legis
ad intellectus sensus qui necessaria doctrina sit inter
docere et doceri nec inter doctum et indoctum ulla di
screcio. Ut tamen quedam tribus ultra Iorda
nem quedam vero citius receperint heredita
tem et ita sunt apud nos confusa. Unde dicit
Gregorius nazanzenus. Plurimi ex nobis an
tequam primos infantie deponant pilos

Contra cito doctorari volentes

qui adhuc puerile balbutiunt vix do
minicas ingressi aulas, antequam sacrorum
voluminum agnoscant nomina, antequam
ora abluant et anime vitia deponant sic
ubi forte duos vel tres sermones ex an
tiquis tractatoribus didicerint et hoc forte
magis eruditum quia excelse dignita
tem volunt esse et laudi compellis non p
esse et his adiuvent. Id est Job viii. Hesterni
sumus et ignoramus. Nec movere quod aliqui
ut Ieremias et Daniel spiritum prophetie pre
venit ex miracula ad quasi ... tra

henda non sit. Ut beatus Gregorius in omelia ii super
Ezechielem. Aliud est quod nos de doctrine usu
et disciplina discimus, aliud quod de miracu
lis scimus. Et beatus Ignatius in epistola ad
magnesianos sic ait. Daniel sapientis
simus xii annorum effectus spiritu sancto re
pletus est. Et illos seniores caniciem
vanam habentes calumpniatores et aliene
pulcritudinis appetitores esse manifestavit.
Samuel etiam cum esset puer pusillus no
nagenarium Heli principatum tenentem redar
guit quod filios suos honorificaret super
deum. Similiter Ieremias audito domino dicit
quod iuvenis sum ego. Salomon quoque et Iosi
as in iuventute mirifici et sapientes in
operibus suis apparuerunt. Salomon quidem
duodecimo anno etatis sue regere in
cipiens arduam et incapabilem mulie
rum publicarum questionem terribili iudicio dissol
vit. Iosias vero annorum existens octo annis
et immunditia subvertere cepit, lucos ex
cidere et templa deicere que non deo sed
demonibus fuerunt consecrata.

De maturitate morum predicatoris. Et primo
de maturitate discretionis. Cap.

Circa hoc etiam patet necessaria maturitas mo
rum que consistit in multis. In discretione
electione actione conversatione. Discretio autem
tam maxime consistit. Cum predicatoris motivum
primus ... totum et subitum. Oportet est
in predicatione ... Hor dicit non appetitus
lucri temporalis, aut favor popularis, aut execu
tio voluptatis, aut fastus ambitionis. Unde
i. Chor. i. Nos predicamus Christum crucifixum
iudeis quidem scandalum, gentibus autem
stulticiam. Apostolus autem vocat iudeis et
grecis Christum dei virtutem et sapientiam. Licet enim
iudei scandalizentur et gentibus Christi passio
et passio stulticia videatur tamen vocatis ador
dum etiam magis videtur ... gloria, quod tanta
virtus in carne fuit infirmata, et tanta
sapientia exinanita. Augustinus sermo de verbis domini. To
tum nobis Christo valuit, totum salutis sum

Utriusque nominum sunt nec minus presunt infir
mitas quam maiestatis. Unde est quod exo.
xvi. decimam partem ephi collegit omnes
uniuersi dum ad aliud respicit quam ad ho
norem dei et sabbatum eterne quietis. Et deu.
xxviii. Sementem multam iacies in
terram et modicum congregabis quia lo
custe corrodent omnia. Locusta animal
ponderosum unde ad saltum cito decidit. Ter
rena est cupiditas, totum in uentre car
nalis est uoluptas, dat saltus in altu
mundana est uanitas. Non sit ergo predicatio
uana et superba uel fastuosa, non cur
iosa non uoluptuosa non contentiosa. Na
locuste mutuo se comedunt et arborum
gemina et fibrarum uirorem radicitus ro
dunt. Omnis enim adulantis cogitationis est
uelut puer et inimicus qui appetit placere
sponse per munera que eidem defert a
sponso. Ita est hypocrita de eo qui uerbum
predicationis reflectit ad commodum proprium
uel admirationem sue laudis. Sed tamen bonus predica
tor sic appetere ut placeat hominibus ut ex
hoc audiatur libentius, non ut se amari de
sideret, sed ut auditores in affectum attra
trahat ueritatis, et dilectionem suam quasi
quandam uiam faciat per quam auditorum
corda ad amorem dei introducat. Unde
Greg. in pastorali ca. xix. Difficile est
ut quelibet recta denuncians predica
tor qui non diligitur libenter audiatur, debet ergo
studere se diligi quatinus possit audiri
et tamen amorem suum pro semetipso non querere
ne inueniatur ei cui seruire possit cum
occulta cogitationis tyrannide resultare.
Quod bene paulus insinuat cum sui nobis stu
dii occulta manifestat dicens. Sicut et ego per
omnia omnibus placeo. Qui tamen rursus dicit.
Si adhuc hominibus placerem christi seruus non
essem. Placet ergo paulus et non placet, quia in
eo quod placere appetit non se sed per se hominibus
ueritatem placere querit. Unde est quod sermo
predicationis semper debet a christo inchoari et in christo terminari

ut dicit Greg. Nazanzenus in principio apo
logetici. Optimus ordo est ut cuiusque uerbi
uel operis tractatus nobis origo sumatur et idem
consummatio referatur. Discretio etiam respi
cit tempus. Non enim omne tempus congruum
est predicationi. Immo tempus tacendi et tempus loque
di, et predicationis uerbum quod deus ordinauerat ab
eternis temporibus occultum innotuit mundo.
Dan. xvi. Potens est nos deus confirmare
iuxta euangelium meum et predicationem ihesu christi secundum
reuelationem misterii temporibus eternis taciti
quod nunc patefactum est per scripturas prophetarum
in prophetias quas temporibus reuelauit apostolis
suis. Ut dicit. Interpretabatur eis scripturas omnes
que erant de eo. Ad predicandum enim tales
uenire debuerunt qui de laude propria nil ha
bebant, ut tanto solius ueritatis cognoscere
et quod agerent quanto recte crederetur quam ad
hoc agendum idonei per se non fuissent. Unde
Greg. mor. li. vi. et in omel. marie mag
dalene. dicit. Ipsa etiam sancte predicationis tempora pro
hibentur ignauis ut tunc tantis in predicationi
bus suis redemptor ostendit quod aduenit predicatores
credentibus non sermo sed causa suadet. Unde enim
ex fiore etate tricenarius presbiter, quia non est qui
audiat. Unde propheta. Uiuentes quasi clau
se sunt et non est qui aperiat. Unde ad dissimula
ad tempus ut praui temporis sequatur congruentior
effectus. Quis enim potest eodem tempore insa
nientem corripere quam alienata mente non
solum aliena uerba percipere sed semetipsum ne
quit tollerare. Unde Greg. mor. li. xxx. Fu
rentem qui increpatione corripit quasi ei qui non
sentiat plagas ictibus impo. Et ysidorus in
li. de summo bono. ca. xliiii. Cum docendi
officium accipit interdum ad tempus sua permi
ttuntur, que statim corrigi nequaquam ex
istimat. Nam si corrigere potest et dissimulat
erroris est quod consensum erroris alienum habet. Et
mor. li. xxviii. Plerumque enim ueris cum in
discrete tenetur amittitur, cum discrete inter
mittitur plus tenetur. Ex studio namque arcus
distenditur ut in suo tempore cum utiliter tendatur.

Cui si ocium relaxacionis non accipit
ferendi virtutem ipse usu tensionis perdit
illi sic in exercitacione virtutis cum perdiscat
permitti desinat. Ut tanto post vita valet
feriat quanto a percussione interim perdens
cessat. hic est quod apostolus ii ad Thimotheum iiii Cum
discipulum suum ammonet dum instanter pre-
dicacionibus predica verbum insta oportune
importune premisit oportune. Unde apostolus
auditorum mentem sua vilitate se deserit
si hanc importunitas oportunitatis nescit.
Discrecio eciam respicit locum ut fiat in ecclesiis
et conventualibus processionibus. non in tabulis (?) theatri
circa aut epulis convivorum vel cellulis
mulierculis. Proverbiorum viii. Ora in porta domus
domini et predica ibi verbum, zophonias. ut annuncia-
rem omnes predicaciones tuas in portis filie syon
porta est locus manifestus contra illos qui
re(?) sedent. Ieronimus in prologo biblie abducit
cum singularis grandia verba trutinantes
inter mulierculas de sacris literis philoso-
phantur. Sed Ieronimus dicit in epistola ad nepo-
cianum de vita clericorum et monachorum. Ho-
spiciolum tuum aut raro aut numquam mulierum
pedes terant. omnes puellas et virgines
christi aut equaliter ignora aut equaliter dili-
ge. vide ne subeas tecto mansionem, nec
in preterita castitate confidas. nec Sampsone
forcior. nec David sanccior. nec Salomone poteris
esse sapiencior. Memento semper quod paradisi co-
lonum de possessione sua mulier eiecit. Et
idem in epistola ad Occeanum de vita clericorum
omnia reptamenta clericorum sunt mulierum
frequentes accessus. Unde est cum feminis
quia adulterare cum oculis fabulari. Nunquam
in choro apostolorum femine assistunt. Damna-
cionis via iniquitatis scorpionis percussio
nocivum genus est femina cum premat sca-
pula incendit ignem. Et cum vir ha-
bitant femine vix erit ut de eis et dia-
bolus inertes libido domat. Et alligat
quis ignem in sinum suum vestimenta eius non
comburentur. An si qui ambulaverit su-

contra conversantes mulieribus

per carbones ignis pedes suos non comburet
Et si dicas te ambulare simpliciter, tamen
te habere testimonium ab hiis qui foris sunt ut
provideas bona non solum coram deo sed
coram hominibus et filiis tenebrarum qui pru-
denciores sunt filiis lucis quia dabis
eis reprehendendi et detrahendi causam.
omnes suspiciones et quicquid probabiliter
fingi potest ne fingatur caveas. Unde levitici
cognata tua est, memento quod Thamar ab
Amnon cognato corrupta est. Et dilige
eam mente dilige non frequencia corpo-
ris nec solus cum solis virgines ne cumuge
(?) linguis te lacerantibus. Item latent
Christus hic ihesus predicabat in synagogis
docens quod predicandum est publice et in ec-
clesiis et ubi non est suspicionis. Discre-
cio eciam respicit subiectum. Unde in primitiva nas-
centis ecclesie predicabant apostoli plana et ca-
pabilia in plebe. Quod si paulus qui rap-
tus fuerat usque ad tercium celum archana
verba predicasset que non licet homini loqui
non potuissent intelligi. Et datum fuisset
secundum carnis et margaritas conculcassent
porci. Unde coram parvulis tegenda est
celsitudo sua, ne infirmitas auditorum
ad yma dilabatur. Unde cor predicatoris
ad summa attolli. Quoniam enim conditor
plebis formandus est sermo predicatoris ut
diversis predicet decisione captivus
de remissione. luce iiii. Spiritus domini super
me evangelizare pauperibus misit
me predicare captivis redempcionem et cecis
visum. Unde Gregorius Nazanzenus in apo-
logetico ponit exemplum de animali quod est
exemplum animalibus corporum quod non regi-
tur uno modo sed pluralitate appetitu. Et Gre-
gorius in pastorali circa xxiii omnibus ex uno
eadem exhortacio omnibus congruit quia nec
omnes eadem morum qualitas astringit. Ali-
ter enim est predicandum prelatis, aliter subditis, aliter
contemplativis, aliter activis et ceteris. Sed predi-
catorum inferius apponit quod quidam

lacte opus est quibusdam solidis cibis

De maturitate locutionis predicatoris

Requiritur etiam in predicatore maturitas locu
tionis, non enim alios passionis in
dicant quam multos pueris apparere, quod quamdiu pu
lans immaturus appetit citius in sermone. Er
go maturus loquendo incita quantum ad fi
dem et illuminatores valebit quantum ad moru
edificationem. Verum loquendo quantum ad re
creationem vite sive conformitate quantum ad
impressionem propter necessitatem dicebat apostolus
i. Chor. xv. Notum facio vobis evangelium
quod predicavi vobis quod et accepistis in quo
et statis per quod et salvamini, qua ratione predica
vi si tenetis, nisi frustra credidistis. Fi
des enim licet sit exauditu in maiori parte
sionem, tamen requirit citius predicationem.
Quomodo inquit apostolus Ro. x. ad Ro. audient
sine predicante. Verum enim credunt presump
dent et bone primo que non bene intelliguntur
tamen assentiuntur. Nec tamen ut dicit xxi de
civitate dei non ideo non posse esse, nec cre
dendum est quod eo credi non potest. Aperire enim cre
dere est quoddam videre. Nam ut dicit in
li. de mendacio. Alia sunt que intelligenda
sunt non puerum non possunt credenda credantur.
Unde Greg. sup. Ezech. omel. vii. dicit
Ex operibus ad fidem non venitur, sed ad
opera per fidem pertingitur, sic in Cornelio patet
per fidem enim non venit ad bonum opus, sed
per bona opera est in fide solidatus, unum
enim sine alio nichil prodest. Nec opera sine
fide nec fides sine operibus. Caute tamen
de hiis que sunt fidei loquendum est propter
incredulos et maxime de bone sic vi-
Aug. in lio. de cathez. eudibus innuere
et maxime li. de. quod de sacris loquendum
est sub silitudinibus, nisi prius exemplo
siquidem xpi parvulis quos docemus de
bemus conformari. Unde et paulus factus
est parvulus inter discipulos suos tamquam nu
trix fovens filios suos. Unde suavius est
nutriri minuta massa parvulo filio

in spirituali quam grandiora mandere. Et sicut in
primitiva ecclesia primos xpianos traxerunt
ad fidem miracula ita in fide nos et
dificant scripture quas impleri videmus
cottidie quam legimus ante predicta. Videlicet hiis
multa valent exempla utpote sicut tu vides
te esse nunc, tu autem non fuisti, ita crede
te esse futurum, tu sine corpore esse desieris. Ubi
enim erat moles corporis tui antequam esses
natus vel in utero conceptus. Ita est quod de
occulto secreto creature deo invisibiliter
operante processit in lucem, tibi quod crescit
incrementis in ista magnitudine, forma quam sus
cepit et in quo ergo difficile est deo qui ex
aggeres nubium ex occulto in momento ge
nerat et contegit celum in ictu temporis redere
istam quantitatem corporibus tuis sic erat quam crea
ture potuit si non erat. Crede ergo fortiter
et in mortuisse omnia que videntur qui pereundo
humanis oculis subtracta, salva et inte
gra sunt corpore dei qui ea tu voluit sine
ulla mora et difficultate reparabit ea. Dicit
aperte quod in iusticia eius reparationem esse indi
cat ut in hiis corporibus reddant homines
factorum suorum rationem, in quibus ea fecerunt
et in hiis mereantur aut in comunitate celestis
incorruptionis primitie pietatis. Aut cor
ruptibilis corporis, condicionem primitus in
iquitatis non que morte solvatur, sed quam inmi
sempiternis doloribus prebeat. Fuge ergo
per mobile fidem et mores bonos, fuge
illa tormenta ubi nec tortores deficiunt
nec torti moriuntur. Quibus sine fine mors
est non posse in cruciatibus mori. Et ex arde
scere amore et desiderio sempiterne vi
te sanctorum ubi nec operosa erit actio nec
requies desidiosa, laus dei erit sine
fastidio, sine defectu, nullum in animo te
dium, nullus labor in corpore, nulla indigentia
nec tua cui subvenire desideres, nec proxi
mi cui subvenire festines. Unde Aug.
in li. de cathe. rud. Et ita de aliis potest
facilis exemplificari. Apparet utilia ad

motum edificacionem. dicit Mt. iii. Johannes erat predicans et docens penitenciam dicens penitenciam agite appropinquabit enim regnum celorum. Unde Crisostomus super Mt. Sol appropinquans adprocessit quemadmodum apparet mittit radios suos et faciat albescere orientem ut precedens auroram adventum diei demonstret. Sic dominus natus mundo antequam appareret ipse in fulgore transmisit illuminacionis Johannem ut precedens adventum salvatoris annunciet. Predicabat autem utilia quia penitenciam que cor emundat, sensus illuminat, animas sanctificat et ad suscepcionem Christi preparat humana precordia. Appropinquabit enim inquit. Puniat quippe mala preterite vite quia appropinquabit salus quia predicacionis et facilitatis credendi. Unde recitamus de hoc ex persona viri aut sapiencia dicitur guttur meum. Recitando enim et intercedendis vitas proprandis. Propterea hoc Ambrosius. primo libro de officiis. Colliga sermonem tuum ne luxuriet, ne lasciviat et in multiloquio sibi peccatum colliget. Sit restriccior ut opus suis cohercitatus ... colligit ... exemplum asperi seria quedam ad recreacionem dicit Tullius in libro de oratore intermiscendos quosdam lepores et facecias. Et Augustinus in libro de doctrina christiana. Intersenda quedam extraordinaria licet divina et edificatoria. Non fabule legantur in scripturis ad delectandum sed ad edificacionem, ut in quarto ... legimus de ... et legimus silvarum fecisse regem ... in forma elacionem. Unde libro iiii. Regum xiiii. Legimus quod Joas rex Israel dixit Amasie regem Jude: Carduus Libani misit ad cedrum que est in Libano dicens: Da filiam tuam filio meo uxorem, transieruntque bestie saltus que sunt in Libano et conculcaverunt carduum. Hec secundum litteram fabule non tamen fabulose dicta sed ad reprehensionem elacionis Amasie qui de viribus suis presumens provocabat regem Israel ad prelium volens se potenciori equare. Sic in predicacione vitandum est aliquando exemplis ad recreacionem qui incipiunt ho

mines dormitare ut probat seria et iocunda excitentur ad vitandum et utilia audienda. Vel quia multum fecit predicanti qui minus auditus valet dulcis, ut si dicatur hominibus affectis tedio: Ille qui ibi est et dormit secreta mea et consilia mea non revelabit, unusquisque prestare deinde credit oculos appetit verba audit fastidium fugit vel honor ut qui non vult audire vere dat vel perfice vitetur. Quod Jeremie ... audientibus predicacione qui formidolosus est et timidus vitatur propter materie gloriosa admissionis. Actuum ii. Predicantibus apostolis audiebat unusquisque lingwa sua in qua nati erant. Sic enim multi sunt modi loquendi quos habent predicatores secundum quod loquuntur de diversis, nec omnia verba conveniunt omni materie nec idem modus pronunciandi ex causa que est passionis causa incarnacionis. Cum ergo essent apostoli in unum congregati in Jerusalem factus est subito de celo sonus quasi ferventis spiritus vehementis et vise sunt illis lingwe divise quasi ignis, ceperunt linguis loqui ita ut omnes qui ad illos veniunt sua lingwa quisque cognosceret. Ad illam enim civitatem ex omni terra conveniebant iudei quocumque dispersi erant et diversas lingwas gencium diversarum didicerant. Ergo secundum materiam in quirendi sunt sermones immutande sunt voces et exprimende affecciones. Sic Jonas predicabat clamore in magno ad conversionem Ninive et crediderunt et egerunt penitenciam ad predicacionem Jone. Jone iii. et Jone iii. De hoc Augustinus, satis in libro iiii. de doctrina christiana. et Quintilianus in libro xi. institucionum oratoriarum dicit ad res verba ad verba vocem ad vocem vultus ad vultum gestus ad gestum modulacio cantus corporis referatur. Quia quidam predicatores modum non predicant veritatem sed adulato[ria], non utilia sed subtilia, non seria sed iocularia, non conformia sed difformia et inconsueta, non vera sed adulatoria. iii Reg. xxii.

Sermones composuerunt vno ore bona ce
si predicant / constat aut q adulatio-
nibus suis eum decipiebant. Nescio em
qua despicacione nec delicate aures diui-
tum et magnorum / contra acceptant mella
dicta et inebriantes ligare blandicias
quam aspere testationem veritatis. Narrat in pro
satiricam. Cum adulator facilem distil
lat in aurem exiguum de re virus ex
veneno. Cuncta abigit qui verba loquitur
nec vtilia sed subtilia. Ysa. xix. Confun
dentur qui operantur linum plectentes et te
xentes subtilia / presumunt em decoratis
simas orationes et subtilissimas compositiones
Contra id apostoli .i. Chor. ij. Sermo meus
et predicatio mea non in persuasibilibus / Hinc scribit nobis
sanctus Ieronimus ad . ... vt fides em non sit vi
sa ho. sed in virtute dei filios generare de
bemus deo / non ornatu verborum sectari
ad subtilitatem philosophorum / non intendere
ossa regis pouimus vsque ad ciuem ...
uenient . Scrutando secreta diuinitatis
quod non curiositatem / non minuta iacula
iaculari uel subtilia armari ad decipi
endum leonem fortissimum ... non
seria sed iacula / vnde apostolus in epistola ad la
odicenses. Non destituant uos quotidia
nam loquaces insinuatione ut uos auertant
a ueritate euangelij quod a me predicatur
Ceterum comoneat in risum / ego illi lacrimas
monebo / et Ambrosius in libro de offic. Re
stringatur lingua habene vinculis sic
nos habeat suos quibus reuocari possit ad
mensuram sermones proferat examina
tos libra iusticie / ut sit grauitas in sensu
in sermone pondus et in verbis modus. Vnde
apostolus discipulum suum admonet ut sani
loquia deuitet / non consonantia sed ypo
crisim. Ieronimus contra Iouinianum Ser
mo eius omni modo conuenit et nulli
uite conueniet. Quod em spiritus sanctus cor
di instigat occulte / hoc predicandum est
lucide et aperte. Mat. x. Quod in aure auditis
predicate super tecta. Vnde Greg. in pastorali
li. iij. c. xv. prouidendum est ut non solum praua
nequaquam sed ne recta nimie et inordinate profe
rantur. Quia sepe dictorum virtus perditur cum apud
corda audientium loquacitatis incaute impor
tunitate leuigatur et auctorem suum hoc eadem
loquacitas inquinat que seruire auditoribus
ad usum profectus ignorat. Vnde per moysen
dicitur vir qui fluxum seminis patitur immundus
erit. Hinc mente quippe audientium semen
sequture cogitacionis est audite qualitas
locucionis quia dum per auris sermo concipitur
cogitacio in mente generatur / vnde et ab huius
mundi sapientibus precor egregius semi
uerbius est vocatus. Qui em fluxum seminis
sustinet immundus asseritur quia multiloquio
subditus ex eo se inquinat quod si ordina
te promeret prolem recte cogitacionis ede
in audientium corde potuisset. Dum quod in
cautius per loquacitatem defluit non ad v
sum generis sed ad immundiciam semen fundit

De maturitate actionis predicatoris

Requiritur ex in predicatore maturitas
actionis. Cum em predicatio habet pon
deris grauitatem cum in bonam qualitatem actionis
ne contingat illud Rom. ij. Qui predicas
non furandum furaris. Qui dicis non mechandum me
charis. Qui ergo alium doces teipsum non doces.
Vnde ysido. in li. de summo bono. ca. xxxvi.
Qui non viuit sicut docet veritatem quam pre
dicat contemptibilem facit. Iste assimilatur
arcui doloso qui sagittas emittit contra
eum sed in iacientem reflectitur. Assimilatur et
cimbalo sonanti quod aliis sonum facit et
seipsum consumit. Vel ut cereo quod aliis
tribuit lucem sed ipse consumitur cera de
ficiente et inducat obscuritatem. Qui em
bene docet et male viuit mendacio veritatis
lucem tenebris bonum malo commiscet. Ista
ergo actio necessaria est. Hic em agendo quod dicit imi
tatur Christum / et addit verbum confirmat ipsum
tradit exemplum. Imitatur Christum qui cepit fa
cere et docere / Act. j. Hic em Christus clarificatur

cum eius sigillum impressione videtur. Hoc est quod agit
quod loquitur. ij. Chor. 4. Non nosmetipsos
predicamus sed dominum ihesum christum, nos autem servos vestros
per ihesum. Non enim requiruntur modo impressione signa
sed operum merita. Lingue enim non fidelibus sed in
fidelibus date sunt in signum. Nos modo propaga
ta fide non indigemus signis miraculorum
Antiquitus enim apostoli nova faciebant qui
nova predicabant quia nondum erat quia flore
bat mundus, vacabat vanitatibus et volup
tatibus, et id ut corda audientium ad fidem
invisibilium traherent, visibilia miracula
choruscabant, ut prius quod mirum foris
agebatur illud quod intus erat mirabilius
esse sentiret. Greg. viij. Philippus descen
dens in civitatem Samarie predicabat ibi
christum. Intendebant autem turbe que a
philippo dicebantur videntes signa que faciebat. Cum
dit eos cantum. vij. i. Chor. ix. Corpus meum
castigo et in servitutem redigo ne forte cum aliis predicaverim ip
se efficiar. Tene enim preter fine quod dicitur
de illis. scilicet que pertinent ad salutis statum
non de illis que pertinent ad perfectionis gradum
alioquin pararet non perfectis et secularibus pre
dicantibus religiosis et perfectis. vnde Greg. in mor.
super. i. de Job. 39. Numquid prebebit equo forti
tudinem aut circumdabit collo eius hynitum
Collo equi hynitus circumdatur quando predicator
suis vocibus tenetur. predicator enim per equum
designatur, de quo ibidem subditur. Numquid
suscitabit equum quasi locustas, gloria narium
eius terror, terram ungula fodit exultat
audacter in occursum pergit armatis, contempnit
pavorem nec cedit gladio. Locuste iacere
se extollere conantur sed primo se cruribus
impellentes sublevant et postmodum alis
volant. Sic predicatores primo se erigent per bona
opera et deinde volant per contemplationem
sed postmodum a contemplatione in actionem redeunt
et casalam locuste in terram decidunt, tamen ma
ne citius se sublevant et in nidore quanto
celsius tanto alacrius locuste volant
Cum tempore prosperitatis predicatores torpent et
latent quando adversitates ceperint et docent et
hoc est. Numquid suscitabis etc. Et sequitur. Gloria
narium eius terror, quia visionem eterni iu
dicii quando iustus expectat, iniustus vero
formidat. Inde enim iustus gloriatur unde
peccator timori subiacet. Terram ungula
fodit, quia detractoribus auditorum exemplo
suorum operum terrenas cogitationes eicit. quia
ultat audacter quia gaudet in tormentis. In
occursum pergit armatis, quia opponit se
malis etc. lis nec queritur ubi eis. Contem
pnit pavorem nec cedit gladio. Cum enim
adversitates venturas et ymaginationes non
metuit, pavorem despicit. Et quia presentes
tribulationes vincit non cedit. Cuncta enim
obviantia superat quia amore vite eterne
ad mortem se parat. Sequitur. Super ipsum sonabit
pharetra. Cum contra predicatorem fiunt malorum
consilia et machinamenta. dolos contra
predicatores mali preparant, et velud ex lon
ginquo mittendo vulnera occultant etc
secretis machinationibus quasi in pharetram
sagittas parant. Ipse autem sonitus est
minatum strepitus occultus. Sequitur. Vib
rat hasta et clipeus quia predicatores patienter
verba suscipiunt et tamen predicant contra infideles
sagittas predicacionis reddunt. Vel sic Con
tra equum dei prava consilia perstrepunt et pha
retra sonat, quia aperta pena sequitur
hasta vibravit, quia si in disputatione re
sistat clipeus aut ferit. Sequitur. Fervens
et fremens sorbet terram nec reputat tube
sonare clangorem. Fremens sorbet terram quia
in supplicius potius zelo dei inflammatus
peccatores in corpus christi in misticum convertit. Equus
iste clangore tube non metuit, quia prius
desperans prosperitatibus seculi ullos minarum
sonitus pertimescit. Et ubi audierit
buccinam dicit vah. quod est interiectio ex
ultationis, quia non terretur in omni periculo
quia victor letatur triumpho. Hoc est vah di
cere predicatori de ventura passione gau
dere. Procul odoratur bellum, quia cum certamen

preparat cum Exhortacione dicat et ululatu
excitus pauli repente odorat. hec est con-
de cum considerant quod auctores errorum
contra electos possunt preparare, quod eis sub-
diti possint crudeliter exercere. Confirmat
verbum. i. Thymo. ij. c. in testimonium confirmat
temporibus suis in quo positus sum ego predicator. Et
apostolus veritatem dico non mentior. veritas
est adequacio signi et signati. hec est verbi
et operis. ergo verax non est predicator qui quod dicit
non facit, tamquam vox magniloqua et vox
manus commissa. immo vox hystrionica
qui alios ad bellum suscitat et fugere se
preparat. Vita enim operis sigillum est sermonis
et vexillum. Unde Marci ultimo. Discipuli apostoli pre-
dicaverunt ubique domino cooperante et sermonem
confirmante. hoc est opus in te. Quintum.
Bernardus super Cant. xviij. prius te infundi
sic, ut effundere audeamus de plenitudine
non de penuria largientes. primo compunctio
deinde devocio. tercio penitencie labor. quarto pi-
etatis opus. quinto orationis studium. Sex-
to contemplacionis ocium. Septimo plenitudo
dilectionis. Nec solum debet predicator infundi
sed impleri ut emittat de plenitudine non
exhauriat de vacuitate. Et sic dicit Gregorius
moralium libro viij. Cum prelatus non agit bo-
na que loquitur, ei sermo subtrahitur ne loqui
audeat quod non operatur. Et docere quod doce-
re audet quod negligit agere. Cum desierit bo-
na loqui que operari contempsit. docere subdi-
tos incipit. prava que agit. ut iusto di-
vino iudicio bonorum linguam non habeat qui bene
bonam vitam recusat. Audit exemplum. i.
Thess. ij. c. neque fuimus in sermone adula-
cionis aliquando. nec in occasione avaricie. nec quasi ab ho-
nocte et die operantes ne quem vestrum gravaremus predi-
cavimus in nobis evangelium dei. Ipse ergo da-
bat exemplum fugiendi omne vicium et ideo
vocabat se apostolum et magistrum gencium. Unde
sequitur. vos testes estis et deus quam sancte et
iuste et sine querela vobis qui credidistis
fuimus. Bona enim exemplaria bonos

reddunt libros sic corrupta corruptos. Unde
sic dicit Gregorius omelia super Ezechielem. Predicacio
tanto auditoribus dulcius est quanto predica-
torum actio contra suis predicacionibus non est
contraria de propria vita sumunt ad plenitudinem
illi frontem appetiit Et ille cum gemitu sus-
pirans sic dixisse fertur Cum essem viuus

mea fuit honor / fuit timor / ut omnes
visione mea fugerent et oppressio ipsa terret
plures Eius aut beniuolus non lesi
quicquam et auxiliator fui in malignum
et quam sim sine viribus non est honor postinus
Item ad exhortandum ne quis minores ledat
fingit / quod dormiente leone in silua mu-
res agrestes ludebant et vnus ex hijs
super leonem casu transsijt / experrectus leo ce-
leri manu miserum murem comprehendit qui
veniam sibi rogabat / quod non sponte fecerit leo
vero dimittere cogitat vindicte quid esset de
tali si eum occideret crimen quod illi non glo-
riandum esset Agnouit ergo et dimisit post
paucos dies ipse in foueam cecidit qui ut
se captum agnouit magno dolore rugire
cepit Mus autem ut cognouit ad eum cucur-
rit et ne cognita non est inquit iam quod
timeas parem gratiam reddam tibi non im-
memor beneficij tunc omnes artus illius ligatu-
ras lustrare cepit et bene rodenda cognos-
cens mire secare dentibus et artus illius
ingenia laxare cepit Hic quod leonem captum
liberum restituit Item ne quis de alienis
bonis magnum se iactet fingit Graculus
pennas pauonum que ceciderunt sustulit
et inde se ornauit suos quod contempnere cepit
et gregi se pauonum inseruit Et illi ig-
noto et impudenti pennas in morsu eripuit
talibus eum ac morsibus fatigant
unde quod semiuiuus abiens relictum proprium
genus redire timuit / ubi cum esset ornatus
multos iniuriose tractauit tunc vnus ex eis
ait illi Si vestes tuas quas non debes a-
masses hec tibi sufficerent / nec ab illis
iniuriam passus / nec a nobis pulsus fuis-
ses Item contra eos qui laudant bona inutilia
et vituperant vtilia / ceruus de
fonte bibens sua cornua magna ut
vidit nimium laudare cepit / crura tamen
vituperauit / quod cum fieret venatorum voces
ac repente canes latrare audiens / fu-
ga precipiti euasit / at ubi eum silua

fecerit magnitudo illa cornuum . Re-
nantibus enim tremuit . Cui mortem
suam videns ait : que michi erant
utilia vituperavi et dampnosa lau-
davi . ¶ Item contra eos qui se conten-
tiose laudant . Formica et musca con-
tendebant acriter quo melior eorum
esset . Musca ait : Nunquam te meis
comparare potes laudibus . Ubi ym-
molantur extra proxima gusto . In
capite regis sedeo . et omnibus ma-
tronis oscula dulcia figo . de quibus
rebus nichil tu . Formica ait : Cognosco
te hec dicentem tu improba pestis
laudas importunitatem tuam . Nunquam
optatum venis . Reges et matronas
quos nominas cum importunum redis
et tua omnia esse dicis . cum accedis
fugaris undique quam iniuriosum
abigeris . estate vales brevia . in
hyeme non appares . Ego vero delici-
osa . hyeme sum secura . me que secuntur
gaudia . tu autem ventosa flabello
pelleris sordida . ¶ Item contra pau-
perem superbum . Rana quedam in
terra vidit pascentem bovem . putabat
se fieri talem posse . si rugosam im-
pleret pellem . et inflans se natos
suos interrogavit . Sum ipsa quanta
bos . Dixerunt non . Iterum se inflavit
fortius et dixit : Sum . Quid modo
dicunt nichil simile . Tercio cum se infla-
ret rupta pelle mortua est . Ideo
vulgo dicitur : Noli te inflare ne cre-
pes . ¶ Item ut qui se felices esti-
mant nulli iniuriam faciant . dubia
quia meminerit se infortunia totam .
Equus quidam ornatus freno ex auro
et argento . sella que decora . occurrit
asino in angusto . de longe venienti
et onusto . et quia illi tristanti tar-
dius dederat viam . eo quod itinere
lassus erat . Dixit equus : Nisi me

satis continerem te calcibus rupe-
rem . qui obviam michi non cessisti
aut fecisti ut transirem . Terrore ergo
et superbia illius tacuit et ingemuit
miser asellus . Nec multo post ex
currendo ruptus ac macer effectus
iussu domini sui ad villam ductus est
ut agris portaret stercus . Accepit
que rusticus ornamentis per semitam
ibat omissis . Quem dum infelicem
inpertito pascens ille cognovit asel-
lus . tali que sono increpavit . Quid
tibi profecerunt ornamenta illa pre-
ciosa . ut talem habes audaciam .
Nunc et tu nobis vivere nobiscum rus-
ticis officiis . ¶ Item contra illos qui
quod facere non possunt verbis tamen se
posse et velle ostendunt . Fame coac-
ta vulpes uvam sursum pendentem
conspexit . et alto gradu se exerci-
ens . quociens hoc voluit attingere
sursum non potuit . Recedens iterum Nolo
te acerbam et immaturam inveni
. et quam cum tangere nolens abiit .
Hec de fabulis Ysopi excerpere volu-
imus et si forte plerumque liceant
in sermonibus publicis recitare . quod
etiam nonnulli predicatores faciunt propter
audiencium tedia revelanda . qui
talibus delectantur . et propter intermixta
vicia . que aliquid edificationis habere
videntur . nunquam tamen nisi caute et
raro id estimo faciendum . ut qui ver-
bis sacris ad luctum penitentie dei quam de-
vocionem provocari debent . ipsi
prophanis nugis et risu magis ad
lasciviam dissolvant . Simul etiam
ne admirandas fabulas . quasi
que liceant predicatores male informent .
Tercium utrum Ysopus sit ille quem
Eusebius ab Ephesis Anno primo
Cyri pompei esse testatur . an for-
sitan alius inctum habes

Predicatur etiam per proprietates
naturales. Unde Valerius. Disputa-
vi ... usque ad ysopum quia quedam
de sunt proprietates rerum naturalium que
reperiuntur in libris philosophorum et me-
dicorum qui desiderant spiritualem tract-
atum. predicator eciam per similitudines
exemplares. Et hoc dupliciter. per ra-
tiones cognoscendi, per ra vivendi. Cogno-
scendi cum de hiis que pertinent ad fidem
quam admovens. Ad fidem ut in hiis
que pertinent ad divinitatem et ad
humanitatem christi. De hiis que ad di-
vinitatem expeditum est supra ubi
agitur de sermonibus efficacia prelatis
necessaria. De hiis vero que ad huma-
nitatem quantum ad incarnationem passionem
resurrectionem ascensionem adventum ad
iudicium penam et gloriam pauca di-
camus. De exempl. incarnationis.
exempla incarnationis Aug. in libro ... de mirabilibus sacre
scripture. Multa animantia absque partu
coitu gigni comprobamus qualiter
apes sine patribus fetu matrum corporis
tactu crescunt et omnia illius modi vo-
latilia fetus suos taliter concipiunt.
Et multe aves absque maribus
ova gignere possunt. et talem conceptum
in multis piscium generibus esse phisici ...
In sola quoque carne sine patre vermis
nascitur. cum se dominus hac eciam similitudine
dicere per prophetam non dedignatus. Er-
go in multis rebus consuetudo more divino
operatur. quod nunc contrarie dominum est
si quod ipse noluit et in virginali utero
sancti spiritus dispensatione filius sine
viri coitu nasceretur. Basilius exam-
meron. viii. Vultures asserunt sine
coitu generare. Item si radius per
vitrum aut vitrum exiens fenestram
tamen relinquit integram. Multo
fortius dei filius virginem incor-
ruptam. produceret in uterum de viro
sine virili semine et sine concupiscentia car-
nis vir de virgine exordire mascule
plante. Inpugnatur etiam femina
plantas sine semine vel corrupcione.
Rupertus super symbolum. Quid mirum
si virgo concepit cum orientis avem quam
fenicem vocant ipsum sine coniuge nas-
ci vel renasci. constet ut semper et una
sit. et semper sibi ipsi nascendo vel renas-
cendo succedat. Apes certe nescire
coniugia nec fetus nec ulli omnibus
palam est. Duo auctores in lusita-
nia iuxta fluvium tagum equas con-
cipere ventos. Quod si verum est. cur non
et virgo voluntate dei de spiritu sancto. Quod
si verum non est quod magis credo. Sed
dominus ex vento concipere. prout dicit Iu-
stinus li. xlim. Ex equarum fertilitate
et equorum velocitate quia tam velo-
ces equi in lusitania et galleria ha-
bentur ut si vento concepti viderentur.
Si filium virgo concepit cuius sermo ve-
locissime currit. ymo qui uterum
velocissime impleret. quia ad conse-
sum virginis et verbum angeli mox
verbum insoto. mox intra uterum verbum
exempl. passionis caro. De exemplis passionis. Vultur
dum volat si iacens cadaver conspi-
cit ad esum se cadaveris deponit et
plenum quasi sic morte capitur. Sic ad amo-
rem animal de summis venit. Ut dicit
Greg. mor. li. xx. Sic dei filius ab
alto dum venit ad nos mortuos in
carnem venit. et in mortalitatis morte
incurrit. Nam non potuit fetus pel-
licanum nisi eius sanguine resuscitari
secans lignum et non secans solis radium
ligno unitum. Ipse deus et homo in
spiritus sed impassibilis in se qui pas-
sus est in carne. Et ut dicitur in libro cont.
felicianum. Retinuit singulis propria
dum non amisit immensitatem divinitatis
nec respuit infirmitatem carnis. Quiddam

ꝓpius aliena dum idem et inseparabilis
xpius · et ꝓpo carnis occidit · et ꝓpo dei
tatis apud inferos non tenet Item
damascenus si sol nb̄ ꝓpas actiones
tradens manens nostrorum ceps · qui
to solis factor et dns · Sz querunt qui
dam · cur xpius ꝓpa voluntate passus
sit Oblatus est enim quia ipse voluit
quis ergo potiu infectoribus eius im
putabit · Et audite similitudinem · quam habe
bat homo navem unam et volebat de
struere illam ut et clavos seorsum
haberet · et deligens carbones facere · Sz
inimicus eius nocte eam combussit · ne
sciens voluntatem illius · mane veniens do
minus invenit sicut volebat · consistat tamen
illum esse reum · qui odio hoc fecit Item
cogitabat quidam destruere domum suam
lapideam · ut de lapidibus faceret nova
· inimicus odio eam destruxit · nec lapis
sup lapidem remansit · tamen reus fuit
quia quod dns facere disponebat odio fecit
Sic in proposito patz conclusio · Sicut autem ha
mus escam contectum · non solum escam cum
hamo removet piscis si capiat · Sz ipse
de profundo fluctibus aliis esca producit
Ita dyabolus qui habebat mortis imperium ra
puit in mortem corpus ihu non sentiens
hamum deitatis inclusum · et ubi
devoravit disruptis inferni claustris
velud de profundo extrahitur ut esca ce
teris fiat Ros super al litus Aut adduces
draconem in hamo aut pones capis
trum circa nares eius · Sic enim ydrus q
provolutus serpens dr̄ involuit se luto ne
videatur · quem sorbet cocodrillus
et penetrat visibus eius ab ydro fos
cum foramine in ventre ydrus egredi co
exempla resurrectionis/ codrillus moritur / De exemplis resurrec
tionis · virga aride · Num xvij · quia sub
ito refloruit Sic caro xpi resurrexit
mortua revivisat · quod pellicanus ut dicit
mortuus resuscitatur · filius · Descendere

pt rex marerem ut liberet vinctos et
xpius in mortem et infernum ut liberaret
suos · Ante alias arbores floret amig
dalus · licet cum ipsa floreant herbe or
tenses · et xpius resurrexit primitie ge
cum · et cum eo resurrexerunt multa corpora
mortuorum · Non decz filium regis solum
coronari · sed socios eius ornari et cu
nos ad festum iudicium convocari / Si
helias et enoch adhuc in carne vive
re sancti viri sunt · et tamen occidentur et cito
to post resuscitabuntur · non decet ut sa
ctorum caro resurgere differre aut in sece
no firmare · Sz et de resurrectione mortuorum patet
plurima exempla · De i · Cirilli · Crede homo
in morte te resurgere posse · qui antequam
viveres nil fuisti · Aut quare dubitas
quod resurgas cum totum quod in terris est
quotidie sic resurgat · Sol occidit et
resurgit · dies sepelitur et redit · Men
ses cum tempora fructus semina tran
seunt ipsa moriuntur · tamen redeunt sua mor
te prelesant · quotiens dormis et vi
gilas totiens moreris et resurgis · et
quod exempla · non sufficiunt nisi assit fides
Sed idem petrus dicit · Sol lippientibus
oculis non lucem tribuit sed tenebras
Vinum vires febricitanti non reparat sz en
uat sine medicus vice poculum fit leta
le · Sic perfidis sine fide pretiosum
est fidei sacramentum · Capiatur ergo fides
ex auditu · auditus exemplis iuvetur ex
emplis · Rufinus in expositione simboli
Insipiens ait apostolus · Tu quod seminas non
vivificatur nisi prius moriatur · etc · Ca
go in seminibus que intra paucos
singulos fieri vides · hoc in illa car
ne que dei lege seminatur · in ea futurum
esse non credis · Cur tam angustus
divine potestatis existimator es · ut dispar
sum undique carnis pulverem in
sua resurrectione colligi et reparari
posse non censeas · cum videas quod in modo

ingenio diuersas impressiones terre uenas
metallorum rimatur. et artificis oculus
cuncta videt in quo imperitus terram
putat. et eam esse speciem venam et
argenti et aliam eris longe distan-
tem ferri et plumbi diuersas metal-
lorum species latere mobile deprehendat ingenium
diuina virtus invenire posse et discernere
non putabitur vniuscuiusque carnis propriam
consimilem. etiam si videatur esse dispersum.
Item si quis diuersa semina in vnum
permisceat et hoc indiscrete seminet
vnumquodque seminis quocumque loco fuerit
datum competenti tempore secundum naturam sue
speciem germen producet et culmum
sue forme similem quod cuiusque reparat. Ita v-
niuscuiusque carnis substantia. quamuis va-
rie dispersa sit. Solo terminus que mest
vnicuique est immortalis. Caro enim eo
tempore quo seminatur in terram corpo-
ribus simul vnum devoluitur. cum
acceperit collatam eterni et accepcionem
substancie sue reddit censum. et reparat
in illa specie quam mors alij dissol-
uerat. Et ita fit ut vnicuique anime
non confusum aut commune sed suum quod
habuerat reparetur ut consimilis
possit pro agonibus praeteritis victe cum
anima sua caro uel pudica coronari
vel impudica puniri. Lignum habet
speciem. si precisum fuerit cuiusdam mer-
sat ipsum comburat et resuscitatur
Gregorius more li. xiiij. Considerem par-
uum cuiuslibet arboris semen quod in
terra iacitur ut arbor inde producatur
et comprehendamus si possimus ubi
in illa breuitate seminis tam immensa
latuit arbor que ex illo processit.
Ubi lignum ubi cortex. ubi viriditas
foliorum. ubi ubertas fructuum. Nunquid
in semine tale ad videbatur cum in terram
iaceretur. et tamen occulto rerum opifice
cuncta mirabiliter operante in mollitie

seminis latuit asperitas corticis et in
teneritudine illius quod abscondebatur fortitudo
roboris. et in siccitate ubertas fruc-
tificationis. Quid ergo mirum si tenuis-
simum puluerem uel aeris oculis in-
elis redactum cum vult in hominem refor-
mat. qui ex tenuissimis seminibus imme-
sa arbusta redintegrat. Basilius post
qem devine seruicii faciente Gregorio
Nazazeno de viuo argento pulueri a-
nimato quod puluis vir et per modum in spe-
ciem reducitur. Similiter exsiccatissimo
cinere philicis aut terre vitrum lucidis-
simum et purum efficitur. et ex pulueris
corpus glorificatum lucidissimum refor-
matur. De exemplis ascensionis
corporis abiecta corpulencia et subtilitate
adepta ascendit quod in Christo fuit et
in nobis erit. quia cum caput pertran-
sit foramen ingredere. et transit inde
bene corpus sequitur. Helyas eciam in
celum aereum ascendit. Quid ergo mirum
si corpus id quod incomparabiliter leuius
et nobilius fuit. Sicut autem cristallus
ex aqua solidatur. ita passibilitas huma-
ne nature in Christo impassibilis facta. per
gloriam solidabatur. et quia cingebatur
vnde festum illud. scenophagia spiritualis
appellatur quod fixio tabernaculorum
dei. quia cursus sue peregrinacionis termi-
batur et soliditas glorie sequebatur. Et sic
accipiter volat ad capiendas aues sil-
uestres et cor inde comedit et reuertitur
ad manum. Sic Christus ad peccatores descen-
dit. cor dicitur est dei petit. et cum preda
reuertitur ad celum. Sed in natura tocius de-
plumatus iste accipiter fuit vna sola
pluma .i. latro conuersus ei adhesit
quotidie veteres plumas eicit. et no-
uas induit quia peccatores predicacionis
et conuersione electorum accepit. iste plume
fuit donec in fine adherentibus sibi omnibus
plumis auis pulcherrima creata

varietate pedum suam offerat deo et per
Hic enim accipiter fuit nouem mensibus
in mutatorio ut in marginalibus super vir
gam rectissimam virginem de radice Ies
se, et bene mutatus alacrit predam
capit et in celum volauit. Et sic aqui
la altius ceteris auibus volat et pul
los diligens aduolando prouocat et
ad radium solis probat. Quos non intentes
oculos a sole deiecit alios mittit. Sic
Christus in ascensione altius exaltatus
suos prouocat ut sequantur. eos approbat
qui celestia contemplantur. eos repro
bat qui temporalia sectantur. quorum quorum
oculi ad terram reflectuntur. Sed cum aqui
la senuerit grauantur ale obducuntur ocu
li caligine. querit fontem aque volat
in altum, incendit alas et caliginem
oculorum solaribus radiis et ardore de
scendens. tunc in fontem ter se im
mergit, et continuo renouata sunt lumina
oculorum et alarum velocitatem recipit
et nos in altum volantes solem ius
titie contemplemur. et ad infima men
tibus descendentes in nomine trinitatis
fonte lacrimarum renouemur. Non enim
volare poterimus cum Christo si ale nostre pe
ro superbie elidantur. viscosa luxurie
constringantur. humore gule madidentur
pondere auaricie grauentur. Scientes
quod equus male pastus licet sit maci
lentus, tamen melius ascendit et velocius
currit quam equus pinguis furfure
plenus. ¶ De exemplis aduentus
ad iudicium ponit exemplum Gregorius ostendens
quod tranquillius apparebit bonis et i
ratus malis, quia licet vnum et eundem
Christum in humanitate omnes visuri sint
benignus tamen apparebit iustis existente
recta iustitia et terribilis reprobis ex
culpe conscientia. Sicut cum duo ad iudi
cem pergunt alius innocentie et consci
-us et alius culpe. Cum videt iustus
iudicem benignum. Alius iratus ut patet
in Matth. li. xxiiii. Et sicut fulgur exit
ab oriente et paret usque in occidente
Sic erit aduentus filii hominis. Quod
exponens Rychardus in libro de po
testate ligandi dicit. Et fulgur cito
apparet et cito disparet. Sic iudicium
cito fiet. Fulgur enim ab oriente cito
attingit usque ad occidentem. Sic sil
et semel omnia dicta cogitata facta pre
cedent ad manifestationem. Ita sicut cum
celi tonitru fiet etc. ita et iudicium et omnium
illuminacio. Sed nos qui modo alienas
conscientias non videmus nec proprias nisi pal
pando. Aduerte denique quia si de noc
te obscura domum obscuram intramus
in ea lucernam palpando deprehendimus
Sed si subito lucerna apparuit uel can
dela subito simplici aspectu multa
videmus et aperte quam palpando appre
hendebamus per multa tempora successiue. Et
multa etiam que palpando non potu
imus deprehendere. quia nec discernere po
tuissemus inter album et nigrum pul
chrum et deforme. Splendor ergo quidam
diuini luminis de perscrutatione cordibus irradiabit
qui vniuersaque vniuersa que in corde suo
bono uel malo latebant manifesta vi
sione denudabit. Lux enim illa erit in
corpora que efficacior est quia corpora
¶ Unde idem Rich. videmus quod ad
primum radium emergentis solis omnia
bene oculis radiant rederant. quod
statim omnia patuerunt que prius late
bant. vix adhuc montium cacumina
lucis radium susceperunt. et iam exclu
minis irradiacione quia in valles resul
dunt omnia que ibi sunt omnia que
ibi fiunt omnibus patefiunt. Sic utique
summi viri et perfecti preceteris stabilitate
fundati. stupendiori sublimitate ma
gnificati et tamquam montes eterni radium
diuine sapientie in mente susceperunt. et ex

suscepta ut sic dicam veritatis que
eciamquasi diffundit omnia que prius
dicta sunt manifestum opus subiectis
moribus et lucem adducit per psalmum
maius tu mi amor est. De exem-
plis quanta adpeciuntur et gloriam Anshel-
Nota mus de similitudine. Sicut ferrum ignitum
quasi sui parte continet ignem. sic
ipse bonum voluptatis. mali vero senciunt
anxietatem. Hanc vero voluptatem nemi-
nem in hac mortalitate provenientem
esse puto vel fuisse qui eam ut est
senserit vel gustavit ut illius sapor
est vel similitudinem aliis declarare posset.
Nota Et modo. Sicut enim ex splendore
solis ipsum solem sentimus antequam illum
perspicue videamus. Sic ex mentis
nostre speculatione deum sentimus qui ve-
ro quis extra veritatis luce prospi-
cimus sic et illum intelligendo et a-
mando per fidem et spem adpositis sen-
timus. In futuro autem non per speciem sed
sentiemus et videbimus eum sicuti est
non tamen eum omnes equaliter videbunt
nec eius amore omnes equaliter cale-
bunt. Sicut enim diverso modo lignum
et ferrum ignis ardore calent. Sic
celestes spiritus vel beatorum anime iequaliter
dei amore fervent. Nunc enim eum
videmus in enigmate. et quasi in pic-
tura ea que dicimus velud pictum
solem aut mare videremus. Solem
quippe aut mare cum depicta vi-
demus non sicut est in ipsa re ea ha-
bemus. Cum vero solem clare lucentem
perspicimus aut mare turbulentum
vel tranquillum cernimus rem sicuti
ut est veraciter intuemur quamvis tan-
tam qualiter in se est intueri nequeamus.
Sic sancti dei in sua gloria deum videbunt
sed magnitudinem eius divinitatis sine im-
mensitatem potencie illius comprehendere
nequibunt. Non enim immensus esset
si intellectus eum comprehendere potuisset.
De hijusmodi exemplis perfecte per-
tractamus. et ad librum anshelmi de simili-
tudinibus et pastoris sine hinc et alios
remittimus. Sunt eciam exempla agen-
di de quibus expeditur in vitis sanctorum
et in vitas patrum et libro dyalogorum et pe-
tri damiani et multorum aliorum. que
predicator debet hec admiranti. per
quod frequencius movent simplices quam per
concordancias et exposiciones eorum que-
rimur enim expedit in plus ut breviter
tangatur vita sancti vel sancte de quo fit
predicacio et adhuc modo referatur hys-
toriarum de biblia fideliter narracio.
Multum eciam movet bene dicta et be-
facta gencium que leguntur apud valerium ma-
ximum. et macrobium de saturnalibus et
agellium noctium atticarum. Quin-
titulus de pertractanda modificanda predicatorum
et officiorum diversitate et hoc quadrupliciter. Pri-
mo de amonitoribus respicientibus statum
qui est in iiii^or que sunt. Sexus. Etas.
officium. dignitas. status. cum suis op-
positis. De amonitoribus respicienti-
bus eventum. et sunt iiii^or. Infirmitas
paupertas servilitas pusillanimitas cum
suis oppositis. De amonitoribus respi-
cientibus mentem et sunt iiii^or. Rudicitas.
Simplicitas. pusitas. nimia humilitas.
cum suis oppositis. De amonitoribus re-
spicientibus affectum secundum peccati progressum
et sunt iiii^or. Cogitacio. Locucio. Accio et
consuetudinis obduracio cum suis opposi-
tis et adiuncta pertinentibus. De amoni-
toribus respicientibus affectum secundum diversitatem
vitiorum mortalium peccatorum et de pertinentibus
adiunctis cum suis oppositis. De amoni-
toribus respicientibus statum qui est
in iiii^or que sunt. Sexus etc. ut supra.
Habito de predicacione utilitate
de predicatoris auctoritate et eius
maturitate et predicacionis

ydoneitate. Hic quintus sermo est de predicatione modificanda pro statuum et officiorum diuersitate. Diuersos modos ammonicionis ad predicatorem pertinentes docet beatus Gregorius in pastorali plures, de quibus prosequimur breuius. Sunt enim quedam ammoniciones que respiciunt statum. Quedam vero euentum. Quedam naturam. Quedam affectum. Ad statum referuntur sexus, etas, officium et dignitas. Status quoque requirunt diuersos modos ammonicionis et quantum ad sexum viris predicandum est ut faciant grauiora, mulieribus leuiora. Quantum ad etatem iuuenibus prodest ammonicio seuera, senibus blanda. Quia seniorem ne increpaueris sed ut patrem obsecra. Quantum ad officium sic

Coniuges

ammonendi sunt coniugio obligati ut ita sibi placeant in coniugio quod est eorum officium, quod non displiceant creatori. Et secundum illud apostoli: Qui habent uxores sint tamquam non habentes. Uxorem quippe habendo non habet qui sic per eam carnali consolacione utitur, ut tamen a recta intencione non flectatur. Et uxorem quasi non habendo habet, qui transitoria cuncta esse respicit, et sic curam carnis tollerat coniugalem, ut tamen spiritus eius non recedat a spe vite eterne. Attendant coniuges, ut se inuicem tollerent, se inuicem orationibus saluent. Alter supportet alterum. Nec attendat quid tollerat ab altero, sed quid alter tollerat per eius excessum. Attendant quod coniugium est causa prolis. Cuius uicia transcendunt, et si extra non exeant, qui propagandis articulum transfluunt in usu voluptatis. Hoc tamen dicit apostolus secundum indulgenciam, non secundum imperium. Quia infirmis adhibuit medicamentum dicens: Propter fornicationem unusquisque habeat suam. et v. v. et sibi reddant inuicem debitum. Quod indulgetur culpam habet, sed quanto

magis notabiliter, quia non agitur illicitum si non teneatur submodum quod est licitum. Unde Loth. Gen. xix. Ardentem sodomam fugit. Et veniens in Segor non statim ad montana ascendit, quia per coniugium carnis incendia declinatur, sed superveniens medium non tenetur, sed est ciuitas media ad quam fugere possum ut Loth et saluatur ibi. Quia vita coniugalis nec a mundo longe diuisa est, nec virtutibus multa excellens, nec tamen a salute aliena. Qui vero coniugati non sunt, dicit tanto magis vigilare diuinis preceptis quanto magis absoluti sunt ab opere carnis et ab onere solitudinis terrenis. Si tamen temptationum procellas cum difficultate salutis tollerant, coniugii portum petant, nisi tamen continentie uotum emiserint. Quantum ad digni-

prelati

tatem status, ut in subditis et prelatis, ammonendi sunt prelati ut propter superiorem locum quem tenent, se non extollant, nec iniusta precipiant, nec subditos ad iracundiam incitent, sed subditis exempla bene viuendi prebeant. Quia secundum Gregorium: Tot mortibus digni sunt quot ad subditos suos exempla perdicionis transmittunt. Sint diligentes circa subditos, ut non negligant se ipsos illaqueati sint verbis oris sui. Quia secundum Gregorium caput districta iudicem prelatis cogitur tamen in opere exsoluere quanta eum constat aliis uoce precepisse. Ecclesiastes. Prouerbiorum vi. Spondisti in manu proximi tui, ne dederis oculis tuis soporem, nec dormitent palpebre tue. Palpebre dormitant, cum prelatus ex pigritia desipiente non corrigit ea que in subditis arguenda et corrigenda nouit. Plene vero dormit cum nec corrigenda peccata nouit nec corrigit, sed dormitando ad plenam dormitionem venit, qui pre-

latus eris qd nouit pctm corri
gendu et no corrigit mitis suis
exigentibus adhoc deuenit ut no
cognoscant malum qd subditi ope
rantur. habeat g° oculos intus et ext°
sicut animalia ezech. ostensa. ut se m
videant ne deo displiceant. et ex° ex°
prebeant in quo corrigenda in aliis
deprehendat. Subditis vero predi
candum est ut humiliter faciant. qd iu
betur. ut dicit impacientie exemplum
et tanto circa salutem suam se ha
beant diligentius quanto minus circa
curam aliorum impliciantur. ne immurmurent
de prelatis. ne iudicent eorum acto
res. ne fiant iude auditores et
inuentores. Regum. i. li. xxi.
Saul ingressus est speluncam in uen
trem purgandum qd prelati mali ma
licia intus concepta declinatur a partu
exterius qd d' non percutit quia hoc
subditus lingue gladio no inficiat
etiam etsi eum dignum reprehensione
inuenerit. sed dauid oram clamidis Saul
latenter amputat et tamen se sup hoc
postmodum increpat. qui ut in minimis
loquuntur subditi contra eos. qui ad suas
conscias redeunt reputant se reos
quia quam diu sunt in prelacione tolle
randi sunt. nec est murmur contra eos
sed contra dominum. de ammo deb. et egre

Nunc eciam sermonicandos respicientes euentu ut infirmitas
paupertas seruilitas pusillanimitas.
Infirmi — Infirmis predicandum est ut se filios
dei credant per flagella que tollerant.
quia quem diligit deus corripit.
et flagellat omnem filium quem recipit.
Hic necesse est eos laborare in via
do quesierant a pctis suis. Hic lapi
des hic quadrantur ut sine sonitu
mallei in templo celestis ierlm in suis
ordinibus disponantur ut flagellatos

supplicium respiceret qd postmodum medi
ficatos gratia caritatis liget. Si aut
filii carnis multa sustinent pro terrena
hereditate amplianda. quia tamen ardo
sunt amissuri. quanto dignius tollerari pro
eterna hereditate celesti et maxime
cum sic tollerando possint eciam suppli
declinare. Hic etiam infirmitas corporis
reuocat statum naturis et ut et mente
sue fragilitatis et gdicatis. declinat
fastigium elationis. Unde asyna Ba
laam cui insidebat ipsum impetuit
que angelum vidit. qd balaam non vid
quem cors flagellatum dm indicat et
appositis malis retardat. Si eciam per
fectus passio xpi qui sine peccato uixit
cum non sine flagello exiit. desperare po
terit omnis infirmitas tollerari. Unde
Greg. Cur assumptum credimus ut eos ho
tollet flagella pro malis. si tanta deus
Sani — ab hominibus pertulit mala pro bonis. Re
contra predicandum est sanis ut ex sa
nitate consequantur sanitatem mentis
ne per modum periantur si salute intim
abutantur. et si nunc deo placere p primas
noluerint. cum voluerint sero non pos
sint. prov. i. Vocaui et renuistis etc.
sequitur. Inuocabunt me et ego non ex
audiam. Greg. Salus corporis qui ad
bene operandum accepta despiciatur. quanta sit
muneris amissa sentit. et infructuose
quam ad ultimum que congerio gressus
tempore utile non habet. Unde Salom. v. Ne des
alienis honorem tuum. et annos tu
os crudeli. hoc est ad ymaginem dei et filiacionis
conditus. non det se subdere demonibus
et tempus uite ad uoluntatem eorum expe
dere qui sunt alieni et crudeles. quia
sunt a deo alienati. et nobis inferre
paupes — mortem parati. Pauperibus dicenda
sunt verba consolationis. quia excoquuntur et
purgantur in camino paupertatis. ut sic
obtineant diuicias eternitatis. Si tam

pauper superbus fuerit. tunc ferenda est et increpanda maxime superbia pauperis quem non inveniunt (?) eorum occasionibus qui cum habeant pauperis censum. habet tamen divitis fastum. ¶ Econtrario dicenda sunt divitibus que inspirant eis timorem. et deprimant elationem. Unde dominus. Ve vobis divitibus qui habetis hic consolationem vestram. Divitias temporales quas habent diu habere non valent. Si tamen dives fuerit humilis mulcendus est. et nutriendus dulcibus verbis. Si vero fuerit superbus tamen (?) quandoque blande est exhortandus. quia inveterata et dura vulnera sepe mitigantur. et mollescunt per fomenta levia et moderatorum blanditiis sepe curatur insanorum insania. Unde David citharizabat et Saul furiis (?) habebat. dulcis locutio est cythare dulcedo. Aliis tamen proponuntur eis tales similitudines que sunt proposito congruentes. ut ipsi a se ipsis iudicentur. et de gladio proprio feriantur. sicut Nathan David regem venit. et de causa pauperis contra divitem iudicium querebat. ut sententiam prius diceret et postmodum reatum suum cognosceret. et contradicere non posset. cum ipse iudicium dictasset. Considerabat enim peccatorem. et tamen regem. unde audacem reum per confessionem ligavit. et postea penitentem (?) fecit. Sic vulnus tumidum ungitur. et postmodum subito pungitur. Unde Gregorius de Nathan. ad egrum medicus venerat. secandum vulnus videbat. sed de patientia egri dubitabat. Abscondit igitur ferrum medicinale sub veste quod egroto subito fixit in vulnere. ut se acutum gladium sentiret. Eger antequam cerneret. ne si ante cerneret sentire recusaret. ¶ Servis dicendum est ut humilitatem sue condicionis respiciant. et dominos non despiciant. ne deum offendant. si ordinationi eius contradicant. Iuxta illud Cum sub iugo servi sunt dominos suos

omni honore arbitrentur. ¶ Econtrario dominis dicendum est ut se equales servis cognoscant condicione nature. primitus institute. et quod habent unum dominum super se quem (?). et quod in omnibus fidei et caritatis et sacramentorum debent vivere in se. ¶ Similiter mundus inclinavit (?). similiter (?) [illegible] Tristes admonendi sunt de eterno gaudio ne desperent quam ex complexione dispositionem ad tristitiam habent. ¶ Econtrario letis predicandum est de supplicio et reprimenda presumptio. Habent enim liquorem (?) ex propinquo (?)

De admonitionibus respicientibus intellectum

Sunt etiam admonitiones respicientes intellectum. ut sunt Ruditas simplicitas. perversitas. nimia humilitas. ¶ Rudes et hebetes admonendi sunt ut ea que nesciunt. et scire tenentur scire appetant. et ad viam sapientium tendant. et exempla non argumenta illis proponenda sunt. ut se consultant (?). ¶ Econtrario vero monendi sunt sapientes ne superbiant. sed sapientes stulti fiant. et stultitiam sapientium deferant (?) Istis proponenda sunt argumenta rationis sicut exempla aliis. ¶ Simplices admonendi sunt ut nunquam falsitatem proferant. sed aliqua vera taceant. unde dominus. Multa habeo vobis dicere non potestis illa portare modo. Sit cum simplicitate prudentia. ut et sint sapientes in bono. simplices autem in malo. ut simplicitatis columbina acuatur prudentia serpentina. ¶ Econtrario admonendi sunt duplices. ut admoveant (?) iniquorum cavillationes. et occultas (?) detestationes. quia quicquid pretendunt velamina ut excusent apta peccata operit eos labor labiorum. et sicut ericius se totos involvunt. Cum enim corpus ericius caput et pedes et corpus videntur. sed cum apprehensus fuerit se in speram colligit. pedes intra subtrahit

diuites

serui

domini

tristes

leti

rudes

sapientes

simplices

duplices

capud abscondit. et intra manum
tenentis totum amittitur. quod ante totum
simul videbatur. Sic in quibusdam videtur
origo peccati et nequicia operis. sed ita
se abscondit defensionibus suis. ut
totum remaneat peccatum involutum in con
scienciis. et illudant hominibus ex he
guersatione sive defensionis. Sic
scribitur ibi. sicut foveam erinacius.
Tales duplices tanto gloriantur se pru
denciores. quanto sunt astuciores. De
quibus Zoph. Dies domini super omnes ci
vitates munitas. et s. o. Angulum
excelsum. Muniti sunt. quia correccio
nis iacula non recipiunt. et se dupli
citate defendunt. anguli excelsi sunt
quia sicut angulus duos in se re
plicat parietes. Ita simplicitatem ve
ritatis pervertunt per suas duplicitates per
versi. qui verba scripturarum recte
non intelligunt. Alii autem qui recte
intelligunt. sed non humiliter lo
quuntur. Tam non recte intelligunt
amodo sunt. ne vinum conlicant
super vulnera. et medicinam in plaga
et lucernam in tenebris. Qui ex super
bia inflati volunt se videri sapientes
ut veritatem tollant. et inducant su
as opiniones et novitates. De
quibus propheta. Secuerunt pregnantes
Galaad ad dilatandum terminum suum.
et quia mentes fidelium testimonio ve
ritatis prohibentur. qui deviante ad a
sceperunt per suam predicationem primitus
et sic se in omne extendunt. Ideo de
tollenda inani gloria moneantur. quia
si abscidatur radix elacionis arefi
ent rami prave assertionis. E con
trario. qui quod recte intelligunt humiliter
non loquuntur. amodo sunt ut prius
quales sint contemplentur. Imperitus
est medicus qui mederi aliis appetit
et vulnus habet quod nescit. Unde amodo

sunt. ut prius apponant super medicinam
et eorum concordent verba et facta. et si
que profuit esse non habent quam de
alienis. et non de propriis tumentur. Prov.
ubi v. Bibe aquam de cisterna. hoc
est ad cor suum redeat. ut prius ipse
bibat. et tunc predicando aliis fundat.
Unde sequitur. Deriventur fontes tui fo
ras. hoc est post infusionem tuam aquas
effundas. E contrario similes sunt qui
predicare sciunt. et prerogativa humilitate
nolunt. qui terrendi sunt per illud. Quia ver
bum predicationis dum panibus subtrahunt
animabus morientibus vite remedium
abscondunt. fames ipsos atterit. et
ipsi tempore necessitatis frumentum abscon
dunt. Unde in Prov. Qui abscondit fru
menta maledicetur in populis. Greg. Talis quis
quia maledicitur quia in solius culpa silen
cii perversorum quos corrigere potuit pe
na dampnatur. Maledicti sunt quia pro
hibent gladium suum a sanguine. quia cum
sint medici et cognoscunt vulnera me
cum secrete vulnerum negligunt eos cura
re. talentum avariciam. qui erogare no
luit cum suma dampnacionis amisit. Unde
clamat Ysaias. Ve michi quia tacui. Et
David. Iusticiam tuam non abscondi in cor
de meo. t. et sa. tibi dixi. Et. exo. 22.
Ponat vir gladium super femur suum. ut
carnis delectaciones in se reficiat. et tunc
proferat predicationis verbum. Et sequitur
Ite et redite de porta usque ad portam
per medium castrorum. hoc est de iure ad
viam. per quam mors ingreditur ad animam
sine timore sine favore manifestando
scrutentur sine acceptione personarum. E
contrario. qui nec predicare sciunt. nec
etatem habent. et tamen volunt. amonendi
sunt ne perdant propter quod acquirere
possunt competenti tempore. Nam si avicu
le antequam alas habeant volare appe
tunt. inde deorsum corruunt. Unde

sursum ascendere potuit. Corruit edi-
ficium, si nec diu siccatis parietibus impo-
natur pondus tignorum. Non vivunt pu-
erpia · que eiciuntur exactis mensibus in forma
Sedent discipuli in civitate quousque in-
duantur virtute. De hoc supra require

de ammonicionibus respicientibus affectum

Sunt etiam ammoniciones respicientes
affectum. Et est duplex. vel secundum pec-
cati progressum. vel secundum decias peccatorum
Secundum peccati progressum quantum ad cogitacionem
locucionem accionem, consuetudinem obduracionem
Sicut enim dicit xxv moralium. Contingit ut
non procedat in opere motus mentis. et
tamen iam perfecta culpa est ex reatu cogita-
peccatum cogitacionis — cionis. Unde qui peccata cogitacionis de-
flent ammonendi sunt utrum delectacione tan-
tum an etiam pervenerit consensum considerent
Et delectacione considerent utrum fuerit subitanea
vel deliberata. et de consensu utrum fuerit
in accione perficiendum, si facultas sup-
peteret. vel tantum circa delectacionem intrinsecam
Nam ut dicit Gregorius in pastorali lib. c°
Peccatum tribus modis perpetratur. Suggesti-
one delectacione consensu. Hostis prava
suggerit. Caro se delectacioni subigit
Spiritus victus delectacioni consentit. Primum
in serpente secundum in Eva tertium in Adam
Consensus — peccatum fuit. Consensus autem in opus incidere
apud deum non videtur culpa cogitacionis
sed operis incidere. Quia ut dicit Gregorius
Et si tactu tardat, sed foris peccatum distu-
lit. intus hoc consensionis opere iam im-
plevit. tamen in hoc casu non sunt terrendi
homines ne frangantur. quia deus eo citius
peccata cordis abluit. quo hec exire ad
opera non permittit. excogitata nequicia
citius solvitur. quia effectu operis districtius
non ligatur. Tamen sollicite considerandum
est quo intus peccatum perpetratum est. ut secundum
mensuram culpe sequatur mensura lamen-
tacionis et penitencie. Econtrario qui sup-
operis — addiderunt opus exterius secundum debitum

perpetrati operis solvant in opere satisfac-
cionis. c. ps. Potum dabit nobis in lacri-
mis in mensura. Amodi sunt inquantum ut
ante oculos peccata reducant. et sic vivi-
do agunt ut coram deo videri non de-
beant. et singula queque commissa con-
siderent. ut successive de singulis
doleant. Secundum illud Divisiones aqu-
arum deduxit oculus meus. quia singu-
la peccata singulis lacrimis diluimus quia
simul videre non possumus. Considerandi
de sunt in spe venie. quia enim nos iudi-
ces peccatorum nostrorum constituit. tam signum
est quod dominus per se ipsum nos punire non
appetit. Unde paulus. Si nos diiu-
dicaremus non utique iudicaremur. id est
in confessione preveniamus faciem eius.
fiducia nimia — Sed cavendum est ne sic fiducia habeatur
ut presumpcione torpeatur. Sicut Genesis
xxxiv°. Egressa est dina ut videret
mulieres regionis illius. quia mens
sua negligens. et aliena nimium cu-
rans extra se vagatur. que oppri-
mitur dum capta corrumpitur. et reti-
nendo eam in culpa ipsi agglutinatur
tristem quasi blandiens delinivit. quia
dyabolus tristiciam salutarem et plenam
securitatem suggerit. ut qui nec gau-
det in delictis. tunc plenius obruatur
suppliciis. Quo enim aliorum fructu g-
uiora, in nichil esse quod perpetravit est
modo misericordiam dei promittit. in temporibus
subsequentibus ad penitendum permittit.
Locuciones — Admonendi sunt etiam qui in multi-
loquio peccant. Mens enim defluit
sicut aqua illud repetit unde descen-
dit. unde sursum est colligit. Quot
ergo verba superflua loquitur. quasi tot rivos
extra se ducit. et in se dispergit. Et
quia murum silencii non habet civitas
inimici iaculis patet. quia dyabolus sine
labore superat. quia contra se ipsam ipsa
per multiloquium pugnat. et decens

ad nota verba delibeniat ut prius aliena loqui libeant postmodum detractionibus mordeant. Deinde ad apertas contumelias linguam erumpant. inde sequitur rixe et furores odiorum. quia qui dimittit aquam fluxu lingue non refrenans caput est iurgiorum. Punientur igitur verba ociosa de quibus in die iudicii est ratio reddenda. Est autem verbum ociosum quod caret communis iuste necessitatis aut intentione pie utilitatis. Secus nimie taciti caveant ne cogitationes in mente ferveant. quibus amplius silencium servant. que tanto latius quandoque fluunt quanto feruiores videntur quia foris reprehendi non possunt. et inde superbiunt. quia frangentes silencium quasi infirmos despiciunt. plus timeant ex cogitationibus dei iudicium quam ex sermonibus reprehensionem proximorum ut videant non solum quales debent se foris ostendere sed quales intus exhibere. ut omni custodia custodiant cor suum. quo nichil est fugacius quod totiens fugit quotiens per pravas cogitationes defluit. unde psalmista. Cor meum dereliquit me. Sed revertatur cum cogitatio restringitur. Regum 7. Invenit servus tuus cor suum ut oraret te. Et sicut vulnera clausa plus cruciant. quia putredo que fervet intus quasi eicitur dolor ad salutem aperitur. Ita tales si quid sustinent aspiciunt tanto acrius crucientur quanto minus loquuntur. vocis etiam medicamine vulneratur (?) salutis occurrunt. dum ab eo qui infert actio sua compescitur. et ab eo cui infertur doloris fervor aperto vulnere tempatur. Qui enim mala proximorum vident et tacent vulneri medicamine subtrahunt quod curare debuerunt. unde non est

Nimium taciti

Qui modica spernunt peccata non cavent

lingua insolubiliter obliganda sed discrete servanda. nec petit propheta ori suo ponere parietem. sed hostium circumstancie labiis quod aperitur et clauditur quando loquimur et tacemus temporibus opportunis. Sapiens enim usque ad tempus tacebit. quia est tempus loquendi et tempus tacendi. Aliquando etiam fit. qui minima perpetrant et qui graviora. et qui bona non inchoant et qui non continuant inchoata. Qui enim minima perpetrant sepe timeant ex minimo. et si non timeant respondere. gutte replent flumina. scintille creant incendia. Et hoc agit sentina latenter crescens. quod procella patenter seviens. Peccatum autem in sermone devicto lingue. Quod milies levius quis pena levius. tamen si multiplicentur ut peccatum innumerabilis multitudo congeritur. necesse est ut portaturi velud sub grandi lapide pressi suffugantur. exhaurimus saxis tenuis et tamen gutta distillat. Sed si vas per esse spacio longiore permittitur. ita plenum ac si profluens unda discurrit inveniretur. pure sed immune cinifes superbi pharaonis egipcii super omne virtutem. Breve tempus est hora. sed dum hora hore contra successionem iungitur. totius vite nec cursus impletur. minuta sunt que erumpunt membris per scabiem vulnera. sed et multitudo fiat et grande vulnus necat. Et qui modica spernit paulatim decidit. Considerent etiam tales quia minor culpa dum quasi non creditur eo peius quo et securius in usu tenetur. Qui vero securius se custodiunt et magis peccata fecerunt caveant ne elacio in oculis misericordie fiat eis via ad foveam gravioris culpe. quia qui elati minimi boni custodiam suis viribus tribuunt inter derelicto culpis maioribus ob

Qui bona non inchoant

cruciatur · et cadendo discit non fuis-
se proprium quod steterunt · ut mala in mente
que reprimant · quod minima bona exal-
tant / Qui vero bona non inchoant
indigent ut ostendatur eis quam vana
sunt illa · que diligunt · Et tunc omnia
quam utilia sunt post mittunt · nam
elevare se non querit qui nescit quia
cecidit · et qui dolorem vulneris non
sentit salutem non querit · tunc dis-
cant vera bona querere · quando comperit
se falsa inaniter tenuisse · Ostendatur
eis quod modicum est delectacio temporalia
sed eternum supplicium · quod modo libet in
vitiis cito subtrahetur · et quod dolet
postea in supplicio perpetuabitur · Unde Je.
Prius precipitur evellere et destruere
deinde edificare et plantare · Sicut
eciam lignum scandimus ut in edificiorum
culmine ipsum ponamus · sed tamen non
repente in fabrica ponitur · nisi prius
eius viciosa viriditas exsiccetur · et
quanto magis exsiccatur eo altius in e-
dificio levatur /

Qui bona inchoata non continuant

Qui vero inchoata
bona non continuant considerent · quia
si quod gerendum fuerat non crescit · etiam
quod fuerat bene gestum decrescit ·
mens enim nostra est · sicut navis magna
que in uno loco stare non permittitur
· sed ad yma relabitur nisi ad summa
conetur · Qui autem mollis et dissolu-
tus est in opere suo · frater est sua opera
dissipantis · Quia qui bona cepta
non perficit destruit / Melius fuisset
eis et tolerabilius viam veritatis non
accipere quam post acceptam retro conu-
respicere · hoc est in opere deficere et re-
probos eorum exemplo ore / Calidus
enim est qui inchoat et consummat ·
tepidus vero qui inchoat et non con-
summat · frigidus qui nec inchoat
nec consummat /

Obdurati

Amodo etiam sunt obdu-
rati / Quidam autem obdurati dure cado

Pertinaces

quod non vertitur culpa propter earum
pertinaciam · quidam vero quia non ce-
dunt propter penam illatam / Obdu-
ratis ergo pertinacia contraria est · quod
plus debent quam debeant senciunt ·
et alienis consiliis non acquiescunt
nisi enim se meliores ceteris estima-
rent · ceterorum consilia · sue deliberacioni
non preponerent · et quia pertinacia na-
scitur ex superbia · monendi sunt ut ela-
cionem suam cognoscant et eam
vincere studeant · nedum aliorum ver-
bis suasionibus foris despiciunt te-
neantur a superbia intus captivi · Con-
siderent quod dei filius ut exemplum
prebet nobis fugiende voluntatis sed venit
non propriam voluntatem facere · sed eius
qui misit eum patris / Econtrario dicendum
est inconstantibus quod se negligunt
et levitate cogitacionis a suo in-
dicio deficiunt · In hoc quod sunt atte-
derent non circumferuntur omni vento
doctrine · nec eos incerte mutabilitatis
levitas mobilis aura versaret · In-
constancia vero ex levitate generatur · unde
mentes talium necesse est · ut gravitate
roborentur · et prius cordis levitas ·
a corde tollatur · Quia tunc fabrica
tunc prosperatur ut locus solidus que-
ritur in quo fundamentum ponatur · Unde
qui prius mentis levitas cavetur
cogitacionum inconstancia non vincitur

Obdurati

/ Obdurati etiam moneantur qui per
flagella non corriguntur · et tanto fi-
unt eis acriores in correctiones · quanto
fiunt insensibiliores · Inducantur ex se-
veritate diei iusticie ad timorem · Re-
ducantur ex consideracione divine
ad spem · Unde in persona flagellancium con-
queritur dominus dicens · Curavimus Ba-
bilonem et non est sanata · curatur
Babilon et non sanatur · quia mens
in confusione criminis exstans · ut verbis

correctionis. nec flagellis corporis
redditur ad statum salutis. Unde
propheta. Versa est michi domus israel in
scoriam. Omnes isti qui stannum fer-
rum et plumbum in medio fornacis. In
ere quod percussum clamat plus ceteris
metallis redditur murmuracio. In stan-
no quod argentum videtur simulacio. In fer-
ro quod proximos impetit aperta
malicia. In plumbo quod excellit pon-
dere. eterna concupiscencia. Omnia inter
tribulacione posita notamus murmuracio
simulacio. nec abicimus nocendi ma-
liciam. nec terrenam concupiscenciam. Et ideo
multo labore sudatum est. et non ex-
ivit ex ea nimia rubigo eius. neque
per ignem. quia ignis tribulacionis non
purgat inicum rubiginis. Cuius-
modi tamen ita per flagella non corripiuntur
dulciter mulceantur quia sepe corri-
guntur per dulcia qui non corriguntur per
aspera. Et ad salutem pristinam
aqua tepida revocavit. quos forcior
pocio curare non potuit. et
tumores et vulnera que non sunt tan-
ta incisione curata sunt olei appo-
sitione. Et durus adamas incisi-
onem ferri non recipit. qui levi
timentes supplicia — hircorum sanguine mollescit. Ter-
tium sunt qui corrigunt a culpa
quia timent supplicia. Deliberandum
est ne magni ponderis reputent bo-
na temporalia. cum mali eciam habent
ea. nec timeant mala presentis pene
cum videant bonos hinc sustinere
sed timeant penam eternam non
timore servili. sed timore qui est
cum incremento caritatis crescit. Nam timor
est de quo legitur. perfecta caritas foras mittit
timorem. Et iste est de quo apostolus. Non
accepistis spiritum servitutis iterum in timo-
re. sed spiritum adopcionis filiorum etc.
Primus enim si pena non metueret
culpa perpetraret. nesciat mens qua
libertatis. quia ligat servitus timoris.
Qui enim ideo bona facit. quia timet
penam. vellet eam non esse. ut au-
dacter committeret culpam. Unde ipse sibi
testis est. quia coram deo perdidit in-
nocenciam. De amonicionibus respi-
cientibus diversas species mortalium
Sunt etiam amonitiones peccatorum. VII.
tiones respicientes diversas species
mortalium peccatorum septem. Gulo-
gulosi — sis dicendum est quod caveant. ne ex gula
ad luxuriam corruant. Cum mentis
levitas. quietam oris loquacitas. gu-
lam sequentes aspiciant. Immoderatam
loquacitatem oris ostendit ceciatus di-
ves. qui lingue specialiter petebat re-
frigerium. quia loquacitas semita fu-
erat gule potum. Levitatem operis
que sequitur gulam attende. Sedit
populus manducare et bibere. et sur-
rexerunt ludere. Luxuriam que sequitur
gulam Audi princeps cocorum destru-
xit iherusalem muros. quia dum venter inglu-
vie tenditur. virtutes anime per luxu-
riam destruuntur. et dum saciate ven-
ter extenditur aculei libidinis excitantur.
abstinentes — Econtrario dicendum est abstinentibus quod
abstinenciam sepe comitatur. aut super-
bia aut impaciencia. Unde per cominstante inab-
stinencia paciam. Sepe vero superbia.
Unde apostolus. Qui non manducat man-
ducantem non iudicet. Et phariseus Luc.
xviii. Intumescebat ex abstinencia
dicens Ieiuno bis in septimana.
Unde amonendi sunt de paciencia. Nulla
enim virtus est si caro per abstinenciam
vincitur. et spiritus cotidie per impacienciam
vincatur. Alii vero vanam gloriam querunt abs-
tinenciam eo quod in abstinencia superat
impacienciam et palet homini perurgens vi-
cium. Ideo videat abstinens quod hanc
virtutem custodiat sine remissione

sine elatione . ne credat apud deum hec
esse magni meriti . ne a superbia valeat
dissipari . hec enim virtus non per se sed
cum aliis collaudatur . Ysa . Numquid ta-
le est ieiunium quod elegi . sed frange esu-
rienti panem et cetera . Subtrahant enim
ventri quod conferant pauperi . alioquin non
ieiunant deo . sed sibi . dicente domino Num-
quid ieiunium ieiunastis michi . et cum
comedistis . et ibi . Numquid non vobis co-
Luxuriosi — et vobismet bibistis . Luxuriosis vero
dicendum est ut timeant mare saltem post
naufragium . ut bona nature que non
servaverunt integra . saltem reservent
fracta . Cum multi se custodientes
multos secum ducunt ad regnum . hii vero
neque neque post dampna resipiscen-
tes multos secum suo ducunt ad infernum
Considerent quanta pietate deus eos primum
peccatis expectat . qui non cessat vocare
post culpam . Unde legitur . Erunt oculi
tui videntes preceptorem tuum . et au-
res audient verbum post tergum mo-
nentis . Vidit Adam dominum loquentem
sibi . vertit domino tergum recedendo ab
eius mandatis per contemptum . Sed deus
ad revocandum hominem legem dedit
angelos exhortantes misit . in car-
ne apparuit . ergo post tergum stans nos
admonuit . quod etiam cuilibet anime
peccatrici facit . cum post culpam ad se
redire persuadet . Aliquos revocat . con-
temptus non respicit . revertenti gremium
Casti — pandit . Econtrario dicendum est castis ut
quanto stant altius timeant magis casum
quia quanto stant in loco eminentiore
magis impetitur ab hoste . qui ca-
dentem erigitur qui despicit . et ma-
xime dolet quod ab integritate carnis
fragilis superatur . Considerent primum
virginum que dare sit canticum novum
Apoc. xiiii . Cum gloriam agni canticum can-
tare est cum eo in perpetuum perfectis

fidelibus decantans incorruptione
gaudere . quod alii ceteri audire possunt
dicere nequeunt . quia perseveritatem in illo-
rum celsitudine locati sunt . quatenus ad eo-
rum premia non assurgant . Et preter
eminentia status non se extollant
super coniuges . quia quos precellunt
eos per bonas actiones . Secundum illud
Ysa . Erubesce Sydon ait mare .
Sepe enim virgines cum minus afficiunt
in se quod defleant confidentes de
innocentia remittuntur . Ex copula-
tis experti quanto in se vident
amplius quod defleant amoris incen-
dio inflammantur . et fit deo gratior
vita post culpam amore ardens
quam innocentia securitate torpens
Et plus terram diligimus que post
spinas exarata fructus uberes
producit . quam que nullas spinas ha-
buit sed tamen exculta sterilem se-
getem gignit . Inter arma enim iusti
iudicis mutat multa ordinem qua-
litatis actionum . Naturale enim car-
bunculus prefertur iacincto . tamen
iacinctus ceruleus prefertur palli-
do carbunculo . Sic multi in deteriori
statu sunt meliores et in meliori
Auari — sunt deteriores . Avaris etiam dicendum
est illud Matth. xxv . Quod in ignem eter-
num mittentur . qui non fecerunt opera misericordie
Et si tanta pena puniuntur qui sua
indiscrete tenuerunt quanta punientur
qui aliena rapiunt . Cum augere
opes ambit peccatum negligit . et mo-
re avium captivus . cum escas terrena-
rum rerum avidus conspicit .
laqueum peccati quo stringitur non
agnoscit . et pro presentia lucra futura
dampna non attendit . Non atten-
dens quod hereditas ad quam festi-
natur in principio in novissimo benedic-
tionem carebit . Quia qui per

auariciam hic sua multiplicant · fortis
tera priori eternu expectat Sed quid
prodest homini · si totu mundu lucre
tur anime uo sue detri . pa . Spiritus enim
uita e transitoria . diu non statur
mea mors instat repentina . diui
tie relinquuntur et diuiciarum tima
· Misericord · desertur ¶ E contrario misericordibus
dandum e ne superbiant · quia sua ero
gant · ymo aliena dispensant · et
timeant ne commissa indigne distri
buant Et ut dicit gregorius · ne danda
quibus nulla · ne nullatenus quibus
quedam · ne multa quibus pauca · ne
pauca prebeant quibus impendere
multa debuit · ne precipitande hoc
quod tribuunt inutiliter spargunt
· ne tarditate petentes noxie cru
cient ne recipiende hic gratie inten
cio subrepat · ne dationis lumen
laudis transitorie appeticio extin
guat · ne oblatum munus quieta tri
sticia obsideat · ¶ Ne ubi oblato
munere plus quam oportet hylarescunt
· ne cum quicquid cum totum im
pleuerint tribuant · et simul omnia
plus quam pegerint perdant ¶
· Diuites · Caueant etiam diuites · cum fame
cruciantur pauperes mutuum hystri
ones · ideo enim opus mie cadunt
obliquitates ¶ Non enim peccatori dan
dum e quia peccator · sed quia homo ut
nec eius prosequeris culpam dili
gens naturam · Caueant etiam ne sic pec
cata elemosinis se redimere credant
si tamen a peccatis non resipiscant · Anima
enim plus e quam esca · et corpus
plus quam uestimentum · Et ideo qui
animam uel corporis iniquitate pollu
unt licet qualia pauperibus largiantur
et quod minus e iusticie obtulit · et
· quod non alie appetunt · nec sua distribuunt · quod magis est culpe commisit ¶ Sunt
tamen qui nec aliena appetunt · nec sua

distribuunt · qui frustra se innocen
tes putant · quia bona que detrimen
tum deus pro omnibus fecit nasci · quod
priuata sibi usurpant · unde tot pene
quotidie perimit · quot morientium
pauperum apud se subsidia abscon
dunt ¶ Iusticie enim e indigenti mini
strare quia reddimus ei quod e suum
nec tamen fit hoc secundum misericordiam · quam
secundum iusticiam et debitum · quia dispersit
dedit pauperibus iusticia eius manet
in seculum seculi · Alioquin tales sunt sicut
ficulnea maledicta que non fructificat
sed etiam occupat · et quod prodesse
multis potuit inutiliter fuit · Securis
enim ad radicem arboris posita est ut ar
bor que fructum non facit excidatur · Ar
bor arida in ignem mittitur · quia pieta
tis uiriditatem a radice non tenens
exsiccatur · ¶ Non ergo dicant homini
concessis utimur · aliena non querimus
· et si opera misericordie non facimus · tamen peruersa
declinamus · Sed ecce quod in uineam
fecerunt · quia domini uel nostras hostias
misericordie reddunt · nec deo sacrificatum · nec pre
cium redempcionis anime sue offerunt
· nec diues epulo aliena rapuisse legitur
· quod tribuunt sua et rapiunt aliena · sed propria infructuose abutebatur
¶ Sunt tamen qui tribuunt sua et rapi
unt aliena · quibus de largitate auaricia
nascitur · et peccatorum seges quam exercitute
seminat · quia rapiunt quod erogent · qui
prius debent conari conseruare sua ·
et deinde non ambire aliena · Succi
datur radix culpe ut sciant ius pos
sidendi bene disponere · et tunc sicarbescit
spina auaricie · Et si enim debeamus
propter misericordiam facere · non tamen prima
facienda peccare · quod tamen non habet
misericordie dulcedinem · sed pestifere radi
cis amaritudinem · quia qui offert sacri
ficium ex substancia pauperis · quasi qui uic
timat filium in conspectu patris · Tales

quieta turbant pensant. et qui incede-
rimant sed quieta turpiunt considerare dis-
simulant. et culpas non considerant. et
in sacculum pertusum merces mittunt quas
Iracundi — congregant. Iracundis medendum
est secundum suas dotes sive sit pacificorum
iracundie sustinentes sive impatientes
sive discordes sive iurgia seminantes.
Iracundi etenim non sustinentes quos furore agitati mansueti
inprecepis ignorant. quod irati faciunt
et cum aliis presunt impellente eos ira
in mentis vesaniam. subditorum tranquil-
litatem confundunt. et iram suam
reputantes zelum iusticie. quia recti-
tudinis fallitur zelo. et peccant auda-
cius quo peccatum tegitur sub virtutis pal-
lio. et ab eis creditur furor quod est vere
furor. Istis dicendum est. ut si habent emulacionem
adiungant mansuetudinem. Qui receperunt spi-
ritum sanctum in igne recipiant in columba.
Immo spiritu sancto plenus non est. qui in
mansuetudinis fervore emulacionis. aut in
emulacionis ardore. perdit virtutem man-
suetudinis. Dicatur autem ira ab impacientia.
quod impacientes ab aliis illata tolle-
rant. et iracundi qui tollerant alios
non dissimulant. Unde declinandi sunt
irate commocionis. Sunt enim velut ebrii
furore. nec attendunt salutari doctrine.
sed cum ad se redeunt. quanto se vident
tranquillius tolleratos. tanto liben-
cius exhortacionem recipiunt. Unde Abi-
gail non arguit Nabal ebrium. sed di-
gesto vino sobrium. Cum tamen irati ne-
queunt declinari quod alios nimis im-
petunt caute sunt feriendi. Sic Abner
Azael insequentem et declinare nolentem
aversa hasta percussit in inguine et occi-
dit. Iracundum enim profuroris precipitacionem
incedentem tollerare. et tamen eum iaculo
liberum non mittere. hoc est precipitem
nolle ferire. Sed Abner iram desistere
nolentem subsistit aversa hasta. non tamen

neque gladio transfodiunt. et quod
tranquillitatis est. talibus ostenden-
dum est. ut liberum impetum velut gladio
arripiendi. sed cum tranquillitate subtili
quasi parcendo sit pungendi. sed Aza-
el iam percussus moritur. et dum assu-
rexit sui impetu. sublevatum percussione
resilivit. quasi sine ferro moritur.
mansueti — E contrario curandi sunt nimis mansueti
ne proximam resolucionem emolliant
districcionis rigorem ostendant eos re-
cepisse spiritum sanctum in columba et igne.
Sic enim Paulus ammonet de mansue-
tudine Thymoteum. quod de districcione
Tytum. quia Tytus est spiritus mansue-
tioris. Sic Thymoteus ferventioris.
Unum adhibebat stimulum. alteri frenum.
Agricola quippe susceptam curam colo-
nis alios palmites. ut crescere de-
beant rigat. Alios cum plus iuste ere-
scere conspicit. recidit. ne aut non
crescendo fructum non ferant. aut
immoderate crescendo. quod proruperint
amittant. Sunt eciam impacien-
tes quibus dicendum est. ut spiritum frenent
quia dum motibus impulsi precipitantur
quedam quasi alienati faciunt. quod pos-
tea vix recognoscunt. improviso
impetu destruunt. quicquid diu bene
fecerunt. Et quia doctrina viri per pa-
cienciam noscitur. et caritas paciens
esse debet. nec caritatem habet. nec doctus est
etiam vir impaciens comprobatur. Sed
per impacienciam usque ad superbiam efferri
natur. quia dum sustinere despectionem
non potest. detegendo se in ostentacione
glatiatur. Post Malachiel dicta fossa ostensa
est. Ezechielis. Ut inter fruentur suppo-
sita holocausta. quia mens elacionis
pacienciam custodit. nec mota vento
impaciencie perdit bona que fecit. Me-
lior est enim paciens viro forti.
et per pacienciam sit animam possidere.

Paciens eni supat aim. et s' sub-
ut seipm. Et econtio ipmpacieam
tem perdunt et amittunt possidē
q' sumt. et ipmpacia agitati i
bellum ut foras totus spūs pforu'

pacientes

Econtio dm ē. pacientibz ne do-
leant intus si peccatm habēt ex-
tius. ne unde appent innocentes
mūdo ul proximo. cū iudicentur
a deo. Et sic detior culpa qnto est
sub ūtutis spē palliata. diligant
exercitate q' tollant ēnitate. vn
Diligite inimicos vr̄os et c̄. ptus
ē coram hoīb; inimicos tollare
sed virtus coraz deo est eos dilige
Ds' aūt hoc solum sacrificiū acci-
pit. qd' an eius oculos i altari boi
opis flāma caritatis incendit. vn
arguit dns ypocritas. qui habēt
trabem ioculis ppi's. et vident
festucam in oculis alienis. pus eni
debent excutere a seipsis molem
malitie. et tuc eos arguere dein
patie lenitate. Sz quiz pacientes
tollāt mala. ul cū impia au-
diuntur ul cū timore erogant. Sz
paulo post cū illata s' admeōriaz
reducūt paulati succensi dolent.
et maiores ondunt. et argūta
ulciois inquirūt. Et eni vicerit
ipam vincūt ab eod pymod. vi-
cerūt sustinēdo. vincūt retogi-
tando et seipos inflāmando. vi-
cerūt in tranc publico. vincūt
eius insydijs i occulto. qui tanto
maiore tales ptubat. ut mens
eorū desilens de pacia erubescat
nō reddisse. nō reddisse gtumeli-
as dolent. et detiora reddere. si
pcebat' occio querat. Assimila'

Sciam discordes

eni eis q' curant a languore. sed
moriūt levi febricula supveni-
ente. et tanto magis exultat dyn'
qnto magis dolebat qd' pus fuit
supatus. Sunt etiam aliqui huiusmodi q' suave
unitatem spūs invincib' spacii sit
et sollicit ut pxīs uniant'. per
concordiaz ut coronaz ptingant
glam. Concordet cū eis qs vita p
tollunt sua dissendat. quia sine
concordia quicqz faciūt perdunt. Si
eni glantes quia sc eciis abstine-
tiores. eos contemnūt. et ab eis se
diuidūt. laudant dm in tympano
ubi pelles sicce resonant pcusse
sed non laudant in choro ubi vo-
ces societate nō concordant. Si
precellunt sctā et se ab aliorū v-
nanite sepaunt cō'n eavdrū' hic
sal et pacem non hnt. Sz scdm g-
gorm. Sal sine pace non est ūtutis
donū; sed damnatois augmentū. Cte
eiusdem gnis aues uolando soci-
ant. simile animalia bruta pascūr
Et homo rōnal' saltem ethis ad
concordiam insorme'. Econtio qui
peccati sūt sic pacem puttem tene-
ant. ut ppetuam nō amittant. ed
sit qui arguunt pūsi. qd' pati metu-
unt tpali. q' timet foris iurgia
pcsecutur. Cōn dd' smarīn qui super
inimicos dm thabescebat pfecto
odio. odiens illos. et inimici fca
sut s' Diligebat qd' fcti sunt p
sequens et qd' increpans q' fecerūt
Pax eni tpalis vestigiū ē ethe
patis. Sz stultū est in pulure ve-
stigia impssa dilige. et illū aquo
impssa sūt nō amare. Id correptos
iuste dimitte nō dnt. q' tpalem
pacem s' turbari timent. quia tn
non turbat. sz videt turbare. ppt
laborū rueccom. Sūt etiā semina-
discordias aliqui. ne sequit' apostol-
siam dyn. qui pus ausus ados in-
tendit. et foris ptea iurgia semina-

Sicut scriptum est. Sic apostata omni tempore
iurgia seminat. Porro si filii dei voca
buntur beati pacifici, qui seminant discor
dias filii dyaboli sunt. et civitatis in
imici. et dum unam nequiciam perpetrant
ab humanis cordibus cunctas virtutes
simul eradicant. Cum caritate que mater
omnium virtutum est seminantes discordiam
necant. Econtra caveant pacifici
ne reprobis sint uniti. et ne pravos
admiscendo unitati mali, quia sicut mul
tum nos qui unitas dei est bonis. ita
multum nos si unitas non deest malis.
quia bonos tanto detrimentum deprimunt quan
to magis unanimiter mali iuncti sunt.
Unde paulus inter phariseos et sadu
ceos provocavit divisionem allegans
se phariseum et ponens incertum resur
rectionis cum deprecatoribus antique
de. Iob. Membra carnium eius co
herentia sibi. [Invidi] Invidis ostendenda est
eorum cecitas qui meliorum provectu premi
deteriores sunt. qui alieno profectu defi
ciunt. alieno gaudio contabescunt. Si
enim aliena bona que ipsi non habent. ipsi habe
re non possunt diligerent. diligendo sua face
rent. omnia que electi sunt habent. et
modicum laborantes. Nam uniunt
in caritate omnia mobilia et quia tendit
officia sibi mutuo familiaritas. Filii
dyaboli sunt invidi. qui celum perdidit
et homini creato invidet. Per invidiam
Caym meruit dampnationis sententiam. Hec
est putredo ossium. Sicut sanitas cor
dis vita carnium. quia sicut mores ino
centia. que foris infirma sunt. quemque
roborant. Ita per invidiam ante dei
oculos pereunt. que humanis ocul
fortia videntur. [Benivoli] Econtra homo est
benivolus. ut sic alienis bonis delec
tetur. quia eorum bona dicunt. dili
gendo laudent. imitando multiplicet.
Valde enim peccamus si aliorum bene gesta
non diligimus. Et parum a nichil minus
si que diligimus pro posse non imitamur.
Alioquin erimus sicut histrionum spec
tatores. quibus placent ludicra agen
tes. [Accidiosi] Accidiosis ostendendum est quod hi
vicio mentis excecant. contemplatio
nis dormiunt anima provectio. Ca
veant igitur egri ne sompni telo elisi
concadant. neque declaustro qui ex mul
ti subpretextu pii coloris abscendat
caveant ne bona agenda pro dila
tionem committant. ne si non agant
cum possunt. non valeant cum volu
erint. Pigredo enim immittit sopo
rem. et anima dissoluta esuriet
quia negligendo perdiunt bone ac
tionis utilitate. Et secundum voluptu
osi fames. Propter frigus piger arare
noluit. sed non dabitur ei quia in esta
te mendicabit. Volunt enim qui
nolunt bene agere quidam difficultates pro
ponere. quidam incaute formidare. Sed
qui modo in bono opere non exsudat
cum sol iudicii fervencior apparuit fru
stra regni aditum postulabit et non
accipiens. quia in estate mendicabit.
[Precipitantes] Econtra qui sunt precipitantes quia
bonorum actum preveniunt. intuitu proviso
quid qui agant non inspiciunt. et perpetrato
actu. quia sic agi debuit non agno
scunt. quorum gressus palpebre non
precedunt. quia bonum operis consilia
recta non preveniunt. gressus tendunt
oculos claudunt. iter conficiunt non
multa providunt. cito corruunt. quia
ubi debeant pedem operis figere per
palpebras consilii non advertunt.
[Superbi] Superbus homo est qui in nichil est ela
tione delectatur. neque enim initium superbia sit
omnis vicii. octo principalibus vitiis
facta est superbia dyaboli et augmentum
inde vicesimum predicis inventum est in humilitate
Christi. Cum ergo se per humilitatem deiciunt

eorum filii eius descendit. Qui vero per
superbiam se erigunt in imitacionem diaboli
cadunt. confitenda sunt etiam laudi
quedam, semper ut superbi corripi
antur. Dum quedam. que sunt in eis
bona aut possent in esse laudantur.
Sicut equi indomiti prius tanguntur
manu blanda. et post subiciuntur per
flagella. nec datur potio amara
nisi melle circumlita. Sic superbi dum
recipiunt favores quos diligunt.
correctiones recipiunt quas odiunt
et tunc maxime si locum tunc undique
ad ipsum cessuram aliis ad profectum.
Sic moyses alliciebat ietro quam
populo dei proficuum. ut eos duceret
per desertum. Certum est enim quod
ille qui regebatur divino consilio
et eius fovebatur presidio. non
indigebat auxilio alieno. tytulus

Sextus tytulus huius sexte sextus
parte partis de dilatatione materie
facultate. quot sit in .iiii.or modis.
Et primo de modo diffiniendo ubi dif
finitur secundum .iiii.or causas. De modo
divisivo ubi non .iiii.or. Divisi
onis. vicium. Artificium. Originale.
principium. modum theoreticum proprium.
De modo collectivo secundum .iiii.or
species principum ratiocinationis. silogis
ticum. inductivum. exemplarum. En
thimematicum. Et circa silogisticum
docetur quod sylo et thimdat. De modo
mero expositivo. Cum sit .iiii.or
modis. et desuper divisionibus eius

Sequitur sextus tractatus et est

Sequitur sextus tractatus
et ultimus tytulus
huius partis sexte
de dilatatione materie
facultate. Fit autem
hec dilatatio secundum
.iiii.or modos diffinitivum. di
visivum. collativum. expositivum. Modus

diffinitivus est cum posito nomine noti
ficamus id quod tene. sive hoc fiat diffini
tive per essentialia. sive qualitativae de
scriptione per accidentalia. Unde si dixeris
Beatus homo quem tu erudieris domine. dif
finis hominem vel rationale mortale. et ani
mal quod tu brutis. excepto quodammodo
cum angelis et nobilitate utrique sub
iectus est. et inferior passione fra
gilitatis. Nascitur homo inermis
cum animalia cetera ad repellendos impe
tus armata sint quibusdam naturalibus telis. cor
nibus dentibus plumis ungulis.
Sed homo natus debiliore dicitur viliore
et fragili pluribus subiacens miseriis.
Sed deus hominem quem etiam animal
et mortale fingebat. non in corpore sed
munimentum posuit in mente. que no
luit et ingenio armari. et bene vo
luit. habes diffinitionem per essentialia vi
de et descriptionem aut qualitativam no
tificacionem per accidentalia. Ut si dixeris
homo est animal stans erectum latis
unguibus, naturale risibile animal. Sig
dem in eo signum est et indicium humili
rectitudo status dignitatis. Unguium
latitudo fortitudinis et veritatis. Cum un
gues divinitus dati sint in corporibus ad
adiutorium et ornatum. risibilitas natura
lis est indicium pietatis. Sic etiam si
dixeris Iustus ut palma florebit de
scribens iustum eum qui reddit unicuique
quod suum est et proximo quod suum est. Deo red
dit obedientiam in preceptis reverenti
am et in sacris gloriam in flagellis
pro ipso supportacionem in fragilitate.
subvencionem in necessitate. eruditionem in simpli
citate. correctionem in penitentia. refirm
acionem in infirmitate. exaltacionem in proxima
anime vero tue reformacionem ymaginis
dei. Per memoriam dei beneficiorum
Intelligentiam consiliorum
Amorem dei misericordiarum
Modus autem diffinitivus trahitur ex causis vel

diffiniende. Et io quadrupliciter secundum
imposicionem causarum generum. ut si velis diffini
re peccatum secundum causam eius materialem
Considera materiam in qua et dicit secundum
Aug. i li. de li. arbitrio. Peccatum est affectio
mala voluntaria. Est enim peccatum in mortali
putandum affectu. Eadem immo peius et si
Considera secundum Aug. eundem in eodem
li. Peccatum est actus inclinans a defectu
boni. Inclinans dico non quia casua
liter vel exinclinanti peccatum surgat. sed
quia non necessario sit. Considera nunc
circa quam. et dicit secundum magistrum in
sentenciis. Peccatum est actum vel factum
vel concupitum contra eternam legem quid
habet de peccato habet. Si vero causam
efficientem qua sic in peccato consi
deras. dicit secundum Ambr. Peccatum est p
varicatio legis divine et celestium
obediencia mandatorum. Hec est causa
efficiens deficiens vel defectus. pec
cas enim cum deficis recedendo a lege
divina et mandatis. Legem dispensa
cionalis declinandis precepti bonis
agendis. Considera si vero causam
formalem. inde formam eius specialem
quam habet. et dicit tunc Anshelmus. Peccatum
est carencia debite iusticie ex propria
voluntate procedens. Iusticia enim hec
rectitudo voluntatis est. que in dei veri
te est. et per peccatum in deo formatur. et
sic formam suam habet. quia deformis est.
Vide eciam formam eorum. a qua
deficias et dicit eum in Aug. de vera
religione. Peccatum est appetere que Christus
contempsit vel fugere que Christus sustinuit.
Nos enim inordinate et ex libidine
appetimus divicias delicias et hono
res. cum Christus sustinuit paupertatem asperi
tatem vilitatem. Si vero causam finalem
consideras vide finem ad quem tendit
et dicit eum Aug. Peccatum est conversio vo
luntatis indebite ad commutabile bonum

vel fine a quo deficiat. et dicit eum Aug.
Peccatum est spreto incommutabili bono adhe
re commutabili bono. Et sic modus istas
imposicionem deorum de diffiniciones aut quo
libet ut notificationes potes invenire
et circa materiam dilatare.

Secundus modus est divisionis. Primo enim thema debes circa su
tare propter tenorem. Quo posito quod sit
ibi materia dicimus et distinguimus.
Tandem vero membra posita subdividere.
Ceteris diffinita et subdivisa pro
sequi. Caveas autem in divisionibus
que sint membra plurima. Nam
divisio quanto sit per membra pauca
ta tanto melior quanto per plura de
terior. Caveas eciam ne membra
sint inordinata nec sic ponas contra
nas. aut qui recte respondeant. Tunc
enim dicat secundum Boecium. animalium ad
sunt rationalia. alia duos pedes ha
bencia. Sed simuliter debet secundum re
gulam oppositionis oppositae. Alius secundum
contrarietatem aut secundum habitum et priva
cionem. aut secundum relacionem. aut
secundum condicionem. Caveas eciam ne
divisio sit immoderata. Quidam enim
tantum dividit et subdividit quod
totum extinguit atque confundit. Idem
enim habet vicium inimica quod nulla di
visio. et quicquid in pulverem secta
est secundum Senecam simile est confuso.
Caveas eciam ne sit nimis fallax
verborum ornata. Tamen divisiones quo
dam monuit magis subtiles quam
utiles altas quam aptas. curiosas
quam affectuosas. plenas verbis vacu
as sensibus. Sicut enim dicit Ieronimus ad
Damasum. deforme est luxurioso fili
us. In eciam rebus non queramus
verba sed sensus. i. panibus sic vi
ta sustinenda. non siliquis. Idem
ad pammachium de optimo genere interpretandi

divisio-
nis vicia

divisiones artificium

veritati michi semper fuit non verbosa
rusticitas sed sancta simplicitas
¶ Post divisionem vitiorum vide ipsorum
artificialem. Omnis divisio vel est vocis
insignificativis. ut sicut dicimus. Ca
nis alius est latrabilis aut terrestris
alius aquatilis et celestis. Sic di
cimus ignis alius superior. alius in
ferior. alius maior alius exterior
vel est divisio totius in partes inte
grales. ut sicut dividimus domum
in tectum et parietem et fundamentum. Ita
dicimus domum spiritualem pro fundamento
habere fidem. pro pariete spem in deum
se erigentem. pro tecto culmine cari
tatem. Vel est divisio generis in species. ut
si fuit thema virtus in infirmitate
perficitur. virtutes dividimus in the
ologicas. quibus in mente movemur in
deum. ut sunt fides spes et caritas
et in cardinales quibus in mente move
mur ad deum. ut sunt prudentia iustitia tem
perantia fortitudo. Vel est divisio
secundum vias accidentales. ut subiecti
in accidens. accidentis in substantia. accidentis
in accidens. Exemplum primi hominum. Alii pecca
tores alii iusti. alii boni. Exemplum
secundi gratia alia in angelis. Alia
in hominibus. Alia in ... Exemplum
tertii potentum est superbie. Aliud a
varicie. Aliud carnalis concupiscentie.

divisionis originale principium

¶ Post divisionem vitiorum et eius ar
tificialem. videamus eius originale
principium. Fit enim parvum divisio ut
esset confusio. et adiuvetur memoria.
Nam facilius retinentur. et melius
commendantur distincta. Hec autem
divisio super vera causas fundatur
et ex diffinitionibus eliciatur. Cum
enim consideras peccatum secundum innitentiam
quam. dividis peccatum in tria. quod est
cordis oris operis. vel aliud co
missum. Aliud omissum. Cum vero

nim extra dividis peccatum quod est ex in
firmitate vel impotentia ignorantia
et certa malicia. Secundum vero formam et
speciem divisionis peccatum in mortale et
veniale ubi diversimode attenditur peccatum
differre. Sic et illa divisio septi
membris. Superbia. Invidia. Ira. Acci
dia. Avaricia. Gula. Luxuria. sumi
tur secundum formam deformitatis. Secundum
vero rationem finalis cause dividis peccatum ex super
bia carnis. vel oculorum. vel superbia
vite. Qui enim peccat committit ad bonum
exterius vel interius vel in fi... Hec enim
bona apparentia finis peccati dicitur. Se
cundum vero considerationem efficientis cau
se dividis peccatum. vel ex timore male hu
miliante vel ex amore male inflam
mante. Timor enim et amor sunt
peccati cause efficientes dispositive.
Sic ergo secundum has causas divisio
attenditur et in diversis nominibus invenitur.

divisio efficientis cause amiciat deus

¶ Ad efficientes causas pertinet huius
modi divisiones. Amiciat deus
angelus iustus. deus amicitudinis
Viam penitentie peccatoribus
Rectitudinem iustitie penitentibus
Dulcedinem glorie contemplantibus
De quibus primo Ier. Xlii. Amiciet
nobis deus tuus viam per quam per
gamus et verbum quod faciamus. de 2o
Ysa. lxiii. Ego dominus loquens iustitia
... amictians eram. de 3o Ier. xxx
iii. Clama ad me et exaudiam te
et annunciabo tibi grandia et firma
que nescis. Clama per desiderium et
annunciabo tibi imperceptibiliter grandi
orum celestium. Grandia que sunt super
sensum humanum. Firma non timent
impetus vel insidias hostium. Que
nescis. quia non capiuntur secundum viam sta
tum quo adtunc... Amiciat angelus

amiciat angelus

Bonam domine incarnationis
Letam salue gratiam Christi gratiis

Gloriam eius resurrectionis
De primo ecclesiastes x°. Cum lx penas
annunciabit similiter. De 1a. ysa. xii°.
Cantate domino quia magnifice fecit
annunciate hec in terra. Luc. ii. Ecce
ego annuncio vobis gaudium
magnum. De iii°. Io. ultimo. Ange
lus annunciavit mulieribus dicens
Surrexit non est hic. Cant. v. Filie
ierusalem. i. angeli nunciate dilecto meo
paradisi sicut puelle in thalamis
semper servientes prenunciant sponsis nunc
ciate dilecto quia amore langueo.
verba magdalene ad angelos. et Ge.
xlv. Nunciaverunt iacob. Ioseph fi
lius tuus vivit et ipse dominatur
in omni terra egipti. i. mundo pecca
to in peccato christum qui carnem nostram
assumpsit amoratus resurrexis
se. Annunciat vir iustus in con

annunciat iustus

fessione. Peccata propria non doleant
Proximi pericula non timeant
Dei magnalia ut gaudeant
De primo psalmus. Iniquitatem meam annunciabo et cogitabo pro peccato meo. De ii°
ysa. lviii°. Clama ne cesses et annunc
cia populo meo scelera eorum. Et
premittitur de timore. Quasi tuba ex
alta vocem tuam. De tercio. i. pe. ii.
Vos estis genus electum regale sacer
docium etc. ut virtutem annuncietis eius
qui nos vocavit in admirabile lumen
suum. Ad causam malem pertinent
divisiones huiusmodi. Coronantur
Divites insignium lasciviae
Stulti insignium ignominie
Pugiles insignium victorie
Reges insignium glorie
Est ergo quadruplex corona. Culpe
pene. gratie. glorie. De prima Sap. ii. Co
ronemus nos rosis etc. De 2a. ysa.
xxii. Coronans coronabit te tribu

constancia

latione. De iii a prov. iiii. Dabit
tibi augmentum graciarum. et corona
inclita proteget te. De iiii. Jacobi. i.
Beatus vir qui suffert temptacionem
quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vite
Sed quia iam tractavimus in divisione
de causa formali, ideo de hoc ipso
divisionibus secundum nomen ut dicatur
quod est corona Activorum Contem
plativorum pertinens etc. Et potest disting
ui in quibus consistit. Secundum causam
formalem sic distinguitur ut si thema
fuerit. Accedite ad eum et illuminamini
dic quod ad eum debes accedere tamquam
Ad lumen cecus ut illuminetur
Ad medicum infirmus ut sanetur
Ad rectorem naufragus ut liberetur
Ad pastorem famelicus ut cibetur
Et huiusmodi. Illuminetur cogitatione
Sanetur affectione
Liberetur in temptacione
Cibetur in consolacione
Dicitur quod de primo Mt. ix. Accesse
runt ad eum duo ceci. De 2o. Mt.
viii°. Accessit ad eum centurio ro
gans. Domine puer meus in domo
iacet paraliticus. De tercio Mt. viii°.
Accesserunt ad ihesum discipuli dicentes
domine salva nos perimus. De iiii°. Mt. vi.
Accesserunt ad ihesum turbe ut pasce
rentur. Item secundum formam alit
er. Accedite ad eum
Timorose non sublimiter. Eccli.
ii°. Fili accede ad servitutem et
sta in timore
Sollicite non segniter. Eccli. vi°
Quasi qui arat et qui seminat
accede ad sapientiam
Benigne non duplex. Eccli. Ac
cessisti maligne ad eum
Devote non fallaciter. Mt. xxii°.
Accesserunt ad ihesum pharisei et Sa
ducei temptantes eum. Ad cau
sam finalem pertinent huiusmodi divisiones
Ad despiciendum
Ad aggrediendum

Ad suasionem
Ad perseuerandum
Vt de primo Judith viii. Dam consta-
ciam maxime ut contempnerez illum
de sceptis. Judith ultimo. Honorauerit
per se constanciaz eius et medi au-
daciam eius. de tercio Machabeorum viii. Con-
stantes effecti sunt propter legi-
bus pati et mori. de quarto ii. paralip-
pomenon. Constantes estote videbitis au-
xilium domini in vobis. Sunt eciam alie
diuisiones secundum modum theologicam
magis propriam vt cum diuisio sic pe-
nes status gradus habitus actus
Status — Status sunt incipientes proficientes
perfecti actiui contemplatiui prelati
continencie — Item continencia coniugalis vidualis
virginalis. Item pugnantes mori-
entes regnantes. Item viatores com-
gradus — prehensores et huiusmodi. Gradus sunt
in progressione vt cum dicimus dilectio
amor desiderium postulat postulacionem pro-
bat probacionem commendat. Secunde
petri i. ministrate virtutem in fide
in virtute scientiam in scientia pacientiam etc.
habitus — Habitus sunt virtutes et vicia ad huius-
modi reducuntur tales diuisiones ut
gratie glorie vel culpe pene temporis.
actus — Actus sunt cordis oris operis cum
effectus verum intendimus. vt cum dicimus
oracio vtilis est. Intercessionis diuina

Affectionis inflammatiua
Corporis expulsiua
Gaudii mentalis expressiua

Item peccatum deum contempnit. se ipsum
vel se ipsum corrumpit. proximum ledit
vel sic auaricia hic et hec fiat
et ita de aliis hiis. ergo tales modi di-
uisiuum. diuisionis vicium. diuisionis
artificium. diuisionis principium. et con-
similes modi. hiis et theologicam et
magis quam in sermonibus quam
collacionibus proprium esse.

Tercius est modus collectiuus
sine ratiocinatiuus qui fit inter
modum deductionis. Quatuor species ratiocinationis
Silogistici modus —
Silogisticam | per silogismos
Inductiuam | dilatatur sermonis
Exemplarem | materia sic quod
Enthimematicam | quod ponit animaz
corpus famam peccuniam fugiendum est
Ebrietas est huiusmodi ergo fugienda est
Item viro bono secretum committitur
ebrio non committitur ergo ebrius vir bo-
nus non est. Item plus est bonum plus inge-
rere quam capiat homo sed ebrius
plus ingerit bonum quam capiat homo. ergo
turpe est ebrium esse. Item turbe est quod
verecundiam remouet. ebrietas est hu-
iusmodi ergo turpis. ergo turpe est esse ebri-
um et huiusmodi. Adhuc autem modum
valent argumenta supra secundum modos
huiusmodi in silogismis qui sunt maiores
scilicet propositiones sumere. secundum vero quatuor
vim quod oportet dicere posse diuidere. Item
differencias inuenire. Ceterum si libet
considerare propositiones aut sumere debes
aut probabiles aut autenticas: probabi-
les ut edendum est cum ebrietate. Aute-
nticas ut illud Senece. Nichil aliud
est ebrietas quam voluntaria insania. Item
vbi enim nimia vis vini possedit
quidquid mali latebat emergit. Non
facit ebrietas vicia sed protrahit. tunc
libidinosus non cubiculum expectat. sed
cupiditatibus suis quantum petierit sine
dilacione permittit. Tunc impudicus mor-
bum profitetur aut publicat. tunc pe-
tulantis non lingua non manu continet
crescit insolentis superbia crudelitas se-
ui. malignitas liuidi. Secundum vero
ministerium est quatuor vim quod oportet posse
diuidere. Vnde secundum inspicere dicimus est. Item
ebrietas — ebrietas vel excessiuum dicatur. Vnde di-
ebrietas per excessum | de primo
Error in conuiuiis | ysaie 28.

Doloris inextasabili] Nescie
Amoris inconcupiscibili] bat a
vino et plebetate ebriauit · de 20
Treno plud · Adte veniet calyx meb
aberis atque mdaberis · Treno · c · In
ebriauit me absinthio · de nr · Cant · v ·
Comedite amici mei et bibite et in
ebriamini carissimi · Adhuc modo redu
citur ut distinguamus ebrietatem que
facit ebrium et que ebriosum · Sic
enim distinguere possemus ebrium duobus
modis dici · Alio modo aliquis vino gra
uis et compos sui est · Alio si sol
ebrius fieri · distinguitur et tunc inter
ebrietatem quod quedam est ebrietas ac
cidens ex ignorantia virtutis vini et
infirmitate potus · hec pena est et non
culpa quia inuoluntaria nec excusa
qualis fuit in Noe · vnde Alcuinus ·
Noe inebriatus est quia forte nescie
bat vino posse inebriari · Est autem ebrie
tas accidens ex excedenti potatione et
libidinoso · hec pena est et proueniens
ex culpa · Est etiam ebrietas libido
que est ex excedenti potu et hec culpa est
Scias insuper est duas inuenire conde
tes enim contulaciuncque de vinum · conden
tes enim quia non idem · Vt ait Seneca
ebrietatem nil aliud esse quam vo
luntariam insaniam · hoc est vim sed
aliquem modum · scilicet secundum quod est in actu
ebrietas ligata penitus sine ratione
est dicta · quod ebrietas est breuior · sed
insania prolixior vim tamen solutam
ipsa quam insania · Certum est similitu
dines considerare · vbi supra · Sicut
musto dolia rumpuntur et omne quod est
in vino et fundo latet vis caloris
attollit superius · Ita vino estuante
quodque in fundo cordis iacet quasi vere
dictum effertur et prodit in publicum · Et
sicut omati vino non retinent · sed
reiciunt tabum superius · Ita effundunt
ipsi · nec retinent secretum commissum sibi
sed effundunt quod suum est · et quod est alienum
Item sicut fatuo nichil est tacitum · ita
nec ebrio · Ebrius enim quasi seipsum ig
norat · Dubia et parum explanata
profert verba · vagos habet oculos ·
gressum errantem · vertiginem capitis
conceptiones mirabiles tota domus ei vi
detur mobilis et celum et terra · Et sicut ad
aspectum solis oculi infirmi obtundunt
Ita ad ebrietatem vel nimiam vini
sumptionem animi efferuntur · et relicta
naturali mansuetudine feroces efficiuntur
Et sicut piscis cum candidis faucibus
appetunt vel glutiunt escam repente ha
mum intra fauces reperiunt · Ita ebrio
sus intra se vinum inimicum suscipit
quod ipsum ad opera nepharia impellit
Et ita ut dicit Basilius in exameron sua
bestiale animal quod beatum capitur
et dum bibit bibitur · Post silogi
sticum modum secundum inductiuus · quod fit quando ex
multis particularibus vnum vniuersale colligitur
vbi supra · Certus apostolus martires confesso
res virgines pristinas tribulationes in
uenerunt in regnum celorum · ergo per tribula
tiones nos oportet intrare in regno celorum
Item cogita quas clades ebrietas
fecit · hec acerrimas gentes et bellico
sas hostibus tradidit · hec multis annis
defensa menia bello patefecit · hec
contumacissimos et iugum vetantes
in alienum arbitrium redegit · hec inuictas
acie enere domuit · Post inductiuum
secundum enthimematicus · Cum vna propositio re
tinetur in mente · quod maxime fit platea
enigmata postulando iudicium ab
auditoribus et relinquendo conclusionem
certis hoc modo · Homo stultus est
qui abiecta dignitate humana velut
volutatur in lutis sicut porcus · ergo

inductiuus modus

enthimematicus modus

-ndite ad vomitum sicut canis et in-
duere mores bestiales. Secundo ebrius
est homini. Item stultus est vino qui
velaret se super oculos et funiculum
super collo innecteret quo traheretur ad
suspendium. Tercio ebrius est homini sicut
mo usus est nathan ad david et dominus
ad iudeos in parabola de agricola. Ter-
cio modo enthimematice uocato vel eni-
gmatice quia latent per hunc modum pre-
dicator confodit et a se ipso iudicatur
et aliis citius relinquitur conclusio
quam propositum videtur et intentio. Scilicet ve-
recundia vel exalia causa dimittitur.

exempla-
ris modi

Post enthimematicum sequitur exempla-
ris modus qui dicit ab inductione cum
illa fit in pluribus id autem in uno. Ut
quando sigillatim exempla proponit ex
ex quolibet inferimus ubi genus. Loth
quem non vicit Sodoma vina vi-
cerunt. Ergo ebrietas fugienda est.
Alexandrum machedonem tot itinera tot
prelia tot hyemes per quas victa lo-
corum et cum difficultate tot ma-
ria tot flumina tutum dimiserunt
vicit bibendi intemperancia. Item iste
Alexander Clitum carissimum sibi et fi-
delissimum inter epulas transfodit et
mox facinore mori voluit. Hic est
modus pulcherrimus per exempla et om-
nino ad hanc dilatationem materie inser-
monibus multum valet hinc locos
dyaticos in prompto maxime retho-
ricos de quibus ad presens supersedemus
donec rethoricam tractabimus. Sequitur
modus expositivus et fit multipliciter.

Quartus est modus expositivus modis
hic autem fit in pluribus modis. Primus
est cum nos concordancias proponimus. Secundus
cum propositas exponimus. Tercius cum expo-
nendo diversos sensus ponimus. Quartus
cum cum exposicionem confirmamus
et sensum variatis [illegible] pertractatis verum in sermone

Circa primum scilicet concordanciarum in-
ductionem. Hic attende quod inducit principali-
ter vocales. Et si thema fuerit. Domus
mea domus oracionis vocabitur. Dicas de
hac domo Zacharie xix. Pax huic do-
mui vel similia. Inducitur quoque reales
et non vocales ut cum dicas fides sine
operibus mortua est. Infers dehinc in
Genesi. Dixit rachel da michi liberos
alioquin moriar. Per rachel que interpretatur
videns principium fides intelligitur. Per libe-
ros opera meritoria facta. Inducitur e-
tiam quoque concordancie hystoriales vel
figurales ut cum dicat veniet prius
ut sequentur eius vestigia gentiles si
peccatores. Quia cum ignis secutus est Thobiam
eundem in viges die luna post actum
pascha. Data est lex moysi et spiritus sanctus
datus est die luna post passionem domini.
Ubi invitatur nunc est predicatori sacre scrip-
turarum ministrum. Secundus est cum auctoritates pro-
positas exponimus. Hic dupliciter fieri potest
vel distinguendo vel explicando vel
interpretando vel causas assignando.
Distinguendo ut si dicis petite et
accipietis querite et invenietis pul-
sate et aperietur vobis. Distinguitur ex parte sub-
iectorum petite ore querite corde pul-
sate opere. Vel ex parte petibilium

petite indulgenciam
querite graciam
pulsate ad gloriam
vel ex parte petencium sic
petite incipientes
querite proficientes
pulsate contemplantes
vel ex parte habitum sic
petite in fide
querite in spe
pulsate in caritate
vel ex parte modi
pulsate in oratione
querite in lectione

Explicando ut si the-
ma fuerit
Accingere
gladio tuo
super femur
tuum poten-
tissime. Ex-
plico sup-
latum sic.
Accingitur
potenter
qui gratia po-
tencius cum

pulsate in deuocione (tenetes
potentissime virgines. Et illud canti[ci]
ebrietatis carissimi. Carissimi sunt mentes
scolastice curiores. quia curiositate carissim[e]
bibit resupto corde et hinc. Interpretan
do ut ad propositum vocabulo diuersas
eius interpretaciones respiciamus. et eam
que magis nobis congruit sumimus. et
de vna transferende ad aliam recur
rimus. Fuit enim in sacra scriptura trans
laciones viii. Prima est lxx interpretum.
Secunda tercia quarta. fecerunt aquila
simachus theodocion. Quinta est vulga
ta edicio cuius auctore ignorant. Sex
ta et septima origenes. cuius codi
ces eusebius et pamphilus vulgaue
runt. Octaua est Ieronimi cum causas an
ferens causas assignando. Turbaris
erga plurima. vel propter exteriorum occupa[cionem]
vel propter peccatorum detestacionem
vel propter proximorum compassionem
vel propter hominis subuersionem
Similiter quod clamabat omnes se magis
cruciari in lingua qua castigare non
poterat causa fuit quia lingua Cir
tum ad seipsum impugnat morum hones
tatem per verba libidinosa et sancti
tatem. Circuitum ad proximum impugnat cari
tatem per verba litigiosa et prouocancia
Circuitum ad deum impugnat summam maie
statem per verba blasphemia et iacti
va. Summam veritatem per verba menda
cia. Summam vnitatem per verba adula
toria et detractoria. Similiter adhuc
modo pertinet quod decanus tensimus adef
fectum. et cum dominugmatice loquim[ur]
effectus eius tangimus. Tercium est cum
exponendo diuersos sensus querimus
ut cum exponimus. Primo hystorice
Secundo allegorice. tercio moraliter et
hoc dupliciter vel tropologice vel ana
gogice. Hystoriam hystoria docet quid sit
res per allegoriam instruit fides. per tro

pologiam informantur mores. per
anagogiam sursum eleuantur contem
placiones. Ierusalem et vrbs ciuitas e
nitalis. et anima spiritualis. et ecclesia
militans et ecclesia triumphans. per
hystoriam fundamentum. Allegoria fab
ricat et superedificat sensus vero mo
ralis siue sit tropologicus siue ana
gogicus consummato edificio pulch
ritudinem coloris induat. De quibus
infra. Sunt et alii modi exponendi
septuaginta scilicet quos Abbas Io
achym in libro suo quo appellat
concordiam ponit. Et sunt xii. Sicut
enim decimam in pre quarta impera[t]
Quartum est cum diuersas vterque
tes inserimus. vt ibi gta. Septimum est
In affectiua in contactu | Adhuc
Corruptiua in progressu | modo
Offensiua in aspectu | reducuntur
Separatiua ab omni contactu | omnes ca
Sic peccatum est | paces
In consensu infectiuum | et me
In progressu corruptiuum | thafore
In conspectu dei offensiuum | ecclesie
A bonorum consorcio exclusiuum | pertin[ent]
Expectatis in spirituali deuocione clericis
domino sex partibus sedi tra
tus cuius est tytulus de condicione do
ctoris. Restat pars septima que
hominibus innumeris difficilior et dif
fusior quam cetera. De doctrina vero
hominis pertinere ad pueros secundum
experimentum practice. Et quoniam de
dominicalibus et sanctorum festiuitatibus
ad pie memorie papam Alexan
drum quartum scribentes eius imperio
et preceptis nos expediuimus. De
deliquis que pertinent ad diuersa sta
tum et officiorum genera prout deus
dederit subiungemus. et tytulos pre
vertimus. Hic deficit illa pars in qua
ponuntur sermones de diuersis statibus

de quibus hic dicit et s[upr]a in p[ro]he[mi]o

Incipit libellus de modo addisce-
ndi editus a fratre Gilberto de or-
dine fratrum minorum ad Joha-
nnem prepositum Burg[ensem] filium co-
mitis fflandrie. Incipit ep[isto]la
in qua declarat cur aggressus e[st]
hoc scribendi officium et ce[tera]

Karissimo nepoti sibi carissimo in studio litte-
rarum olim patri[s] paruis sui militari
ingenio Michaeli de Insula. ffrater
Gilbertus de Tornaco de ordine
fratrum minorum. Salutem et amo-
rem debitum secundum caritatis affec-
tum. Risum monet intuentibus si
accesserit ouis ad caprum. et grecam
sibi lauam postulet assumendam.
Sub hoc vulgari prouerbio requiris
hominem et piam mo[n]itum et auctore
non magnum et religione ligatum
et negocijs occupatum. flagitatis a me
instantissime. ut de modo addiscendi
scribam ad vos. Quo se modo vester di-
scipulus valeat et debeat informa-
re. Vere non inmerito letor in domino
dum ad illas epulas aspirare nos
inhyantes aspicio. quas illi fastidi-
unt. qui languescente stomacho
lacessiti prius ducu[n]tur. et obprobio
tota mundo. Sed vos qui pietatem liberaliu[m]
affluitis qui studium parisiense rex-
istis. quid inter undas plenissimas
influencium et redundancium fluminum
tam aridi et pauperculi hominis aq[ua]m
despicabilem petitis aut sititis. Sed
quia non habetis ut credo sciam infla-
ntem sed caritatem pietatis edifica-
ntem. Quare prout diuina gratia do-
nare dignabitur. ad nobis ad opus
vestri discipuli iuxta mee rusticitatis
rudimenta conscribam. et opulentis
ferculis vestris veluti quasdam herbas

agrestas apponam. habetis enim et
habere potestis ad manum Boecium de dis-
ciplina scolarium. Quintilianum de insti-
tutione oratoria. Plutharchum de in-
stitutione Traiani. Lycurgum ad fi-
lium. Varronem ad auditorem athe-
niensem. Petrum filium Alardi que
ab Alardo vocant ad Hugonem. Rich-
ardum filium Johannis policraticum. et plu-
res alios. quorum dulcedo melliflua-
rum sitis auiditatem possint extingu-
ere. vester ergo discipulus copiosius
informare. Sed qui michi cotidianas
delicias viliores tibi sapiunt. ut dia-
tribus grossioribus velud profestis fu-
nitur ad subtiliores epulas auidius
redeatur. vobis mitto colloquintidas
agri quas vestra farinula condiat
helizei. possem apologiam multiplicem
texere maxime cum ab annis fere tri-
ginta nequiuerim talibus insudare
Sed postquam diuina fauente gratia pari-
siis ualedixi cathedre magistrali et
theologice lectioni. contuli me ad minores
hominis sabbatismum qui naufragus
ad portum reiectus plurimum negocijs
et nenijs poetarum. quibus maxime
in talibus est utendum. Sed quia nimia
vestra deuictus supplicatione vester discipulus
puer nobilis et bone indo-
lis deuictus dilectione. reiecto fame
mee dispendio. quo auctor abemul-
amion eorum que versantur in manibus
studio. quod petitis attemptabo con-
summationis fiduciam constituens
penes ipsum apud quem nichil remanet
impossibile. Et licet discipuli vestri
bonitas et ingenuitas sit recurre-
re ad utilitatem ipsius plenius labo-
ratur. tamen hic curatis beguit offici-
um prouinciale concernam prosimonis
cramesu multa dicamus. que licet ei ad
presens non prosint. tamen ipsius gesta cui

sciatur ad aliora proficiant utilitate
Et sicut ingressurus domum q[uam] in domo
est ea diligencius intuetur. Ita addi
tendorum evidentiam tytuli sup[er]limi
nares in locis p[ro]priis apponantur.
Tractatus igitur iste duas ca[pitulum]
habet partes. In prima agit de
modo addiscendi. In secunda de modo vi
vendi. Et de modo addiscendi primo de
hiis que p[er]tinent ad inchoacionem do
ctrine. Secundo de hiis que ad progres
sionem. Tercio de hiis que ad consumacionem
et perfectionem. Et de hiis que ad incho
acionem primo in generali. Secundo in
speciali. In generali continentur octo capi
tula. In primo epistola ponitur in qua ca[usa]
declaratur cur aggressus est scriben
di officium. In secundo invitat eum cui scri
bit ad studium. In tercio probat quod hoc de[bet]
esse exercicium nobilium. In quarto dampnat
in nobilibus usum armorum. In quinto p[ro]
ponit studii fructum et premium. In sex
to ostendit quibus addiscendi primarium
In septimo studentem invitat ad
bonum consortium. In octavo p[ro]posi
tum arcet p[ra]vum consorcium. Ca[pitulum]
Te igitur puer R. nobilis Johan[n]is
Brug[ensis] p[re]posite fili comitis fla
drie qui de regio ducis originem
sanguine gratia cum hoc opus edo
de ego provincialibus meis in p[ri]mo ad
studium te exhortor. Litteras scire desi
dera. Inceptum desiderium persevera. P[er]
severans veterum exempla con
sidera. Et opibus omnibus diviciis
et appetitu ambicionis supra litteras
.1. ergo scire desideres ut animum tuum
voluntatis discendi affectus posside
at et inflammet. Nec hunc ardorem negli
gentie tepidas vel remisse. Nec fasti
diente stomacho vel languente.
Unde sapiens dicit. Sapientiam amavi et
exquisivi a iuventute mea. Et quesivi
eam mihi sponsam assumere et amator

exemplum

factus sum forme illius. Quod le
gimus de beato Gregorio Nazanzeno in epistola
apologetica sua quod ipse a prima iu
ventute illibatum signaculum castitatis
cum philosophie studiis iunior apud athe
nas floreret. Vidit p[er] soporem sibi
sedenti et legenti duas satis decoras
dextra leva quasi feminas consedisse. Et
cum ipse quereret que nam essent
amplexantes eum dixerunt. Note
tibi satis et familiares sumus. Al
tera enim sapientia altera castitas di
cimur et misse sumus tecum habitare quia
iocundum satis et mundum in corde no
.2. bis habitaculum preparasti. In bonum
etiam desiderio persevera. Unde
legitur in Ecclesiastico. Fili a iuventute tu
a excipe doctrinam et usque ad canos
invenies sapientiam. Amor etiam disce
di semel admissus egre dimittitur
nam in desiderium transiens sua se
voluntate p[er]petuat. Et cum vita ho
minis limitatur et per vitam hominis
nisi sapientia p[er]severans. Dicit etiam [..]
dicit. Pugnet usque ad spem di
ces Bonus. Nominis exponens dicens
ad paulinum. Discamus in terris quorum
sciencia nobis perseveret in celis. Tamen
modus et imperfectio que est in studio
evitabile qui secundum apostolum sciencia
destruetur. Cum igitur modicum dul
cedinis delibavit, que est in studio
ut canis a corio nunquam abstinebit
.3. vinculo. Veterum exempla conside
ra quod Salon temporibus suis atheni
ensis prudencie gloria fuit cum multis
laboraret assistentibus amicis su
is et mortem consecrantibus caput erexit
interrogatus quare hec fecisset re
spondens ait. Ut tu istud de quo
disputatis sciam prius quam moriar. Car
neades philosophus laboriosissimus sapientie mi
les nonaginta annos complevit
et consummavit in studio. Et scrip[sit]

ille vir grecie themistocles cum expletis centum et vii annis se mori cerneret. dixisse fertur se dolere quod tunc egrederetur a vita cum sapere cepisset. Plato lxxxi scribens anno mortuus est. Socrates nonaginta novem annos in docendi scribendi labore implevit. Taceo ceteros philosophos Pitagoram. Democritum. Xenocratem. Zenonem. et Cleantem qui iam etate longeva in sapiencie studiis floruerunt. Ad poetas venio. Homerum. Hesiodum. Symonidem. Thesicorum. qui grandes natu cigneum nescio quid et solito dulcius vicina morte cecinerunt. Sophocles qui propter nimiam senectutem et rei familiaris negligenciam a filiis accusatur amencie Edippi fabulam quam nuper scripserat recitavit. iudicibus tantum sapiencie. et etate iam fracta specimen dedit ut severitatem tribunalium in favorem theatralem converteret. Nimirum cum Catho Censorius et vir gentis disertissimus iam senex grecas litteras discere nec erubuit nec desperavit. Certe Homerus refert quod de lingua nestoris iam vetuli et decrepiti dulcior melle oratio fluxerit. Divicias et appetitum ambicionis et studii dilige supra vel saltem cetera. Sicut scriptum est in proverbiis. Accipite disciplinam et non pecuniam doctrinam magis quam thesaurum eligite. melior est enim sapiencia cunctis opibus preciosissimis et omne desiderabile non potest ei comparari. Ideo cum pater Democriti filio suo tantas divicias reliquisset quibus exercitum regis persis poterat pascere. Democritus precium suum donavit patrie et atteniis in discendo et

docendo suos dies continuavit studiorum delicias consummavit in aurea paupertate. Crates ille thebanus proiecto in mare non parvo pondere auri. Abite inquit divitie pessime. ego vos subiungam ne subiungar a vobis. Anaxagoras cum post longa tempora studiorum impaciens rediisset possessiones quas reliquerat desertissimas invenisset. Non essem inquit salvus nisi iste periissent. Verum Boecius fuisse de veneris studiosum fieri nisi semediocris pauperem opinatur. Cum igitur vobis dominus contulit copiose. unde scolarem delicias continuare possitis desiderio pecto supplico vestre nobilis inicium laudabile consummare studio pleniori et placidum et splendidum acquisicione suspensa. totum vos impedire. totum vos impendi. circa sapiencie spiritualia. cuius accessoria et consequencia testimonia salomonis erant bona temporalia pariter et eterna. Hic approbat quod hoc debet esse exer-

Est autem maxime cum nobilium studium virorum nobilium exercitum litterarum unde antiquitus res publica conservabatur quia et philosophi tunc regnabant et reges philosophabantur. Unde quia te vegecius renatus in libro de rebus militaribus etc. Non magis quemquam decet vel meliora vel plura scire quam principem cuius doctrina potest omnibus prodesse subiectis. Quod in maior confirmamus exemplis procedat quia Alexander macedo de astris gentem quem gymnasium litterale unum sub Aristotile studium doctum magnificavit et extulit immensum. et licet quibusdam viciis Alexander non caruit. ut in septimo libro Iustini hystoriographi legitur. Non hoc a philosophia hereditavit sed per philosophiam con-

plus temperavit. Unde et sapientes di-
xerunt nichil aliud esse philosophiam quam
victoriam passionum et impossibilium
et abstinentiam. Legimus etiam disci-
pulos ypocratis expressam diligenter
in tabula quadam effigiem sui doc-
toris quam cum tulissent philemoni op-
timo illius temporis phisionomo depor-
tata et diligenter inspecta pronunciavit
suum iudicium dicens. eum cuius hec
erat figura virum luxuriosum et a-
mantem coytum. Et discipulis indig-
nantibus et arguentibus eius errorem
utpote qui de viro optimo talem
reddiderat sententiam. Redeuntes ad ypocra-
tem retulerunt quod audierunt. At ille
philomenem confitetur optime iudi-
casse. sed amore philosophie et honestatis
dixit se concupiscentias cordis sui vicisse
et accepisse per studium quod fuerat de-
negatum nature. Procedat Iulius
cesar de senatu romanorum qui im-
peratorio studio tantus fuit ut simul
dicasse legatur in maiorum parem litterarum
quibus imperia iuris civilis. ipse
erat leges iudicant congruum. vir-
tutem ardentis ingenii que in libris
servavit prodicat bisextilis subtilitas
quam invenit. procedant et reges
veteris testamenti david. Ezechias et
Iosias. qui consilio liberalis prudentie
iudicaverunt populos in equitate. Sicut
scriptum est Iudex sapiens iudicabit
populum suum. et principatus sensati stabilis
erit. Postulat david a domino sa-
pientiam et statim docetur. et dominus se
in eo virum secundum cor suum invenisse
letatur. procedant et quatuor reges
christiani de novi testamenti. Con-
stantinus. Theodosius Iustinianus et leo
et alii principes christianissimi qui rem publicam
rexerunt. non magis fortitudine armo-
rum quam industria litterarum. Generosis

parentibus nati et magni decoris fili-
os hec dogmata tam prudenter quam
utiles expertes quos hec debuit
sapientie et iusticie successores. Sed
enim dissimulari posset utcumque in
homine plebeio non potest equanimiter
in persona publica in homine generoso
pro nobilium filii qui ad culmen ho-
noris in populo debent eligi cum maiori
diligentia debent erudiri ut ubi de-
discant malicias vincas litterarum et
assuescant in bonis operibus celebre
simul et memoria laudabilium exemplorum

Hic dampnat in nobilibus usum

Sed videmus et gemi- (cum)
mus quosdam nobilium filios et
maxime clericos in rebus secularibus
occupari. relicto quod litterarum studio mi-
nime indulgere circa venabula nam
hoc est servum quod dampnatur in argu-
mento poetico exemplo hystorico
documento prophetico nocito philoso-
phico. De argumento poetico patet
ex ymagine tytii cuius iecur poete
refferunt ab avibus devorari. Est
in agro tytii semper quod renascens ro-
pit ut possit sepe pasci iecur. Mo-
raliter satis avibus devorantur qui
hac curiositate animi torquentur. Sed
quid eis cum avibus qui clericatus bene-
ficia susceperunt. qui pre omnibus
non ludere in avibus debuimus. Sed
etiam dampnat et arguit satiricus
secularis. ymo gentilis inquiens im-
berbis iuvenis tandem quam custode re-
moto Gaudet equis canibusque et a-
prici gramine campi. Cereus in vicium
flecti monitoribus asper et cetera quod sequitur
De exemplo hystorico legimus quod ul-
pes aves armatas intulit grecis ad
eorum solacium quorum partes in acie
troyana occiderunt. Sed et vir prudens
filium suum thelemachum occupari

noluit bonum veritate. Cum q[uo]
clemens & demens magis sustinebit
doctor catholicus in discipulo quod gen-
tilis abhorrebat in filio. Cum mar-
cellus nepos augusti sollicite
vsaretur in auibus capiendis consu-
luit eos virgilius utrum mallet auem
aucupari iaculi capcione aut mus-
cam in muscarum captinacione. Rela-
ta ad auiculam que pelegit mus-
cam que aneapoli muscas abigeret
vinnifas. Cumque peticionis morem effectus
impleuit. mallem eos hec musca
virgilii que a nobis nota tunc collegit
muscarum quam aues sumptuosissi-
mas que in lege dicuntur immunde sunt et
ab eius sacrificiis repellitur. et que
hic sunt exquidam nature non gene-
re sed degeneris corruptela quod fre-
quentius mulieribus et femineis
quam masculinis feruet ceteris. Dedo-
cuimus prophetico legimus in libro Baruch
ubi sunt aut qui in auibus celi ludunt
Exterminati sunt et ad inferos descende-
runt. Erudimini ergo filii principum
qui cum congressu conatis modo debito
veritatem ut quid quitis manda-
tum et diligitis vanitatem. reges
gentium et qui dominantur eorum quia
libralis sic solatis vel uti solatio
nesciunt vel non putant prolatus a
nimi et desolliciacionem suarum di-
liuius iuvantur. Dum vero cuius ali-
qui ita prosper crepunt et fuerunt.
vos autem non sic non bene con-
venit. Nam in ima sede morantur
accipiunt et liber studium veritatis et
ocium vanitatis vel negocium. Dedo-
cuimus phico patet. Sciam eciam
pungat videmus eos repellere qui
amoris illicitis laqueis detinentur
tanquam voluptati. Cum enim sacra

cor invenire desidet studium qui va-
cant auibus cor sunt instabile occu-
patum. Nam cum comparacionum nobis
cognoscere gradum distinguere regimen
to congruo domesticare et eius an da-
tam sustitare infirmitates superue-
mentes curare multis exquirunt temporis
operis opere et impense. que si quis
plenius videre desiderat epulas a-
quile simachi et theodocionis ad
tholomeum philometorem regem
egipti si habuit legat. In quibus de-
nuo rapacium agitur morbis quibus
morbidus medicinis de hiis litteris
prosecuti fuimus in regula regis

Hic proponit studii fructum et pre

Semper dimicaturos athl[e]tas mirum
soletas homines ad victoriam exhor-
tantur et brauium vel corone premia pro-
ponunt. ut dum vident ex regione in
tedem renocent adiuuet renocent
ad certamina. currant audius ad ago-
nem unde qui studet fructum consideret
ipse addiscendum se auidius preparat et
coaptat. Fructus autem eius est

Agnicio veritatis — Ergo veri-
Acquisicio sanctitatis — tatis ag-
Ostensio honestatis — nicio fruc-
Possessio felicitatis — tus est

studii pergua potest animus a tenebris
ignorancie liberari. Anima siquidem
pueri dum recens infusa contrahit ex
eius corruptione caliginem ignorancie in
intellectu et putredinem concupiscencie in af-
fectu. et in istis medicina est studium libera-
lis. Nam et ipsa regitatum et illu-
minat intellectum. Unde dicit in epistola-
talis est sapientis animus qualis mundus
super lunam semper illic serenum est. Sed sicut
ydem conquirit. Nos stulti a prima
etate tenet primo quia illam non for-
titer repellimus. Secundo quia illis
que a sapientibus viris reperta sunt

fr[a]t[er] p[ro]

non satis credimus sed leuiter eis in-
sistimus et modicum temporis impendere
sic credimus studio satis esse Et quia
celibus adulatorum nos optimos esse
exempli — credimus ideo imitari nolumus Allex[ander]
cum in India vagaretur in obsidione
cuiusdam urbis circuiuit muros et
de imbecilliora menium quum sagitte
ictus prestitit ire et immenta agere
presentiauit. deinde cum expresso sagitte
ictu vulneris dolor cresceret et crus sus-
pensum equo paulatim obtorpuis-
set coactus absistere. omnes inquit iu-
rant me esse filium iouis Sed vulnus hoc
hominem me esse clamat Idem et nos
faciamus cum nos adulatores insti-
tuant dicamus. vos me dicitis esse
prudentem. cum pauci sint qui eciam a
prius videant veritatem Idem Allexander
cuidam ciuitati agrorum et dimidium
terrarum offerenti promittenti. eo inquit propo-
sito in Asyam veni. ut non id accipe-
rem quod dedissetis. sed ut id haberetis
quod reliquissem Idem philosophia in rebus
non sunt inquit hoc temporis acceptum quod
nobis superfuit sed id uos habebitis quod
ipsa redigerit totam huc conuerte men-
tem huic assidere hanc colere ingens
disciplina — interuallum inter te et ceteros fiet Ac-
·2· — quisicio sanctitatis fructus est studii
Vnde beatus Iheronimus Ama inquit sanctarum
scripturarum et carnis vicia non ama-
bis Quia mentem quam sapientia replet
qui in studio se exercet. ad perfectum in-
ducit quid pro quia implebit viciorum
membrorum perfectionis cessabunt Cor-
poris destruitur non enim timor angu-
stiat quia libido contaminat non ira
dilaniat non superbia eleuat non se-
cundorum prosperitas vanus fumus euentilat.
non exagitat furor non stimulus am-
bicionis excitat non auaricia con-
trahit non decipit tristicia non invi-
dia exhabescit omnis sensus cor-
dis quodam cultus premisfiat. ocu-
lorum abscindens petulanciam aurium
pruritum eradens gustus superfluas
suauitates expellens lingwe protaci-
tatem detrahens. interiores odores
excludens naribus. tactus pruri-
osam molliciem eradicans Vnde
Seneca Hic addiscamus. ut que fuerint
verba sint opere Tale enim parum aut
nichil proficit ad virtutem. hoc enim
verum est iniuriosa scientia que non adiu-
uatur per virtutem actionem Philosophia est
contemplatiua et actiua Vnde idem
in scriptis epistolis Antiqua sapientia nichil
aliud quam facienda et vitanda precepit
et tunc longe meliores erant viri
sed nunc docenti disputare non viuere
Et idem virtus non contingit animo
nisi instituto et edocto. et ad summum
assidua exercitacione perducto Os-
tensio eciam honestatis est fructus
studii Nam si virtus omnis est ho-
nestas que proficit ad virtutem quis
non prendet eciam honestatem
vite et disciplinam honestam. ceterum et
mansuetudinem. nichil reddit sic disci-
plina Est enim disciplina secundum
Hugonem omnium membrorum motus or-
dinatus et dispositio decens in omni
habitu et actione. hec secundum Bernardum
compositum reddit corporis statum et
mentis habitum ceruicem submittit.
supercilia deponit. vultum componit. oculum
figit cachinnos cohibet. linguam
moderatur. gulam refrenat. iram
sedat incessum format. hec et si-
milia prodeunt opera Sed maiora
sunt que interiori latitant officina
Quid enim tam dulce tranquillitati pro-
ximum quam adulatores generaliter non
ignorare non supplicio. ut persecutorem
tueri. vna est prosperis et aduersis

mentis hre constanciaz · inimicu
et amicu eodem oculo intueri · ad
eius similitudiez se conformare qui
facit solem suu oriri sup bonos
et malos · quecumque nobis vera sa
pia permittit · venerut inquit
Sapiens · omia bona prt cu sapia
et innumerabilis honestas p manus illius
ad dyei · Iam etiaz ubi ymagina
ri fuit aliquid hre fuit · Nemo
eni mutatu merito cathone vidit
eundem se nomini statu pstitit · Inp
turba inexpulsa maturitate i pro
vincia in promotione i exitu i morte
Socratem pessimi senire potu
ere ia lactatum · nec hylariore quis
quaz nec tristiore vidit furam ho
nestatis equaliter i omni inequalitate
fortune · Possessio felicitatis e
ture fructus e studii · Beatus illud
Eccici · videte inquit q modicu
laboravi · utiqz me [illegible] cor noti
ciaz sapie · habui laborem et inveni
inquit michi multaz requie · qua
post adeptam vere sapie quiescit
animus in divina luce · Unde pros
sper in fine tercii libri de vita conte
mplativa · Ibi erit fidelium catho
licoru plena salus corruptibili
tas nra i mobilitas vera · ibi erit
prudencie ac sapie pfeccio vel per
fectio · Verum veru omium cognicio
tota · qui scia ad pfectam sunt ptis
evacuatione perducta · tunc legem
in libro vite pfecte in scia legis divine
De quo libro quidaz sapiens ait
Cuius eius origo sit eterna incorru
ptibilis essencia cognicio vita scrip
tura indelebilis inspectio desidera
bilis doctrina facilis profunditas
inscrutabilis · ubi quis [illegible] inna
bilia et teri [illegible] verba omia · hij
libri lecti sunt in auspicio xpi humanitatis

liber vite

illuminate · Cum ergo ad inspectionem huiusmodi
libri pervenerit eruditus scia dei e
ternaliter vivet · Hic ostendit tempus
Nutriunde pueritie discendi primarium
insi totus redactus fuit i par
vulu inquam parvulu pfectum pduxit
in viru · denique tunc vocem temperat
verba prodit · argumentibus sensus
seponit · infirmat visus vires ab
icit · membra dissolvit · gressum
tardat · gestat non ambulare sed re
pere · tristicie simulat · tunc fingit
flere · mititur · quia e in illo men
dacio pietas · desipuisse pruden e
et infirmitas virtus e · Hec verba be
atu paulu fecisse cu dicit · factus su
parvulus in medio vestri · tamquam si mater
foveat filios suos · Quare cu pue
ro vero me natura e repuerescere et a
modo rudimenta puerilia plibare
separatim facis et donatu iam tride
linum quinus antiquos · me cursu
includere ludo · Certe vos qui sap
naturis deseror · ut paranim parvul
vis me dependere debite [illegible]
obsequia verba deprome non mage
piae · sed amoris · teneris faucibus
non escam · solidam · sed alimonia
impartit · lactis · et maiora pponere
docuit · prout parvulus [illegible] re
liqui tam sare qua etatis · recepe
runt incrementa · Cum ergo puerilis
etas pigra e ad [illegible] agendum et [illegible]
addiscendum · pfectam duplex com hec
sed remedium · pp hec illa etas e a
bilis addiscendi · Etas aut congrua
studiorum principiis duo requirit ex
parte corporis · duo similiter ex parte temporis · Ex
parte corporis non precipiamus nimia
iuventutem nec differamus i nimia
senectutem · Ex parte temporis vitemus immo
deratam hyemis frigiditatem · et es
tatis nimiaz caliditatem · Nimia iuventus

non inter. nimia senectus nec tenera
nimia caliditas aut frigiditas fri-
gidatos et obtusos. Unde Boecius
de disciplina scolarium. Etatem tamen
et congruam dicit esse circa septennium
ad pueros primis litteris imbuendos. Ne-
si tempus nimis anticipetur indecens
fiat in ebrietatem dispositio vel morbosa pro-
pter quam causam tempus est eligendum etiam
quatinus ne puer ponatur ad studium
cum constringentis hyemis obtusitas
vel ebullientis estatis profunditas
periculi generat incrementum. Sicut enim fre-
quenter dicterici qui diebus canicularibus
solent studio intricari. Nec in nobis
arguas supersticiosum vicium [?]
si nos ydoneitatem quarundam etatum. Ita
ad hoc ducimur tenore nature et gra-
mmatice scientie et theologie. Nature
sic in libro super sompnium Scipionis dicitur quia
in anno septimo plene absolvitur inte-
gritas loquendi. Unde et vii vocales litte-
re a natura dicuntur invente. Licet latini
easdem modo longas modo breves pro-
nunciando v pro vii tenere malunt. Nam
pro e et o impropriae sunt greci figuras
e breve e longum o breve o longum.
Nos tamen cum e et o figuras duas
habemus. In septimo gratia anno perfecte
et integre quis loquitur. Nec vel in pluribus
vox esset perfecta vel duo si antea
loqueretur. Nam in illa etate dentes
satis magni sunt et lingua magis
prolixa. Unde et homo sit et potest modo
dare melius instrumentum. Unde et ante illud
tempus infantes a non fando dicuntur
secundum quosdam etatem primam nuncu-
pantur. Beda. Sic tenella est illa etas
et ut cera flexibilis et sic cera duc-
tibilis. Et per impressiones faciles in
illa etate bonum est puerum ad serviendum
iugum domini et ad cognoscendum dominum quod
maxime fit in litteris comparare. Unde scriptum

est. Thobias filium suum docuit ab in-
fancia timere deum et abstinere ab omni
peccato. Et Proverbiorum iiii Salomon de se ipso
Ego inquit fui filius patris mei tenel-
lus et unigenitus coram matre mea
et docebat me atque dicebat. Susci-
piat verba mea cor tuum. Tenellus
inquit quia quod durum est non cedit
atque frangitur quam flectitur quod vero te-
nerum est recipit et formatur. Unde
Quintilianus libro i de institucione
oratoria. Etas inquit hominis tunc
maxime formanda est cum simulandi
nescia est et praecipientibus facillime
cedit. Frangas enim citius quam corri-
gas que in pravum induruerint. Ri-
diculosum etiam est secundum Senecam
videre elementarium senem. Unde dicit Ca[?]
ffili a iuventute excipe doctrinam [illegible]
[illegible] scientie sic. Res militaris tyro-
nes eligit et tamquam convenientem
ydoneam etatem affirmat quam pu-
bertatis. Unde Vegecius de re militari libro i
sic dicit. Non tantum celerius sed etiam
perfectius imbuuntur que discuntur a pri-
mis. Deinde militaris alacritas saltus
scilicet studium et cursus ante temperanda est
quam corpus etate pigrescat. Velocita-
tas enim est que percepto exercitio stre-
nuum efficiat bellatorem. Adolescen-
tia legendi et eligendi sicut et ait
Salustius. Nam simul iuventus belli
patiens erat in castris per laborem usu
militie discebat. Melius enim est
ut exercitatus iuvenis causetur etate
nondum advenisse pugnandi quam do-
leat preterisse. Habeat etiam spacium uni-
versa discendi. Neque enim parva aut
levis doctrina videtur armorum. Hucusque
Vegecius. Et si hoc in militaribus quan-
to magis in scolaribus in quibus exercenda
est puericia sicut et illis adolescentia
quia quo subtiliora quo maiora

quo meliora quo digniora sunt
quibus de scolaris imbui tanto de
eidem amplius tempus indulgeri oportet
sepe vel theoreum sic Seneca ad Lucil.
Omnia tempus habent et fiant quae fi-
unt. habent omnia tempus quae incipiunt
quae crescunt quae subsistunt quae pro-
moueantur et cum omnia fiant temporalia
operatione de eisdem se prudens cum
contemperare. Nichil est suo tempore abici-
endum et nil est nisi suo tempore eligendum
Ysidorus in libro de ope monachorum probatur
ab Augustino. Ideo homini est omnia gere-
re vel agi tempore suo. Ecclesiastes vii capitulo.
Iuvenes quod omnia operentur temporibus
suis. Et quia nulla sunt que scire
est necesse ad perfectum. non est mirum si
septenario studio deputamus etatem
cum de sola theologiae legamus. Augustinus
sic dixisse in epistola ad Volusianum.
Tanta est christianarum profunditas
litterarum ut in eis quotidie proficerem
si eas solas ab ineunte puericia usque
ad decrepitam senectutem maximo
ocio summo studio meliore ingenio
conarer addiscere. Hic studentem
invitat ad bonum consortium.

Igitur in etate debita tempore congruo
constitutus puer erudiendus acce-
dens studii locum eligat oportunum
siue intra domum vel in scolis ubi
aliis aptius valeat erudiri. Quin-
tilianus reliquimus qui in libro de in-
stitutione oratoria istud soluit. Se
tamen mores quorundam formari suffi-
cere posse credo. si quorundam filii
nobilium docerentur domi. quinque tamen
debet de bono consortio providere. Ha-
beat ergo socios sibi coequales

fideles utiles amabiles exercitio studii	fideles in dubiis in consiliis in- genuis. vnde Tul- lius li. de amicicia.

Nunquam nisi inter bonos esse potest vera
societas et amicitia. In rebus autem
humanis nichil sanctius appetitur. nichil
utilius queritur. nichil difficilius in-
venitur. nichil dulcius experitur. nichil
fructuosius tenetur. Et hoc de perfecta
dixerim amicitia. que fructum habet vite pre-
sentis et future. Utiles dixerim. quia
sine amico vel familiari nichil est in
vita iocundum. Et homo bestie comparatur
non habens qui secum colletetur in rebus pro-
speris. qui contristetur eciam in adversi-
tate eveniret. si quid mens molesti-
tie conceperit. cum gemeret. si quid pre-
solitum tradidit. Iohannes Salomon. Melius est ergo
esse duos quam unum. habent enim
emolimentum societatis sue. Ita habent
in casu fulcimentum. in quiete fomen-
tum. in persecutione similem adiutorem. Sub-
subditur. Si unus ceciderit ab altero ful-
cietur. et si dormierint duo invicem
fovebuntur. id est mutuis exemplis boni
faciendi et vicium fugiendi. et si pre-
valuit quispiam contra unum duo resis-
tent ei. quia dicunt pro se invicem deo
deprecari. Et Boecius in libro de discip-
plina scolarium. Prudens discipulus
sibi aliquo consorte gaudeat. Ama-
biles prout dicit Tullius in suo libro
de officiis. Omnium societatum nulla pre-
stantior est. nulla est firmior. quam cum boni
moribus similes familiaritate coniuncti
sunt. Nichil est enim amabilius nec
copulacius quam morum similitudo bono-
rum. Et Prosper in libro epigrammatum. Re-
quisita propria non sunt honore. In-
quocumque bonum quae tua nostra ame-
dic tamen vel pravos vites concordia
mores. nichil est sunt pacis federa cum
viciis. Exercitio studii coequales.
Nam et si omnes homines ex caritate
diligere tenemur. nescio quo alt-
ius inflüit animi. ubi pluritas

recessert studiorum. Unde Ouidius
in li° de ponto. Ingenijs e aliqua co
cordia uictis. Et seruat studij federa
quisqz sui. Rusticus agricolaz mi
les ferabella gerentem. Rectorem du
bie nauita puppis amat. Et Boe
tius in li de disciplina scolarium. Pro
dens discipulis semp aliquo sorte
gaudeat. cum ppriam consciam dete
gere valeat. cum in bilia fortuna
diligent subueniat libellis gau
deant priuatim questiunculis cer
tatim emendabili recordatone gra
datim castigaconis felicitate gusim
Et sic mos eos mutue dilcois inte
gritas pmaneat. pmem tpis ros
instillans. i meo inundans. insine
vero inebrians exstat. Hic per ar
tem oppositam pueros retrahit a

Ex qua opposita uite consortio
se posita magis patent. Ca
uendum pueris

A nocivo comitatu
A nocivo famulatu
A nocivo ingratu
A nocivo affectu

A nocivo co
mitatu qui
bona mala
exemplis a
ptur astu
tiorum

tueritur adiuuia. Quia secundum Ecclesiasti
cum qui tangit picem coinquinabitur. Idea
Seneca moralis. Cum his versare qui te
factura sunt. et illos admitte quos
tu potes facere meliores. nec solum alij
expedit pueros meliores here socios
i moribus uel scia quos se. sed etia
minus puectos. quos magis et magis
prouibus procede enitatur. Ca. ut
in 3° de ar. amandi dicit Ouidius. Ta
ben fortis equus reserato carcere currit
Cum quos preceat quos qz sequatur hz
Et eni etas puilis sic dein e sit foe
bilis. Cum sto scius eris et tu puso
puectes. Et ro secundum Kathonem Pprimis
esto bonis. A nocivo famulatu p
uidiat et docz. Boetius i li° de discip.
scolarium. Lotaciu et vetularu verecd
summope captanda e. nedum venit ad
suggerat ingnatu. ul amancips ex
hat pmollitu. qz mancipiorum raro
inuenitur clementia. raro ergo magone
constancia. ve autem seducenti mancipio
i quo plenaria confidit dominantis di
lectio. Bonus Biligius procul ex
pellatur. et ipius iminente negotia
statim deponatur. lis ssanguinitate prime
exstat. Bonoru quippe crudelitatem mul
tos videmus iactura incurre. A no
cio ingratu. Un Petrus in eps ad ale
xum de institutione filie. Pessimus est
inquit malorum emulator. Unde greca
hystoria narrat. Alexandrum orbis
dominatorem Leonidis pedagogi sui
non potuisse vicijs carere i incessu et
moribus. quibus adhuc paruulus fue
rat infectus. A nocivo affectu. Na
anniciarz puilem vagus et lasa
uies erat affectus. diuariacis pedes
suos omni transeunti sine rone sine
ponde sine mensura. sine alicuius
comodi ul incomodi ssideratione. hoc
ad tpus vehementius afficit. artius
stringit. blandius allicit. Ex affectus
sine rone motus bestialis e. ad qz
illicita pronus. ymo inter licita et
illicita minime discretiuus. Et ro qa
i pueris magis affectus regnat. cauen
ne sit inordinatus. quia inter plurima
familiaritas nimia parit contemptum
Et plautus dicit. Nemini te nimis
sodalem feceris. Un Aug. in confess. li°.
iij° ponit exemplum de quodam amico
suo immoderato se dilecto. Hic agitur
specialiter de iniformentibus addoctione
Et primo de doctoris electione. Secundo
de eruditione. Tercio de correptione
Quarto de moderatione. Circa primum de
electione ordinatur. qd qui inductore eli
gitur debz pollere in iiij° que sunt

consciencia. Scientia. Eloquentia. Docendi pe-
ritia. Consequenter ponit quattuor Se-

Expeditis in generali quibusdam que
pertinent ad inchoationem eruditionis
quantum ad personarum statum temporis et locorum
vel consortium. Nunc procedamus in specia-
li. Primo tangentes ea que pertinent ad
doctrinam. Secundo que ad disciplinam.
Circa doctorem quantum ad primum quattuor sunt:

Doctoris electio	Eligatur igitur doc-
Electi eruditio	tor qui polleat
Erudientis correctio	et vita pura
Corripientis moderatio	et conscientia

scientia eloquentia et docendi peritia. Vita
pura et conscientia ut non redarguatur
propter iniquitatem. Nimis turpe est doctori
cum culpa redarguit ipsum. Ut reiecta
culpa ostendat maturitatem. Unde Sidonius
in quodam libro. Alexander quamvis est spe-
ciosus et absque pondere sermo quibus
quem non gravius edidit auctor. Rumores
quos facit levitas auctoris inanes. Ut
maturitate ostensa se ipsum inducat in
exemplar. Unde Seneca in epistolis.
Homines amplius oculis quam auribus
credunt. Longum est iter per precepta, breve
et efficax per exempla. Ut ex bono opere
quod ostendat habeat auctoritatem. Seneca. Illum
elige quem magis mireris cum videris
quam cum audieris. Et Ambrosius super Lucam. Ipsa
lia sine fructu suspecta sunt michi.
Tales enim vestes habent [illegible]
Et Hugo de disciplina scolarium. Cuius-
quis officium magisterii desiderat, virtutum
morum honestate oportet ut polle-
at, sit constans in vultu, pius in
affectu, virtutibus insignis, bonita-
te laudabilis. De quadruplici scientia doctoris
·1· Eligatur doctor qui
polleat scientia que originem habeat
assiduitati, ut non totus pendeat ex
aliorum dictis sed inveniat non exceptis
prius dictis varie prius. Illum erudito-
rem elige quem magis admireris quam
audieris. Nil magnificum docebit quod
ipse nil didicit. Seneca. Quia magistri [illegible]
auditorum narrantes, attamen audiendi
sunt, ut qui retransferit rumores. Aug-
·2· mentum habeat ex affectu humilitatis. Item pu-
nitus. Ubi humilitas ibi sapientia. Alioquin
superba scientia magis est demoniaca quam
humana. Demon enim interpretatur sciens.
·3· Consummationem enim habeat in auditu et re-
latu utili. Qui addiscat utilia et do-
ceat non falsa non superflua non nociva.
Nam ut dicit in poetria Oratius: Aut pro-
desse volunt aut delectare poete, aut
simul iocunda et ydonea dicere vite.
·4· Consummationem in iudicio et mentis sta-
bilitate. Nam ut dicit Lactantius de falsa
sapientia. Unde abest scientia id totum possi-
det opinatio. Id enim opinatur quisque
quod nescit. Propter hoc philosophi quidam qui di-
sputant in celo quid agatur. Mirum si
impune id agere arbitrantur. Quia
nemo existit qui errores eorum arguat.
Qui si estimarent descendere aliquem
qui eos mentiri et delirare doceret,
numquam de dubiis rebus quas scire
non possunt disputarent. Nec tamen ideo
feliciores putanda est eorum imprudentia
et audacia quia non redarguuntur. Re-
darguit enim eos vera sapientia cui soli est
omnis veritas manifesta. Et quia non
attingitur soliditas veritatis, va-
rie succendunt opiniones hominum ut vix
inveniatur aliquid stabile sive firmum.

De quadruplici eloquentia doctoris

Eligatur etiam doctor qui polleat
eloquentia. Nam secundum Tullium in
rethorica: Scientia sine eloquentia parum
prodest. Sit igitur eloquentia doctoris
·1· integra non balbuties. Certe ut dicit Quin-
tilianus. Prolixa similiter per se eloqu-
entia non. Tamen sic dicit Boecius: ut malo bal-
bucientem ingeniosum sententia de

lumini. quia seducentis ueritatis dul-
3 core glaciei. Sit apta non uerborum fa-
leris se componens. prout dicit apostolus i.
Cor. Loquimur non in doctis humane sa-
piencie uerbis. Sit apta non inpugnan-
tis. prout dicit palladius in primo libro
de agricultura. pars est prima pru-
dencie ipsum cui precepturus es per-
estimare. Quidam enim teste apostolo lac-
te indigent. quidam uero sollido cibo.
4 Sit grata non fastidiens. Suauitas
enim doctrine delectacione quadam demulcet
auditores. et eosdem reddit atten-
ciores. Sicut ait ecclesiasticus. tibie et psal-
terium suauem faciunt melodiam et
super utraque lingua suauis. Et quoniam
intitulatur de doctore hoc plenius diximus
ideo de illis ad presens supersedemus

De quadruplici docendi pericia doctoris

Eligatur etiam doctor ipse qui uiris sequitur
polleat docendi pericia quod fit in
modis. Si seipsum faciat intelligi. unde
1 prosper in libro de vita contemplatiua. tan-
aptius debet esse sermo docentis. ut ab
intelligencia sua nec quamuis imperitos
excludat. sed in omnium audiencium pectus
cum quadam delectacione descendat. unde
i. Neemie dicitur. Legerunt in libro legis di-
stincte et aperte ad intelligendum et intel-
lexerunt cum legeretur. Si quod intelli-
2 gi uult breuiter faciat intelligi. gaudet enim
breuitate memoria. gaudent enim breuitate
moderni. Et ut dicit petrus super penitentiam
libro i. Nimia prolixitas onerat sensus
legentis et inmoderata breuitas preci-
dit studiosorum desiderium. Est autem bre-
uitas ut dicit tullius in prima retho-
rica. Dum nullum nisi necessarium assumi-
tur uerbum. hanc autem breuitatem multum im-
pedit. cum homo iterum loquendi uiam
non preuidet. nec assumit. ut enim ait
horacius. Nusquam deuenit qui quot
uidet sequitur calles. Ut dicit quod in libro

metamorphoseos. Ouidius [illegible]
Inopem me copia fecit. Et in libro v. de
fastis. Sepe stat incertus et nescit quo
sit eundum. Cum uidet ex omni parte
uiator iter. Si quod utilius est faciat
3 eligi. Quia ut dicit in i. libro de doctrina christi-
ana. bonorum ingeniorum insignis
est indoles. uerum in uerbis amare non
uerba. Sic etiam dico quod inter multas
opiniones est melior explananda
et in doctrina commendanda. Hodie quot
capita tot sentencie. Omnis enim qui con-
stituit doctores. et nouas fingit
opiniones. quorum doctrina potius
est carnalis quam doctrinalis. Quos in-
uitat. Seneca in exhortacionibus suis. Non
aliter intueri debet quam medicos
quorum tytuli habent remedia pixides.
4 Si seipsum faciat diligi. Cum enim do-
ctor diligitur a discipulo frequenter
et eius sententia cordibus auditorum effi-
cacius instillat. Unde boetius in libro
de disciplina scolarium. Scolasticus
doctorem suum intuendo diligat et
eius mansioni si fieri potest cohitando
se inserat. ut cum locus fuerit idem
requirendo recitet. Si uero se non fa-
ciat diligi contingit illud. petrus libro ii.
ad gal. dicitur. Raro conuenit ut bene
consenciant magister ac discipulus. uel
si iste doceat. quantum ille possit hau-
rire. uel tamen suscipe doctus. quantum do-
ctor ingerere. hec petrus. Unde frequenter
nascitur contra doctores auditorum que-
rimonie. Et ut ait Quinti-
De nimia prolixitate uel breuitate } lianus
De nimia subtilitate uel ruditate } libro x de
De lingwe uelocitate uel tarditate } in-
stitucione oratoria. Sicut feruentem spar-
gunt semina. nisi premollitus fuit sul-
cus. terra sua conualescere nequit.
nisi sociata tendentis. accipientis
que concordia. De erudicione que in in[ferio]re

consistat · s · ut consideret in discipulo tempus erudicionis preuium · consideret naturalis condicionis ingenium consideret docendi ordinem · consideret doctrine modum · et circa primum de tempore per hoc facit naturam exempla philosophia gratia · et sequitur

Post electionem doctoris secundo erudiendi
consideret igitur doctor in discipulo
tempus erudicionis preuium | tempus
naturalis condicionis ingenium | erudi
docendi ordinem | cionis
doctrine modum | preuium
ut dictum est supra · est infancia vel
puericia · Quare dicitur in doctore manifestum
maiore diligenciam · Et ad hoc primum facit
Natura | Nam bruta in etate in-
exempla | uenili facilius domantur
Philosophia | aues domesticantur · Cera
Gracia | mollis facilius impres-
siones recipit · terra munda facilius
aratur · quam illa que lapidibus plena
est · vel spinis horrescit · Sic auicule
que in nido capte sunt · melius gar-
riunt · Exempla sicut ait barro ad
athenensem auditorem · Sapiunt
vasa quidquid primum acceperint · Sic est
inquit de infantibus · Et in epistolis o-
racius · Quo semel imbuta recens
seruabit odorem testa diu · Et o-
uidius in epistolis · Aes fit ut teneris
crimen condiscat annis · Cursor etiam
non pegnus est fatuus · qui tota die
ociatur · et in vespere dietam aggreditur ·
Rumque etiam puticidus non innectit
sed virgulas tenellas · Oculariter in-
fert · philosophia · quia teste aristotele non
parum differt sic · vel sic assuescere a iu-
uentute · Et sicut ait plato · Memoria
seruis se habet admodum lapidis qui
impressionem cenam recipit cum diffi-
cultate · Memoria pueri admodum aque
que omnes impressiones recipit facile

Gracia · quia puerilis etas aptior est
ad domini seruiendum · Sic dominis carnalibus plus
placere solent seruicia iuuenum quam
senum · vtpote quia sunt pulchriores · Vn-
de in genesi · Joseph qui erat decore facie
et venustus aspectu · dno suo legitur pla-
cuisse · Quia sunt forciores · Sic dauid
placuit saul · qui interpretatur manu
fortis · qui fuit etiam aspectu deside-
rabilis · Quia sunt mundiores · vnde
in psalmo · Ambulans in via immaculata
hic m ministrabat · Offerunt enim deo
similam mundissimam puritatis · Semi-
ores aut furfur vite siue vilis ex-
tremitatis · Ille tamen abel de adipibus
gregis · Iste tamen cayn de spinis corro-
sis · Illi vinum purissimum · Isti feces
turbidas · et acetum · Quia sunt agili-
ores · vnde salomon in prouerbiis dicit · Vi-
disti hominem velocem in opere suo · coram
regibus · i · angelis stabit · pulchri-
ores ergo sunt per innocenciam | et
fortiores per penitentiam | perseue-
mundiores per continenciam | ranciam
agiliores per operis instanciam | Ex quibus
patet quod aptiores sunt pueri · ut in illa
etate ad bonum omne debeant erudiri

De consideratione ingeniorum secundo

Consideret etiam circa | in minoribus
conditione erudiendorum ingenium · et
secundum eorum condicionem congruum prestat
documentum · Nam ut ait boecius · Sunt
quidam obtusi · alii mediocres · alii
acuti · alii acutissimi vehementer · Ob-
tusi magis sunt apti circa mechanica
quam circa phisicam · Mediocres vero circa
politicam vel ciuilia · Acuti vero circa na-
turalia et medicinalia · Acutissimi
autem circa methaphisicalia et diuina · Ita
quod vni est nimium alii est parum · Et vni
subtile · alii grossum · Et diligens
doctor considerat et docens pro eorum
condicione dispenset · Sic autem facilius

et optime faciunt qui artes et naturam circa idem conveniunt. Igitur ubicumque ingenium est secundum propriam virtutem. Sicut et talis secundum corporis capacitatem. Unde illi qui tenuibus dant subtilia. Dicitur in ysaia. Confundentur qui operabantur linum plectentes et texentes subtilia. Et beatus Bernhardus ad Cartusienses. Difficilium meditatio spiritualium fatigat non reficit teneriorem animum, frangit intentionem, hebetat sensum.

Inde est quod videmus aliquos sepius decipere et extendi extra propriam facultatem. Unde secundum quod dicit ptolomeus in proverbiis. Stultus est qui ignorat anime quantitatem. Propter hoc antiqui philosophi cum pueros erudiendos assumerent ex phisionomia et dispositione corporis que sunt elementa nature, quid facultatis inesset animabus latenter subtiliter annotabant, et eos artificiis illis mancipabant. **De consideracione ordinis in erudiendo et ostenditur multiplex ordo**

Consideret etiam ordinem erudiendi. Quorum alius est in disciplinis, ut grammatica prior est dyaletica, et ideo prius addiscenda et a doctore tradenda. Unde ut dicit Quintilianus in libro i de oratoria institutione.

Nisi grammatice fundamenta fideliter iecerit quidquid superstruxeris corruet. Necessaria pueris, iocunda senibus, dulcis secretorum comes, et que vel sola omni studiorum genere plus habeat operis quam ostentationis. Et in grammatica secundum Boetium primo fit elementorum receptio et coniungendorum artificiosa coniunctio. Secundum autem Alforabium in libro de ortu scientiarum, principium omnium scientiarum est scientia de lingua, id est de impositione nominum rebus, scilicet substantie et accidenti. Secunda est grammatica que est scientia ordinandi ipsa nomina rebus imposita et componendi orationes. Tercia logica que est scientia ordinandi propositiones ad eliciendas conclusiones quibus perveniatur ad ignotorum cognicionem et ad iudicandum de illis utrum vera vel falsa sint. Quarta est poetica que est scientia ordinandi metra secundum proportionem dictionum et tempora pedum ac numerum eorum. Deinde cetere sicut alias sunt ordinate. Hugo quod dicit in libro de divisione scientiarum. Quarum prima est lingue scientia. Secunda logica. Tercia doctrinalis. Quarta naturalis.

Quinta divina. Sexta civilis. Nos autem per Richardum de sancto victore primo eloquentiam, deinde ethycam, tercio theoricam debemus addiscere. Sub eloquentia trivium comprehendimus. Sub ethica tres morales. Sub theorica mathematicas et speciales. Alius ordo est in libris ut donatus prius legendus est prisciano et Cathilimarius in garronis. Alius est in narracione qui duplex est. Naturalis cum res conferuntur eo ordine quo gesta est. Et artificialis cum id quod gestum est postea prius narratur. Alius in exposicione. Exposicio tria continet: literam, sensum, sententiam. Litera est congrua dictionum ordinatio quam etiam constructionem vocamus. Sensus est facilis quedam et aperta significatio quam litera prima fronte profert. Sententia est profundior intelligentia que nisi expositione vel interpretatione non invenitur.

In hiis ordo est ut primum litera, deinde sententia inquiratur, quo facto perfecta est exposicio. Ordo autem in disciplinis attenditur secundum naturam, in libris secundum dependentem numerum, in narracione secundum dispositionem, in exposicione secundum inquisitionem. Et dicit magister Hugo de sancto victore ad ordinem tamen ut illud addiscamus prius quod est ad salutem magis.

De consideratione modi quantum ad minus essencialia articuli propria distinctio

Considerat etiam erudiendi debitum modum. Ad quod videnda sunt in primis tria. Et distincte primo consideret quid sit artium essentia, deinde que sunt earum appendicia, tertio que sunt earum propria. Tria quidem distinguenda. Essentialia dicuntur ea sine quibus scientia non habetur, ut sunt philosophie partes et sue speciales. Appendicia vero que similiter ab artibus, tamen sine illis potest esse homo in arte perfectus. Inde quasi talis est doctrina qualis in gramatica est poetarum carmina vel auctorum historia. Primo igitur debet operam doctor ut ea que sunt artium statim audiat. In his enim veritas simpliciter aperte et pura, cuiusmodi sunt vii artes que sunt omnium stabilium fundamenta et philosophie etiam totius instrumenta. Deinde si vacat etiam appendicia legere, cuiusmodi carmina poetarum, tragedie, comedie, satire, heroydica, lirica, fabule, hystorie huiusmodi legantur. Cum ea ludicra seriis admixta solent animos mirabiliter delectare. Exquisita quedam ipsa supra sunt, solent eruditatem plurimum illuminare. Et licet multi vana septem artium habitu alias contempnant aut non addiscunt, ipsi se fallunt, cum omnes vii artes hee principales adinvicem sibi connexe persistant. Unde est quod antiqui omnes artes memoria sic tenebant, ut teste magistro Hugone, quascumque scripturas legerent vel quascumque questiones audirent, earum artibus regulas et rationes ad diffiniendum de quo dubitabatur, folia librorum revolvendo non quererent, sed statim singula corde parata haberent. Hinc accidit eos plura scribere quam nos legere possimus. Sunt autem artium propria, ut cernimus quod sua est unicuique sua. Non in gramatica disputemus de silogistica ratione, sed proferat unaquaque expressius specialia, ut singula queque locum teneant. Sortitur docent ut usurpent manus officium oculi, non gramatica officium dyalectici. Non in dyaletica legant phisica. Non ea que in alio tangunt, omissis propriis specialibus et principalibus explanent. Sicut quidam irrisione digni, ut videantur scioli, methaphisicas questiones loquuntur in prima pagina Porphirii, et quasi totum libellum titulus suum liber, et distincte tradenda. Hec autem sunt distinguenda. Hoc autem fit quando consideratur quod in qualibet arte debes hec duo distinguere: primum qualiter oporteat de ipsa arte agere; secundum qualiter eius artis cuiuslibet rationes rebus aliis accommodare. Hoc est agere de arte et agere per artem. Nam de arte agit qui regulas et precepta ad illam artem pertinentia tradit per artem. Et artificialiter agit qui regulas et precepta applicando ad materiam non delinquit. Sic Priscianus agit de arte cum gramatice regulas tradit. Sic gramatice et secundum artem agit qui regulariter secundum gramaticam loquitur vel scribit. Cum igitur doctor agit et docet de qualibet arte compendiose loqui, et quanto brevius potest debet id de quo agit explanare. Non omnia dicenda sunt que dicere possumus, ne minus utile dicamus ea que dicere debemus. Sed doctor principaliter id in unaquaque arte dicat quod ad artem de qua erudit specialiter pertinere constat. Hoc dicimus propter imperitos qui impediunt principalia.

De puerorum correpcione, ubi iiii attendenda sunt: ordo peccatorum, peccatorum transgressio, verborum admonitio, verberum afflictio.

Post electionem et erudicionem videamus eruditoris correpcionem

Corripiendi siquidem sunt pueri ut possint tamen seipsos quam virtutibus informare. Sicut scriptum est. Curva cervicem eius in iuventute et tunde latera eius dum infans est ne forte induret et non credat tibi i. cum induratus fuerit et adultus non possit corrigi. Et in prouerbiis dicitur. Stulticia colligata est in corde pueri virga discipline fugabit eam. Sic enim equus indomitus evadit durus sic filius remissus evadit preceps. ut dicit ecclesiasticus. Sicut enim equus indomitus vadit extra viam quo potest durus ad calcaria durus ad frena et quasi infrenabilis propter oris duriciam. Sic remisse disciplinatus discipulus viam iusticie deserit. inhoneste se gerit. monita spernit et arguentem facit pro monitorem. Unde plutarchus philosophus imperatoris traiani magister in libro quem fecit de instruccione traiani ait. principatu tanto iudicatus es dignior quo nomine ambicionis videris esse remotior. Gratulor fortune mee tue quam gerulibe virtuti. si tamen recte gesseris quod probe meruisti. alioquin te et me periculis detrahentium linguis subiri non dubito cum imperatoriam ignaviam roma non ferat. et sermo plebeius effundere delicta discipulorum in preceptores soleat. Sic Seneca Neronis sui nomine detrahentium linguis carpitur. Adolescentium suorum temeritas in quintilianum refunditur. Et Socrates in pupillum suum fuisse clemencior criminatur. tu vero optime geres cuncta si non recesseris a te. Si primo te composueris ad virtutem recte [illegible] procedent pollitice constituciones. maiores tibi vires [illegible] cum [illegible] obsequens plutarchum habes auctorem vivendi. alioquin presentem epistolam testem invoco. quod in perniciem imperij non pergis auctore plutarcho. Ideo circa corripiendum hunc attende

Occasionem peccatorum
Transgressionem preceptorum
Admonicionem verborum
Inflictionem verberum

Occasio peccatorum est in pueris. Quia ut in Gen. dicitur .8. proni sunt ab adolescentia in malum sensus et cordis humani cogitaciones. Nam ut dicit Calcidius super plathonem. Habilior est anima puerilis et inquieta magis propter [illegible] mentis imbecillitatem nondum bene firmatam. Deinde propter nimium calorem et humorem in illa etate habundantem. Propter quod plato ait in libro de legibus. pueros nimis ignis [illegible] calide. et propter inordinate sue iudicio et impube omnis motus [illegible] in pueri celebrari. Ad specu[illegible] Aug. in libro confessionum. i. v. [illegible] quod quedam opera infancium est non prodeunt in effectum. non tamen excusant affectum dicens. Imbecillitas membrorum infantilium innocens est non animus infancium. Vidi ego et expertus sum zelantem puerum. nondum loquebatur et intuebatur pallidus amaro aspectu collactaneum suum. Unde est quod pueri iactant membra et voces que sunt signa proximi motus et significant [illegible] voluntates indignantes flent et flendo vindicant se de non obtemperantibus sibi plangunt gemunt dentibus stridunt pedibus elidunt. et si alij non reprehendant infantes non est hoc. non quia reprehendenda non fuerint sed quia non intelligunt arguentem.

De preceptorum transgressione multiplici

Attende eciam tres in pueris Agressionem preceptorum. Non enim est infans unius diei innocens super terram. Sed hoc interim obmittamus et delicta alia replicemus. Frequenter enim peccant agentes contra precepta paren-

et etiam ingratu · cuderint adlu-
dos ad spectacula vana · professores
oculos in rebus illicitis · libentius
audiunt fabulas quam discant textus
vel scribant libros · peccant in modo
discendi · dum postponunt utilia p-
mo odiunt necessaria · Delectat eos spe-
ctaculum vanitatis · ut in virgilio equus
ligneus plenus armatis · et troye
incendium · atque ipsius umbra creuse
nec hoc dicimus quia in rebus vanis
multa sunt addiscenda plena utilitatis
Nam verba poetarum bona sunt pueris
addiscendis · licet in eis propinetur er-
ror ut in vase venenum · unde Augustinus
in primo confessionum · ubi agit de libris iniquis
continentibus flagitia deorum · ostendens
quod mali sunt · et continent excusa-
tiones in peccatis · quia quasi excusat se de-
formitate quam in poeta legitur hoc fe-
cisse · et qui ceteris magistro se adlibi-
dinem provocet et invitet · Augustinus
Non accuso verba quasi vasa electa
atque preciosa · sed vinum erroris quod
in eis nobis propinabatur · et nisi bi-
beremus cedebamur · nec appellare
ad aliquem iudicem sobrium licebat
vasa preciosa et electa · dicit Augustinus
hinc verba nascuntur · hinc acquiritur
eloquentia rebus persuadendis et sen-
tentiis explicandis · valde necessaria · sed
tamen hoc plane profero · quod utilius
addiscebantur in puerilia aliqua mo-
ralia quam flagitia poetica · et sa-
tis puerile ingenium exerceretur · et lin-
gua · Sunt enim poetica figmenta vel
veritatis integumenta · Peccant etiam
qui invident sociis melius addis-
centibus · unde Augustinus libro sexto de ma-
gis cavebam barbarismum facere
quia cavebam si facerem non facien-
tibus invidere · Peccant in appetitu
laudis · ubi placere volunt homi-
nibus intuitu vanitatis · Peccant

mendaciis plurimis socios quam insec-
tes · simbolis ludis inimicis · pug-
nis furtis · inobedienciis · unde Augustinus
ubi supra · Fallebam innumerabilibus men-
daciis et pedagogum · et magistros et
parentes amore ludendi · studio spe-
ctandi nugatoria · et imitandi ludi-
cra inquietudine · Furta etiam facie-
bam de cellario parentum · et de mensa
vel gula imperante · vel ut haberem quod
darem pueris ludum suum · in quo pa-
ter utique delectatur · cum vendentibus · In
quo etiam ludo · fraudulentas victo-
rias vane excellentie cupiditate vic-
tus sepe occupabar · quid autem tam
nolebam pati atque atrociter · si depre-
henderet arguebam · quam id quod a-
liis faciebam · et si deprehensus ar-
guerer sevire magis quam cedere
libebat · Ista ne est innocencia puerilis
Peccant etiam quod plerumque iactant
se fecisse quod non fecerunt · ne reputentur
inter socios viliores · quo fuerunt in-
feriores · Multa etiam dicunt ut videantur
quod non faciunt vel dicunt · si soli essent
quia homines soli vix vident · ideo fu-
gienda sunt prava consortia · quia ad
maliorum exhortationem pudet sepeque
non esse impudentem · Quid de pome-
ris que frangunt · destruentibus quos
furantur et carpunt · ubi non est neces-
sitas sed sola puericias · Excrescunt
vepres libidinum · et non inveniunt manus
eradicantis · vel parentum · vel magistrorum ·

De verborum increpatione multiplici
exhortatoria monitoria et increpa-

Attende verborum totius crebri
exprimonicionem · ergo si quid disci-
plinatur debet precedere comminatio · Sic
exprimicionis sunt precedat amo-
nicio · que ubi plus valet · et minus
nocet · quod maxime verum est in pueris in-
geniuis et moribus generosis · Nam
secundum Senecam · declementia ad Neronem

Generosus animus facilius ducitur quam
trahatur. Pueri enim naturaliter sunt timi-
di et ob hoc in voluptatibus suis aliqui
sola comminatione possunt deterreri et ar-
ceri. Unde in Bucolicis. Qui legitis
flores et humi nascentia fraga frigi-
dus o pueri fugite hinc latet an-
.1. guis in herba. Sit ergo animositas exhor-
tatoria ut in eis qui sunt susceptibi-
les discipline quos non oportet violenter
trahere sed blandis inducere. Unde Augustinus
probat in primo confessionum. Quod melius addis-
cunt pueri liberalitate quam coacti necessitate
dicit enim satis elucet maiorem vim
habere addiscendi, pro illa liberam curiosi-
tatem quam meticulosam necessitatem. De
talibus pueris Ovidius de arte amandi
Ingenium celeste suis velocius annis
surgit. Et Stacius in vii thebaidos
Ocius exit eis robur et ingentes spi-
.2. ritus et teneri impetus annos. Debet etiam esse
comminatoria eo quod quidam vel genere
corruptione vel criminali educatione
reperiuntur discoli quos sicut pullos in-
domitos freno discipline et commina-
tione necesse est coherceri. Sicut enim ex
nimis generantibus sepe contrahunt mor-
bos graves, ita ex eis que dicta sunt
contrahunt pravos mores. Exemplum illud
Ovidii in libro epistolarum. Sicut teneros
ledunt iuga prima iuvencos, frena
quod vix patitur de grege captus equus
Sic male vix quod subit primos mores
.3. rude pectus. Debet etiam esse increpato-
ria ut si peccaverint arguantur si tra-
mitem regularem excesserint corriga-
tur. Prout dicit Augustinus quia potestas est
corripere quia homo miserere. Unde
in psalmo Corripiet me iustus in misericordia et
increpabit me. Sic enim agit misericor-
dia cum puero qui castigatur et in-
crepatur sicut freneticus qui ligatur vel
cum eo qui per capillos extrahitur ne sub-

.4. mergatur. Sic enim crebra lectio in
principio non videatur doctor proficere
tamen non debet ammonitione cessare. Unde
in proverbiis. Erudi filium tuum et ne despe-
res. Nam ut dicit Iulius Celsus Rerum
omnium magister est usus. Et Tullius in oratione
pro Cornelio Balbo. Usus inquit
assiduus uni rei deditus et ingenium
et artem sepe vincit. Ideo sicut dicit
Salustius in Iugurtino, plurima sunt que
nunquam sint, cum suetudine tamen fiunt pro
nichilo. Hinc etiam Ovidius in libro
de arte. Tempore difficiles veniunt ad a-
ratra iuvenci, tempore lenta pati fre-
na docentur equi. Ferreus assiduo
sumitur anulus usu. Interit assidua
vomer aduncus humo. Et in secundo
libro Nichil assuetudine maius. De
verberum inflictione quibus debent in-

Attende etiam afflic- fligi et recipi
tionem verberum ut sint virge feru-
le scutice corrigie quibus agitur ut in-
pueris inscitia debelletur. Prout
dicit Augustinus xxi de civitate dei. Quid sibi igitur
volunt multimode formidines que cohi-
bendis parvulorum adhibentur vanitati-
bus. Quid pedagogi quid magistri quid
ferule quid virge. Quid enim hominis te-
neris agitur nisi ut imperitia debelle-
tur et prava cupiditas infrenetur cum
quibus malis in hoc seculo venimus. Quid
est enim quod nisi cum labore discimus
sine labore nescimus cum labore scire
nimus, sine labore inertes sumus. Non-
ne inquit apparet hic humana natura
velut pondere suo proclivis existat
et quanta ope ut inde liberetur indige-
at. Nota ergo quod verbera pueris infli-
guntur ex dilectione. Quem enim dominus magis
diligit plus verberat et affligit et
flagellat dominus omnem filium quem recipit.
Unde in proverbiis dicitur Disciplinam domini ne
abicias nec cum ab eo corriperis, que enim

dominus diligit corripit· et quasi pater in filio complacet sibi· Et in psalmo· Si dereliquerint filii eius legem meam visitabo in virga iniquitates eorum et in verberibus peccata eorum· Et in ysaia· Egredietur virga de radice yesse· Interpretatur autem yesse incendium· quia correctionis intencio fit virge percussio· quod ait dominus· Ego quos
2. amo arguo et castigo· Secundo proficiunt in vitiorum extirpacione· Illuminant in cognicione et erudicione· Exigunt puerum in sue innocencie debite perfeccione· Audi de purgacione· Sicut ignis purgat et tollit metalli impuritatem et scoriam· et ventus purgat agrum a palea et lima rubigine· ita et verberum ictus tollit animus feditatem· Unde Boecius in libro de disciplina scolarium· Beatus despuens qui patri suo morsu acutissimo precidit nasum· quia cum fuerat puer insolens et deditus viciis· correptus et correctus non fuerat· sed vitam terminavit per laquei obprobrium et in patibuli suspendium· Audi de illuminacione in ste^a scribitur etiam translacionem septuaginta ponitur dolorem et flagella erudicionis rerum· quia qui ignem excitat· prius fumo affligitur quam ad ignem veniat claritatem· Sic enim ex felle piscis illuminati sunt oculi Thobie· quia prius verborum amaritudine illuminamur erudicione· Et secundum ysaiam· Illos docebit dominus scientiam· qui sunt ablactati a lacte· Cor enim Salomonis ideo funditus sapiencia deseruit· quia sub virge disciplina non fuit· Audi de perfeccione pueri· Cum delicijs dissolvitur in bono· verberibus solidatur· Sicut vasa lutea igne firmantur· sic ictibus per disciplinam
3. interiores perficitur· Tercio corripi debet sine odiis immutacione· sed cum gravitacione· Si enim asinum suum· aculeis et calcaribus indigeamus· Unde dicitur in Ecclesiastico· Cibaria et virga et onus asino· panis et disciplina et opus servo· Nam quod debes cum stimulo calcitrare nisi te nobis iratos sicut vulgariter dicimus pungere· Propter hoc etiam flagellatus est rex Ezechias· quia cum deus eum ab hostibus liberavit· gratias deo non egit et sinem infirmitatis incurrit· Propter hoc Jeremias dicit· Ego video virgam vigilantem secundum aliam translacionem· Nux enim habet amaritudinem in cortice· dulcedinem in nucleo· quia amaritudo verberis et dulcedo correccionis conjugari debet in predicto verbato· Quarto corripi debet sine cordis et operis obduracione· Dicit enim Ecclesiasticus· Vir prudens et disciplinatus non immurmurabit correctus· Nam sicut testa vacua ad ignem crepat· plena non crepat· Et sicut aqua petram lutheum dissolvit marmoreum vero pulchriorem efficit· Ita mali sub virga immutant obdurantur male dicunt et calcitrant· Et in Ecclesiastico· Precordia fatui quasi rota carri· Carrus enim vel currus semper portat et quasi stridendo dum portat murmurat· Hii sunt de quibus Jeremias dicit· Percussisti eos et non doluerunt· attrivisti eos et noluerunt recipere disciplinam· obduraverunt faciem suam super petram· Et in proverbiis· Verberaverunt me et non dolui traxerunt me et non sensi et cetera· Tanto siquidem quis egrotat periculosius quanto insensibilius.

De correpcionis moderacione que consistit in modo· affectu tempore modo loco Sequitur

Post electionem erudicionem et correpcionem Videamus corripiendis moderacionem ubi attendas
- correptoris affectum
- correpcionis modum
- corripiendi tempus et locum

Affectus debitus requiritur in doctore· ut non ex ira immoderata corripiat· vel furore vel ex zelo pocius et amore· Propter hoc

marcha testanti. Continentur sunt ista tria
Virga. tabule legis. et manna etc.
Virga severe correctionis
Manna mansuetudinis consolationis et com-
passionis. Tabule discretionis
Modus etiam servandus est. quia ut dicit
Quintilianus in epistolis tractari mollius e-
tas imbecilla solet. Et Quintilianus li.
2. de oratoria institutione. Ingenia puero-
rum nimia emendationis severitate deficiunt
desperant enim et dolent et novissime
oderunt. et quod maxime nocet omnia ti-
ment nichil conantur. Lex enim humana
senioribus propinquius potestatem tribuit
iuniorum delicta corrigendi pro qualitate
delicti. quod tamen cum moderamine quodam
et iuste quem parte concedit. ut in immen-
sum hec licentia non extendatur. Nam
si atrocitas facti emendationis dome-
stice ius excedit. placet enormes
delicti reos iudicibus tradi nocentium. Af-
fectum autem moderatum voco illum qui
medius est inter remissionem et crude-
litatem. quod dicimus clementiam. Unde Seneca
in 2 libro de clementia ad neronem. Cle-
mentia est temperantia animi in potestate
ulciscendi. vel lenitas superioris adversus
inferiorem. Illos autem crudeles voca-
mus qui puniendi causam habent. modum
non habent. sicut phalaron aut busiris qui
in homines super humanum seviebant modum
Non timidius pueris semper ondatur
vultus. Nam imbecilles sunt oculi qui
ad alienam lippitudinem suffunduntur.
Unde in prologo de. Crudus non semper pueris
arridetur. neque semper condolentur. Tempus
etiam congruum est conservandum corre-
ptionis ut scilicet non semper inferatur pena
sed quandoque venia. quia cum oppositorum ea-
dem sit disciplina. parcere autem et punire
sint contraria. qui nescit parcere nescit pu-
nire. Ideo Seneca dicit. Cum malis aliquis parcen-
dum est sicut membris languentibus

medicina minuitur sanguis est. Alii ex
differuntur vindicta ut tempus illud affe-
ratur. quo facilis correptio operetur. Sic
enim phisici curant. ubi usitata remedia non
procedunt adversa sequuntur. Ergo ubi
non proficiat severitate utendum est clemen-
tia et lenitate. Locus etiam requiritur ut si culpe
occulta fuerit est correptio facienda
publice vero si publica. Unde ad Timotheum 1. Pecan-
tem coram hominibus argue ut ceteri
timorem habeant. Sed de occulta dicit Christus in
Corripe eum inter te et ipsum solum. Et
B. ysidorus. Palam inquit arguendi sunt
qui palam delinquunt. ut dum unus a-
perte corrigitur plurimi emendentur. Hec igitur
in fine concludo. quod ita debet procedere mo-
derata correctio. quod eorum relinquatur mo-
deratus timor in pueris. Unde Seneca. Tem-
peratus timor cohibet animos. Assiduus
vero et acer in audaciam incitantes excitat
et omnia experiri suadet. Unde boni
parentes et boni doctores pueros obiurgant
Alii minantur. Alii blande admonent.
Alii increpant. Alii verberant. Nemo at
sapiens ad erigenda supplicia pervenit. nisi
qui remedia consumpsit. Unde Seneca. Prope
est ut libenter damnet. qui cito ut i-
nique puniat. qui nimis. Et infra. Nemo
pessimus pater videbatur qui assidue pla-
gis liberos etiam levissimis causis
compesceret. Utrum autem preceptorem libe-
ralibus studiis digniorem qui excarnifica-
bat discipulos si memoria illis non con-
stitit. aut si parum agilis in legendo o-
culus hesit. an qui monitionibus et vere-
cundia emendare malit. Equum non cre-
bris verberibus exterret domandi peritus
magister. fiet enim formidolosus et contumax
nisi eum blandiente tactu permulseris.
Idem facit venator. Quicumque instituit
catulos vestigia sequi. quique iam exer-
citatus utitur ad excitandas vel persequen-
das feras. nec crebro illis minatur. com-

tundetur enim animus et quodque e mo-
lis gemmiuet trepidamie degem ut
licentiam vagandi erraudi quam passim
concedit adicias. Hiis lig tardiora
agentes iumenta que tu assuetumne
lias et miseriores nata sunt immia
servicia coguntur iugum detractare nul-
lum al mosius e nullum maiori
arte tractandum quam homo et nulli
magis parcendum **De hiis que per-
tinent ad discipulum informandum
et de ordine procedendi in libello**

Expeditis hiis que ad doctorem
ptinent sive ad didascalum p-
cedamus ad ea que ptinent ad discipul
informandum Agentes primo de doctrina
quo ad statum inchoacionis Secundo quo
ad statum pgressionis Tercio quo ad
statum pfectionis Et quo ad statum in-
choacionis primo tangamus antecedentia
Secundo concomitancia Tercio consequentia Qu-
to contraria sive contraria Antecedentia enim
voco que animum discipuli ad addiscendum dis-
ponunt Comitancia que dispositum per-
ficiunt Consequencia que pfectum ordinant
Contraria que impediunt Antecedens est
ut sit discipulus voluntarie subiectus
ad monendum Attentus ad audiendum Do-
cilis ad intelligendum Benivolus ad
retinendum Subiectus magistro Docilis
ingenio Attentus exercitio Benivolus
animo **De voluntaria discipuli sub-
iectione et quod necessaria e ad minor Ad tol-
lendam superbiam Ad inducendam verecun-
diam et reverenciam Ad firmandam
pacienciam Ad tenendam obedientiam**

Primo ergo subiectio e necessaria Na
paruis passibus ambulare
debent scolarium rudimenta et b-
titium incrementa De hac ergo
subiectione dicit Boecius Qui non novit
se subici non noscet se magistrum discipu-
le aut enim fieri magistrum qui se non no-
vit esse discipulum Hec autem est subiec-
cio necessaria
Ad tollendam superbiam
Ad inducendam verecundiam
Ad firmandam pacienciam
Ad tenendam obediam
Superbia claudit
oculos et tumi-
dos efficit qui-
bus causis et
tumescetis ve-
ritatis radios mentis oculos non
agnoscit. vnde Ysid. li. 3. de summo bono
Iniquum consequitur legendo pfectum scientiam
arrogantes Nam quamvis sapientes
in superficie videantur medullitus tamen ar-
chana veritatis non tangunt quia sibi e
nube fpediunt. Hec autem superbia secundum
Boecium Gaudet vestium variacione sequi-
ti pectinis beneficio cesariem polit.
calamistri tortuositate componit. sericorum
varietate lascivit. vultum fuco pingit.
nonnulla pilos sepe precidit gemma-
tis monilibus pectus ornat. ventrem cin-
gulorum varietate castigat. sinum aro-
matibus implet. Albinis totus stolis
incedit. parum proficit parum prodest.
rostratis cumulatis liripipiatis p-
foratis laqueatis stutulatis calcia-
mentis incedit. manicas consuit.
collo elato gutture inflato. supercili-
o nutilato oculo impudico et fas-
tuoso incessu procedit

Ad inducendam verecundiam et reve-
renciam eciam vel magnum e enim
signum reverencie et rubore glose ve-
cundie seipsum subire vnde Ambrosius li.
de off. Sicut in senibus gravitas iu-
venibus alacritas Ita in adolescen-
tibus verecundia velut quadam dote com-
datur nec. Hoc enim recta e pueris i mo-
tu. in gestu. et incessu. i locucione. et i
omni actu. vnde in illa sit arguendi pu-
eri inverecundi. quia quidam iam ad tan-
tam iverecundiam devenirunt quod sese de-
nudare inhonestate et turpiter etc.

Sequitur tercia pars

pia membra. Unde coram aliis non
erubescunt. mulieres osculantur et tan-
gunt. Et quis ita fatuus ut mulierem
osculari vellet si collo eius vel ori
serpens adhereret. Quasi autem circa col-
lum eius est. Dum id agit ut homines
attrahat et lingua eius vipperea
dum blanditur ut venenum infundat. propter
hanc verecundiam vitandam liberantur
pueri. Sic in exemplo monachi. Unde Ans-
helmus Cantuariensis in epistola ad quendam
monachum. Audivi inquit ab abbate
tuo quod maioris meriti iudicas cum mo-
nachus se verberat aut ab alio se verberari
postulat quam in capitulo excepto prelato
non ex sua voluntate vapulat. quod non est
ita ut tu existimas. Illud enim monachus
quod sibi ab sponte indicit regale est. Illud
vero quod per obedientiam invitus sustinet mo-
nachicum est. Illud sepe seculares reges et super-
bi divites fieri precipiunt talia. Illud
vero non precipientes sed obedientes sus-
cipiunt. Illi se soli deo humiliant. propter
peccati conscientiam. Isti vero etiam homi-
ni propter obedientiam. Quod si dicis non tam fu-
gio publicam vapulationem propter dolores
carnis quod ex secreto sentire. quam propter
verecundiam. Scito quod ille fortior est qui
hanc quam sustinere gaudet propter obedienciam.
Tercius gradus est quod in maiori meriti est pa-
vapulatio monachi tollerata pro obe-
dienciam. quia innumerabiles accepte per
propriam sinceram. licet autem in liberis vere-
cundentur pueri. Dixit tamen cum timore
et reverentia sustinere. Secundum Iheronimum enim
dominum salvatorem a presidis militibus
verberatum. Et beatos apostolos cesos in con-
ciliis a principibus sacerdotum. Secundum Ieronimum
et martires beatos virgis et flagellis
diversis laniatos. Ter virgis ce-
sus est paulus et a iudeis quinquies
xxxix violentos sustinuit ictus. De
puerorum paciencia. et sequitur

Ad firmandam pacienciam Seneca in
epistolis. Vir bonus quicquid ei ac-
ciderit equo animo sustinebit. Et Teren-
tius. Si equo animo feras fiunt commoda.
equum est te ferre incommoda. Et Cyp-
rianus in libro de paciencia. Sicut portus sudanti-
bus qui diu vivit et laborat. nec su-
dantibus et laborantibus prodest magis
aliquid quam paciencie subvenire solacium.
nec aliud magis iustos et iniustos
discernit quam quod in adversis impaciens ————— p tercia pars
blasphemat iniustus et conqueritur. et
paciencia iustus probatur. Denique paciencia est
que nos deo firmat et commendat. quod iram
temperat. linguam frenat. mentem gubernat.
pacem custodit. disciplinam regit. po-
tenciam divitum coercet. inopiam pau-
perum refovet. facit humiles in prosperis.
fortes in adversis. docet delinquentibus
cito ignoscere. et delinquentem multum et
diu rogare. fidei fundamenta munit. in-
crementa spei provehit. actum dirigit. Hec
Cyprianus. Item teste Platone pa-
ciencia robur est tocius philosophie. Et inpru-
dencia vult propter pacienciam nostram. Sic enim
vinea putatur dextra qui palmites pre-
cidimus et lacrime subsequitur et tamen ex
hoc uberior fructus nascitur. Sic pu-
eri quasi palmites novelli cum egres sapi-
ente precidunt sarculo discipline. Et
sequitur fletus. et post fletum multiplicior
erit fructus. Secundum illud quod dicit dominus. Omnem
palmitem in me non ferentem fructum purgabit
eum ut fructum plus afferat. Sic etiam
datur medicina amara ut curentur
membra. quod tollatur caligo ignorancie et
putredo culpe. Unde Claudianus. Cru-
dentur et ractus ut liceat reliquis se-
cure vivere membris. Et Ovidius in de
remediis. Ut corpus redimas ferrum pati-
eris et ignes. Ut animo valeas quod
quicquam tollerare negabis. Iustinus. Verum
leas multa dolenda feras. Sepe bibi

fucos quamvis invictus inimicos. Et
Allexandria de sexto. Aspice saniat
gravandes potos morbos. Naufragiu
qui timens iactum sepe redemit. Re
uita que potuit et dapnis dampna le
uauit. **De multiplici pertectione obe**
Attendenda est obediam **diencia** 8a
Sic enim Abraham domino obediuit
Et christus non solum verbo sed etiam exemplo
in mundum veniens. et in mundo manens.
et de mundo transiens obediam docuit
Ad Ephesios vi. Filii obedite parentibus
tam corporalibus quam etiam spiritualibus. Ca
feriendum tamen verbis in fronte deuia vi
de. Dicit obedire libenter. Non enim pla
cent deo coacta servicia. Unde et christus
delectabatur in obediencia. Et paulus libenter
offerebat se obedire. Domine inquit quid
me vis facere. paratus enim erat facere quic
quid ei deus vellet precipere. Adhuc grad
non ascendit. qui voluntatem precipientis
sui non facit. Sed aliquibus datum quod fiebat
in ceteris. tunc quod dicat Quid vis ut fa
ciam tibi. Preter hoc in libro confessionum. Op
time domine tuus minister est. qui non in
tuetur hoc audire a te quod ipse voluit
Sed potius hoc velle quod a te audie
rit. Unde Lucanus. Tu quodcumque iubere
velis. Et Seneca. Nulla est tam facul
tas qui sit difficilis dum facias invi
tus. Obediant etiam simpliciter. B. Mul
tos videmus per precipientis imperium mul
tas facere questiones. ubi hoc preceptum sit
unde hoc venit. cuius consilium hoc
venit. Unde innumeras inde frequentes
excusaciones. Impotencias simulacionis. ami
corum aduocaciones. Non sic Abraha
fecit sed simpliciter obediuit. Verus enim
obediens respectu monitori se habet
ut brutum non discuciendo preceptum
quia ut iumentum actus factus sum apud
te et ego semper tecum. **Et in psalmo.** De
duxisti sicut oves populum tuum in manu
moysi et Aaron. Obediant etiam
hylariter non velut extristi aut ex
necessitate. Hylarem enim datorem dili
git deus. ut dicant paratus sum et non sum
turbatus. Ne cum Symone Cyreneo
portet crucem angariatus. vel de
moniacis assimilentur. qui de corporibus
exeunt coacti violenter. Quia sic
nubilosa corporis dispositione et facies tri
sticie. tenebris obfuscata. devotorum
vel hylaritatem signant ab animo re
cessisse. Ita serenitas in vultu dulce
do in verbis. multum colorant obedi
encie obsequitus. quia super omnia vul
tus accessore bonum. Obediant etiam
veloci. Quia secundum beatum Ambrosium
Nescit tarda molimina spiritus sancti
gratia. Et beatus Bernardus. Fidelis obediens
nescit moras. crastinum fugit. paratus
enim precipit. parat oculos visui
aures auditui. linguam voci. manus
operi. pedes itineri. totum se colli
git ut voluntatem compleat imperantis. ut
dicat. Viam mandatorum tuorum
cum dilatasti cor meum. Sic petrus et
Andreas. Iacobus et Iohannes ad primam
vocem secuti dominum salvatorem. Sic za
cheus festinans descendit et christum gau
dens excepit. Quia ut in proverbiis dicitur
Vidisti hominem velocem in opere suo.
coram regibus stabit. Obediat etiam
viriliter sicut christus usque ad mortem ig
nominiosam. qui maluit amittere vi
tam quam obedienciam. Unde Bernardus. Si
turbulos inconmoveat. si presencia resistat
Si maligni tuum iter impediat. tu
tamen obedire viam non deseras. sed di
cas. paratus sum et non sum turbatus. Obe
diant etiam humiliter ne de fortitudine
operis eleuetur. Sed sic in eius Luce
scribitur. Cum omnia feceritis dicite. Ser
vi inutiles sumus. Obediant etiam perseve
ranter. Quia ut dicit Bernardus. v. 8. Incipe

est multorum perseuerare paucorum. Seneca dicit. Qui perseuerauerit usque in finem
hic saluus erit. De uoluntaria dis
cipuli attentione. ubi insuper ponuntur
occupatio rei inferioris. Adhibitio
auris exterioris. Collatio bonis in
terioris. Reuelatio ueritatis superioris.
Et contra primum quadruplex impedimen
tum notatur. Quia interius turbamur.
exterius occupamur. uera remedia dif
feruntur. falsa remedia conquiruntur.

Visso de discipuli uoluntaria at
tentione. Videamus de eius atten
tione. De qua Salomon in prouerbiis dicit. Audi
ens sapiens sapientior erit et intelligens
gubernacula possidebit. Nam sapientia
per auditum acquiritur. | Adhibitio at
per habitum possidetur. | attentionis
per usum efficitur mancipatur. | insuper conti
tinentur. Scilicet quatuor | de exercitia
Ex occupatio rei inferioris | tione rei
Adhibitio auris exterioris | inferioris
Collatio bonis interioris | habes il
Reuelatio ueritatis superioris | lam firmiter.
Qui in nouo actu perpetret sapientiam. Qui
enim uult in litteris proficere magna opus
habet recedendi assiduam consuetudinem. et ani
mum in se colligere ut uirtus magis uni
ta plus infinita possit uehementius
intendere et acutius penetrare. De hic
primo impedimento. Nam dicitur. Quia
interius perturbamur | inter nebulas cum
exterius occupamur | ingenium unius
uera remedia differuntur. Etiam affectibus
falsa remedia conquiruntur. | primus animus
obstrepit cui intus pacis consentit
ociosi uidentur esse nec sumus. Unde
nichil prodest extra silentium dum intror
sum fremunt affectus. Omnia noctis erant
tacite conspersa quiete. Falsum est inquit
Seneca. Nulla placida est quies nisi quam ratio
composuit. Nam etiam dormiente ex
terius quiescente sompniorum anxietas

premit. Seneca. Occupationes exterius. Supremi
occupationes premunt. et de una plures
exeunt. Illa scrimus quas excutere
debemus. unde Seneca. Non debemus occu
pationibus indulgere. excludende sunt. si
semel intrauerint in locum suum alias sub
stituent. principiis illarum obstemus. me
lius non incipient quam desinent. Unde
uera remedia differuntur. Damus enim
nobis dilationem non morbi precauimus aut
ulli occasionem. unde Seneca in persona talium dicit.
Cum hoc peregero toto animo incubabo
et si hanc rem molestam composuero
studio me dabo. non tamen uacantibus philo
sophandum est. omnia alia negligenda
ut huic assideamus. cui nullum tempus
satis magnum est. etiam si a pueritia usque
ad longissimos humani eui terminos
uita producitur. non multum refert utrum
omittas philosophiam an intermittas. Non
enim ut interrupta est manet. Unde falsa
remedia conquiruntur. cum euitamus exterius
silentium et non uitamus interius secum stare
pacem. Hoc Seneca. Peream si est
tam necessarium quam uidetur silentium in studio
seposito. Ecce undique me uarius clamor
circumsonat. Supra ipsum balneum habito. Esse
Animum non cogo sed intentum esse non aduo
care. Quamuis omnia licet foris resonent.
dum intus nichil tumultus sit. dum inter se non
rixentur cupiditas et timor. dum auaritia
luxuria que non dissideant. Et inferius.
Leue id ingenium est nec sese adhuc reddu
xit introrsum quod ad uocem et accidentia eri
gitur. Sed intus aliquid sollicitudinis et sed
aliquid concepti pauoris quod illum curiosum
facit. Ut ait Virgilius. Uidetur et me quem
dudum non ulla iniecta mouebant tela
neque aduersa glomerati ex agmine grays. Nunc
omnes terrent aure sonus excitat omnis
Suspensum pariter comitique onerique timen
tem. Parum enim perficit ad tranquillitatem
locus sed magis animus. Videmus enim

frequit in ciuitate amena et hylari vitos mestos et in loco solitario occupatos *de adhibicione auris exterioris ut audiat integro subsilencio et sine fastidio sine dubio. et sequitur*

Sequitur de exterioris auditus adhibicione. Et primo sit in eciam discendi studio ut audiat exterius magistri propria. Quia ut dicit Jeronimus. Habet nescio quid latentis energie .i. interioris operis viue vocis actus. Et de doctoris vel auctoris ore transfusa forcius sonat. Unde Jeronimus paulinum hortatur ut viam sapiencie siue doctrine non ingrediatur. Et in libro de viris illustribus. Quia nulla inquit secundum omnium pessimum de semet ipsum facit magistrum. Et Simachus in suo epistolari dicit. Aptius esse negocijs in tinnandis modum inuenitur. Secundum est ut audiat subsilencio, prout dicit eciam Audi tacens et proueniet tibi accedet tibi bona gracia. Unde et discipuli pitagore leguntur per primum quinquennium tacuisse. Tercium est ut audiant sine fastidio. prout dicit Ambrosius in libro de incarnatione Christi. Quia aures tempus tenu et plumbo claudit et fastidientes audiant. Ut enim ait varro ad chemensem auditorem. Renuit philosophia stolidum fastidientem, et ad simplicem tenuem hylarem inuitat continuam. Quartum est ut audiat sine hesitacionis dubio sed eum credere qui discit. Unde boecius de disciplina scolarium. Primum siquidem credendum est donec videatur. deinde fingendum est illum errasse docendo. si forte inueniat quod illi sine obuiat. Unde hugo de sancto victore dicit. Pitagoras hanc hanc consuetudinem in studijs suis fuisse se fertur. ut usque ad septennium secundum numerum vii liberalium arcium nullus discipulorum suorum de hijs que ab ipso dicebantur racionem poscere auderet. sed fidem dare verbis magistri. quousque omnia audisset. et iam per se metipsum racionem eorum posse inuenire *de collacione virtutis interioris quadruplici scilicet cum anima verborum significata percipit. cum sensibus carnis se subtrahit cum inter ea que percepta discernit. cum*

Sequitur de virtutis in *parte intelli*ctiuis collacione. Ut enim ait Augustinus in libro de ordine. Racio est motus mentis que discernere distinguere et conectere potens. Hec autem fit quadrupliciter Primo cum anima verborum significata percipit Secundo cum preceptis eisdem assensibus se subtrahit tercio cum acerrime abstracta inter ea que sunt percepta discernit. quarto cum ea que secreta sunt perfecte intelligit. Primo igitur racionalis verborum sensa percipit. que in mediantibus literis apprehendit. quia via ho invenerit. Cum enim homo sit animal racionale. racione utitur. et racione medianti quod omnibus hominibus communis est homo alijs hominibus sociatur. Sed hominibus homines sociari non possent nisi colloquerentur ad inuicem. et mentes suas et cogitaciones quasi refunderent. Ideo rebus imposuerunt vocabula sonos scilicet quosdam. et signa significancia. ut quia suos non poterant ad inuicem sentire animos. sensibus interprete vterentur ad eos copulandos. Sed absencium verba non poterant audiri. et sic racio peperit literas excogitauit et contigit inueniri Sed propter verborum multitudinem infinitatem illam optauit redigi ad aliquam cerciam et fixam terminacionem. et inuentis terminis certis et sonis ac signis inuenta est gramatica. et omnis sensus tam racionalis quam quadriuialis. que quidem est de signis et signatis. que si quis diffusius videre desiderat secundum librum Augustini de ordine legat. et si potest intelligat. quo literarum signa primitus ostendunt. et per literas aduersa veniunt. et verbis mediantibus ad scias penetrantur. et pursu et

consuetus comparamus nobis primarie
notione Et sic augentur nobis nescientibus
vel minus non advertentibus nostra corpora
successive. Sic crescat nobiscum perfectio
etiam et ingenium industria in nobis
sua paulatim. Vnde Seneca in secundo
libro ad . . . . quedam cruelia cum
moderentur non sentiuntur. adeo tenuis illa
et fallens in principio vis est. Tumor
indicat morsum et in ipso tumore nullum
vulnus apparet. Idem est in gustatione
virorum sapientium eveniet. Non de-
prehendes quo aut quomodo tibi profecit pro-
fuisse deprehendes. Ubi . . . et vbi tene
preceptis et usu firmatus affectibus se sub-
trahit. Cogitaui in me ipso scilicet sapiens ab-
strahere a vino carnem meam ut etiam
meum transferrem ad sapientiam. Quid est
a vino quod inebriat et etiam alienat a
bonitate carne id est appetitu carnis et
spiritus qui puritatem cordis immutat.
Vnde Augustinus in libro de quantitate anime. Anima
humana propter cogitationem et scientiam suspendit
se a corpore quantum potest. et ea que in corpore
fiunt voluptate libentius. quanto quis in
spiritus declinat magis. tanto similiorem
hominem peccatori facit. Hec Augustinus.
Certe sapientia habitat in supernis. adquam
erigi noluit. qui remanet in carne et
sensibus carnis. qui modo bestiis comparatur.
quia terram et corpora intuentur. homo
enim cum in honore esset non intellexit
comparatus est iumentis etc. Abstractus
ergo a carne et sensibus tuis discretiore
sententiam librorum audis. ceterarum librorum
sonus advenire. sed summa que latet
interius ad mentem. sic cum audimus
hos usus. Quid cum octavo prevenit
se tange soles. Hibernum illud tandem monet
noctibus obstet. Alii enim laudant
meritum. Alii meritorum summa. Magis
etiam curat anima de summis verum. quam
de falleis librorum. Quia ut dicit Dyonisius

in libro de divinis nominibus. Irrationabile inquit
et stultum est non virtuti intentionis sed
dictionis attendere. et Seneca 2 epistula o
peris impendi verbis non oportet. Hoc sit
proposita nostra summa quod sentimus loquamur
et quod loquimur sentiamus. Non
delectent verba nostra sed prosint. Si
tamen contingit eloquentia non sollicita
potest. Si aut parata est aut parvo constat
assit ut res pulcherrimas prosequatur.
sit talis ut res potius quam se ostendat.
Et quia anima vincta est carni
corrupte. ideo modo difficultas est maxima
in discendo veritate. Vnde in libro
de spiritu et anima dicitur. Ex quo anima
carni corrupte coniungitur. corruptionis
proprietates suas potest experire. Diu vero usu
et experientia et aliquam doctrina exer-
citata incipit discernere. veluti si quis
cum subtili arte oculorum in tenebro-
sa detrudatur. videre tamen non potest ibi
nisi prius assuescat tenebris. et
lucem accendat. Ergo ad lumen veritatis
prius quam veniret. et possumus mente
et cum ad lumen veritatis venimus id est
mediante illo se manifestante veritate
intelligimus et felicitatem acquirimus
Vnde inquit propheta. In lumine tuo vide-
bimus lumen. Et Pauli testio. tenebris
augetur ipsum lumen. Vnde post anima quod
quamvis prius in tenebris prius credentiam
se et commutat se sic se. Prout dicit Au-
gustinus in libro de trinitate et de quantitate anime
Cum enim anima rationalis habeat esse
simpliciter. ymago dei est id est ad ymma-
ginem et ex hac assimilatione habet
intellectum naturaliter agentem qui est sic lux
separata. Cum etiam anima rationalis sit
preter hoc quod simpliciter est unibilis cor-
pori organico cum eidem unitur. parum
ingitur intellectualis eius natura et habet
intellectum possibilem ad ymagines
et spiritum recipiente. et cum sit hec na-

separata anima secundum se p(otes)t intelligere
omnia. non sicut n(unc) sensibilis q(ue) tamen q(uo)-
dam apprehendit cum ipsa sit actus or-
ganici corporalis. Et secundum q(uod) d(icit) Avi-
cenne. flamma adherens lignis a-
ridis et cremabilibus aliquantulum
fumosa est ubi adheret eis. sed ubi
evolat in purum aerem distans a
lignis aerem illuminat exceptem fu-
mosam eiusdem flamme. et in actu
pleno sit est lux. Sic anima intel-
lectualis ex ea parte qua appropinquat
ad virtutes corporeas organicas que
sunt ymaginativa et sensus est quasi fu-
mosa et efficitur impo(tens) ad intelli-
gendum. sed in actu lucis perfecta. Secundum
philosophum cum est ut separata et id intelli-
gitur cum ad se abstractam redit. et se supra
se convertit. et separata dicitur. quando ho-
mo utitur enim hoc intellectu plene secundum
commentatorem prime philosophie nisi cum
fuerit in ultima prosperitate. De re-
velatione virtutis superioris ubi inno-
tescit revelationis exemplum
Anime statum revelationis proces-
sum eius complementum. etc.

Sequitur de virtutis superioris reve-
latione. Cum igitur sensus exteriores
ut auditus et visus homini interiori
vel intellectum. quod audierunt vel vide-
runt renunciaverit et anima ad se
redierit et se supra se converterit tunc
intus ut dominus est tunc iudicant tunc
discunt. et eis revelata veritas
innotescit unde illi soli sicut doc-
tore et teste iudicant et intelligunt
qui vocem foris acceptam intus
cum veritate conferunt. Sic homines cu-
riosi vagantur extra se. qui debe-
rent redire in se. Nam si vis e-
go. x. li(bro) conf(essionum) Aug(ustinus) d(icit). Leves la-
biles in interiori parte memorie nostre
et in loco memorie abdito eas ha-
bemus. antequam artes disceremus. q(uas)
cum sensibus secundum dogma platoni-
cum videmus nobis innatas. Nam
omnes interiores sunt in anima non impres-
se per sensus exteriores. i. presumus per
imagines vel similitudines. quia non sunt
colorate gustate contrectate non
sonant non olent nec sunt sensibiles
Unde igitur sic fiat sive aliter tamen
est. quod si nos artes addiscere vel
intelligere nunc est cogitando ea que
sunt sparsa recolligere et condimentis
privatam intrare. ibi veritas presto
est omnibus consulentibus eam. Ibi re-
spondet ibi se revelat. Sic non
omnes eius liquide videant verita-
tem. nam intus et non foris. Et id
si volumus eam cognoscere veritatem
ad secretum cordis. ibi chorusat et
splendet clamat et docet. Et quia de
hac revelatione est dominus diffusius
in tractatu de doctrina dei et angeli
ideo quedam pauca ad propositum tan-
gimus in primo considerantes in(super)

Revelationis exemplum
Anime statum
Revelationis processum
Et ipsius complementum

Exemplum igitur de ligno ardenti.

Primo enim elicitur fumus sine flamma
et luce. Secundo flamma cum fumo et
luce. Tertio lux pura sine fumo et
flamma. Sic primo anima discentis in-
tenta sensibus exterius obvoluitur
fumo ignorantie et caliginis. sed
cum apprehendit verba doctoris accen-
ditur exterius. lumen incipit choru-
scare. quod immixtum est fumo et fulmine
quia repugnat scientia ignorantie. et tandem
sine post multas dubitationes. et per
multas rebelliones succedit scientia
quasi lux pura. Et isti sunt tres sta-
tus anime. primo ignorantis. Secundo du-
bitantis. Tertio scientis. et virtutis

reuelate lucem videntes. Anime vero
status iste est naturalis. Est enim posita
anima tamquam in orizonte duorum
mundorum, sensibilis et intelligibilis, in-
ferioris et superioris. Est autem sensibilis
vel inferior mundus regio tenebrarum
quantum ad intellectum meum. qui non videt
in rebus sensibilibus ut sunt sensibilia sed
aliquis illuminatur ad cognoscenda in-
telligibilia. nec potest sensibilia illuminare in-
tellectum immediate et per se. sed per
sensus et ymaginacionem et memoriam quasi
mediate. quia impressiones a rebus
sensibilibus non veniunt immediate
ad intellectum. nec intellectus corruptibilis est
secundum genus sensibilium. sed legit in yma-
ginacione et memoria reliquias impres-
sionum que relinquuntur in eis ex appre-
hensione sensuum et sensibilium specierum.
Sensus enim stant foris in sensibus
formis. et intellectus intus legit. sic
nunc eius ondit. Unde intellectus dicitur quasi
intus legens. et ascendit usque ad
mundum intelligibilem. et lucem eternam
que deus est. que supereminet anime
et tangit eam a vertice. Unde si li-
bera esset et sana facilius se erigeret
ad regionem lucis et intueretur mentem
quam modo se inclinet et intueretur in
tenebrarum regionem. Sed quia nunc
inclinatur in sensibilia remanet eius
virtus intellectiva quasi sopita et
vertice inclinato ad terram more pe-
cudis inclinata. Est autem reuelati-
onis processus iste. Sicut dicit Gui-
dus in libro decimo decretorum. Si quis
temperate utatur cibis et potibus
et immaculatum se custodiret viuens
hic frueretur consorcio et visione de-
orum. Animas igitur humanas a rebus
actionibus et etiam a suis corpo-
ribus quodammodo oportet abstrahi. ut ap-
pareant prime luci vel divine que se-
cus est per naturam. vel alii luci ut an-
gelice que ad eas illuminandas mit-
titur per dei graciam. et sic constituta
in vertice mentis quasi in summitate et
serenitate seipsam conspiciat et tunc sit
ymago dei quod in se scriptum vel ac-
quisitum vel infusum est legit et ei
est liberum. quod se super se levaret legeret
et intelligeret nisi corrupcio impedi-
ret. Unde quidam philosophi seipsos exce-
caverunt et clausa via visus acies
mentis humane non fuit. quia cernet
precisum in suum cogeretur et secreti inte-
rius ubi legeret multa de absconditis
secreto tamen in libro lucis et scripture
naturalis. Nam virtutem mentis
sensus attenuat. clausus vero congre-
gat colligit et conservat. Et hec
habes de istis in libro de visu et spe-
culis. Sed bene dicit corrupcio hanc
impedire reuelacionem. quia secun-
dum philosophorum alligacio animarum
rerum ad corpus naturalis etiam complexio
que impedit vires nobiles. Unde
dicit Galienus. Flegmatica complexio
anime nullam virtutem iuvat. sollici-
tudines et res corporales que nimis
intrant ad animam sic mentem impe-
diunt quod mentem abstrahi non permit-
tunt. Sic inscriptio tabule prohibet
aliam inscriptionem et plenitudo vasis
de uno liquore prohibet alterius re-
ceptionem. Et ideo dicit Aristoteles omnes
ingeniosos esse melancolicos. et me-
lancolicos esse ad huiusmodi illuminaciones
et reuelaciones magis ydoneos. quia
in complexione magis abstrahi
amant et impediuntur a delectationibus
carnis et similibus mundanis.
Et sic patet quod impedit ista reuelatio
et quadruplex maxime nocet. licet
autem natura prebeat auxilium ad huiusmodi reve-
laciones tamen exigitur dei et individua

sicut intus sup montem irradiāc
nes. Dix enī inveniūtur aīme que
ipar acceptibus cohiut. et nūc secre
utantur et adlucidissimus victore
que deus ē clarius attollantur ppt
impedita quedam. Et ī anima
bus que sīt pauce alligacōis uel
adhesiua adherentia uel cōtēplatiua magis
ē abilis iste modus. Nam ppter
alligacōm facilem facilis ē ab
stractio. et ppt facilem abstraccōz
fuit in spūl efficere ul' esse in spiritu
est seorsum et aregione tenebrarum
et liberum a sollicitudinibus et cogita
cionibus vementibus ī aīas ntās a
pte regionis illius Et esse in corpore
est immergi in corpe. et ideo paries
corporis impedit radios illuminacōm
lucis. Ecce ipse stat post parietem. Eze
ffili hominis fode parietem. Ergo
iste paries transiliendus ē qd' fit
ī morte corporis. aut apertura faciēda
ut sit anima in spū. Transilit etiam
spualē in raptū. cū anima sic eleuat
sup se nichil cogitans de se uel
corpe. In aliis aut particularibus
elevacōnibus longe minoris lumīs
quasi p cancellos et aptūras irra
diat radiū illuminacōm quasi chorusca
ciones ī mediis tenebris. De quo
lume in ps°. Signatū ē sup nos lu
vultus tui domine dedisti leticiam
in corde meo. Lumen vultus tui
domine ī luminosus vultus tuus qui
non ē aliud q̄m tu. Sic vultum
tuū illuminans nos domine p infusi
onem. Noui splendoris revela
cionis aut grē. quod dr ē signa
tū et clausum. quia quibus fiat et
qn soli tibi est notum De discipli
docilitate ad quod considerāda st
iiii°r. eius continen efficacia excel
lencia secundum subiecta in quibus

Uiso de discipulato est dicē
lunitata subiectione et de ea
attenuacione hic ciō dicendum ē de eius
docilitate. Cuius ut dicit Quintilia
nus officium ē preceptoris docē. sic
discipulorum dociles se prebē. Et
secundum Rachonem. Nec pudeat
que nesciatis te velle doceri. Sciē
aliquid laus ē culpa ē nil discē
velle. Est ergo docilitas docendi abi
litas. Circa cuius cognicōz considerāda
sunt quatuor — Est aūt eius
Eius continencia — continencia ī
Eius efficacia — nisi. Nam
Eius excellencia — Bene docilis
Eius sm subiecta in quibus ē diuersa — homo
.1. do. Qui bñ tenet formas in sensu
.2. acceptas. Qui bñ tenet intencio
nes ex sensibus pestimacōm elici
.3. tas. Qui bñ videt ad sensibilia acce
.4. ptas. videt dicta precedencia. Qui
bñ videt admiraciones ex sensibilibus
elicitas. Et videt dicta simul precor
dancia. Unde homo qui secundum hec
que dicta sunt memoriam participat bñ
est docilis male autē secundum q' ma
gis et magis deficit in predictis. cū
in recordacōm intencōnum viget ma
gis docibilitas. Unde magis docibi
lia sunt animalia que sciunt ea q
bi imperant secundum intencōs magis
.2. sensuū quā alia. Eius efficacia
quia homo qui ē docilis et disciplē
perceptibilis. ea que videt et audit
debz diligent' attende et conseruare
et excollatis memorie retentis ea q
sunt expta sumere. et ex illis vl'e
deputacōm assumere prout ē primarius
ul' scire. que secundum q' deficiunt cū
animalia magis et magis inveniūt
docilia ul' disciplinabilia. Equam
dictis patz. qd cum ea que dicta sūt
excellant in homine. ho ē ul' magis

docile et disciplinabile. Nullum enim animalium est disciplinabile nisi cui instinctu nature sine intentione et sine ratione. Unde solus homo ex docilitate et disciplina proficit ad predictam tres ad scientias scilicet contemplativas ad mechanicas artes ad virtutes morales. Nam in hiis omnibus requiritur bonus usus. Ars enim cum bene factum est circa que facit et scientia contemplativa vel speculativa bonum requirit et cum scitur et ratione procedit virtus etiam medium quod determinatur bene est medium prout sapiens determinaverit attingit. Et ideo nullum aliud disciplinatur ad aliquod istorum trium preter hominem solum. Nam docilis est maxime quia per duos sensus scilicet disciplinae visum scilicet et auditum. Visus enim deservit inventioni disciplinae. Et cum huiusmodi inventio non fiat nisi ex memoriis et experimenta conferente. non est aliquod animal brutum visu disciplinabile quia non habet facultatem inventionis experimentorum collatione. Sed auditus disciplinabilis est ex signis rerum. et ideo quedam animalia sunt docibilia per auditum. Quare igitur omne quod aliquid scit aut discens aut inveniens novit. Et sic duo sunt modi docibilitatis et scientiae acquirendae. primum inventionis visus. et productivum auditus.

Non est mirum si homo excedat in docibilitate respectu aliorum. Ex decenti est quod hanc docibilitatem non perdunt ad actum. cum sit hoc in eius facultate positum. Prout Crassus in libro de oratore dicebat. Ex natura a fortuna darent hominibus in hiis rebus se una posse equo animo pati. quod ipsi homines pati possent in hiis rebus se pati non posse una. Dociles autem dicit Tullius in rethorica

Auditores habere poterimus si summam cause breviter exponamus. et si attentos eos faciemus. Nam docilis est qui attente vult audire. Ex tertiam docilitatis partem in rethorica. Tullius. Est enim homo maxime docilis et post hominem pigmeus et symea. deinde cetera secundum ordines suos ut sunt terrestria vel gressibilia reptilia volatilia aquatilia. Optimus enim est in homine auditus prout est ad disciplinam aptus. quod dum vocem audit. intentionem vocis intellectus et affectum loquentis percipit. Et ideo sermo est instrumentum quo scientia docentis in discipuli transfertur animum. Propter hoc viva vox est efficacior ad docendum. quam scriptura librorum que legitur. Ad hoc modum vox et gestus et motus et affectum non exprimit. que omnia loquens ostendit. In homine etiam sunt sensus ceteri nobiliores et aliqua certitudine clariores et subtiliores. Nam sic forma lucis est eadem in sole et aere et nube aut communicato. licet lumen quod magis descendit a sole magis et magis obscuratur et a corporibus non determinatur. Sic disciplina variatur et descendit secundum ordines subiectorum. Non mirum cum etiam hoc videamus de forma artis que est in mente artificis quam exequitur manus et cuius instrumentum et suscipit ferrum que proportionatur est eis inomnibus sed magis determinatur ad unum in manu quam in mente. et in malleo magis et in ferro maxime. Una methaphora est per intermini docilitatis in susceptibilis disciplinae. quod facile ondere posses nisi hoc esset speculacionis altius

De disciplinabilibus bernioleis que capiuntur animi et ab adversariorum intellectu persona. ab auditoribus et avibus. De hiis patet in tertio capitulo.
De bernioleis que capiuntur avibus in scripturis

Visso de discipuli voluntaria so-
licitudine et decimus attencione et
de eius docilitate. Hic nono de eius
benivolencia est considerare. Prout dicit
Boecius. Et dicitur et benivolus ad re-
tinendum non discolus hoc est a scola
diffugus, disturbando per vicos per
placheas per tabernas per inertiam cel-
lulas per publica spectacula per
pompas per commessaciones per plurimas
scenas et per alia genera viciorum. Prout
autem dicit Tullius in rethorica Qua-
tuor modis possumus facere benivolos
auditores. Scilicet ab adversariorum
nostrorum persona et ab auditorum et a
rebus ipsis que licet locum habent in
rethoricis persuasionibus tamen valent
ad propositum negocii huius. Ita a nostra
persona benivolenciam contrahemus si via-
rum arrogantiam expertes in docendo
nullatenus ostendamus. Sicut illi qui ob-
ducto supercilio grandia labia tentan-
tes. Ut ait Ieronimus. Quamdam verbo-
rum audienciam eius edissunt quod ipsi
non intelligunt. Et ex hac arrogancia
provenit quod discipulus tali beni-
volus non existens non accedit ad eum
adquirendum quod nescit et remanet
morbus anime quia non aperitur me-
dico caligo ignorancie. Sicut dicit
Ambrosius super xi psalmo. Febres cum in alto
sunt nequeunt mitigari cum foras e-
rumpunt spem afferunt desiliendi cum
morbus tegitur medicina desistit si aperitur
vaporat. Et Ieronimus contra Iovinianum.
Pateat quod nocivum est ut possit conti-
gi cum patuerit. Et Senica etiam Gregorius vero
libro morum. Cum putredinem medi-
cus tollit non cicatricat nequaquam in
locos putredinis sana cutis convalescit.
Et Chrisostomus. Non intellecta natura
est curacio morbi. Et magis indul-
gibus curam premit. Ab adversa-

riorum persona benivolenciam secundum Tul-
lium captabimus si eos in odium in invi-
diam in contemptum adducemus. Adver-
sarii nostri sunt demones et omnes qui
nobis suggerunt vicia per quibus diminu-
itur in nobis ignorancia quos elidit sciencia
et ad personam non debemus querere
odium sed ad vicium. Si ergo consideremus
pravitatem que est in viciis in invidiam
et insidias quas demones habent ad
nos et insidiantur nobis et debilitatem
viciorum quam faciunt utraque cum de-
gravia subiciunt nobis. Ab adversariorum
persona reddimus auditorem benivolum
et secundum Tullii documentum. Adversa-
riorum personam adducimus in odium in
invidiam in contemptum. Et si volumus
vacare sciencie que predicta sunt et con-
similia vel maiora de facili possumus
vitare vel forsan ab adversariorum persona
reddetur auditor benivolus. Sed qui
discolis coniungunt et qui nolunt
addiscere sed violenti fiunt et ma-
livoli refertur. Sicut tractat Bo-
ecius de Albino discipulo violen-
to qui manus violentas iniecit in ma-
gistrum. Sed secundum dictum Boecii non est
dignus sciencia qui sciencie insurgit precep-
tori. Ab auditorum persona captatur beni-
volencia si res agimus. Ut dicit Tullius
fortiter sapienter mansuete magni-
fice iudicatas proferimus quod est in
proposito cum fideliter insistere videmus
eorum negocia quod non fecerit. Ut
dicit Claudianus in libro de statu anime
Dum neglectis rerum causis hominis
animam spernis et ipsorum corpora di-
ligunt. Cum ergo duplex ad veritatem ve-
niatur via ut ait predicata auctoritate
credulitati subdamur aut ad scientiam ra-
cionis accedere tendamus vel quod vel auc-
toritas iubeat vel quod suadent potissi-
mi dictes sperta paucitate doctorum. Sicut

impitos · quorum maxima turba e
Sz eciam ipi aberrisch quos fallit
recepta illusione falluntur · Sz quidē
id iterba docentes respuunt · qz qtemp
tabilem reputant sui doctorem · Con
quos prosper in li° de vita contemplatiua
dicit qui non verbum doctorum · sz digni
tatem diccimus · sua conuersatione
distruxit · et magis quid dicat qz
qui dicat attendunt · Et quod facere
uit fieri uoluit · dum quoqz b̄ fas
tidiunt · patres ad doctrine eius ex
sare cupiunt ignorare · quia eam
insidere cognoscere · cui vitas vn
cuiqz clarauit non humano ingenio
sed deo deputanda sit · Tercia
Arbolus ipis beniuolencia captar
etum vel dignitas om̄ · qz in doc
tina satis manifestatur · prout dicit Aug
de ciuitate dei li° xxi · Non pena magis
pena ē insipiencia uel imperitia q̄ adeo
fugienda merito indicatur ut per penas
doloribus plenas pueri cogunt dis
cere litteras uel quelibet artificia · Ipsum qz
discere adquo penis adiungitur · tam
ē illis penale · ut non nunquam penas
ipas per quas compelluntur disce · sive
malunt quam discere · Unde ut dicit Basi
lius · in exameron in 1° libro · Que labore
quesita sunt et iocunde papiuntur et
diligentissime conseruantur · Nam quo
rum hec facilis adepcio eorum sine du
bio fastidiosa ē possessio · Aliqua per
comparat beniuolenciam · Tullius in
in Philipicarum dicens · Quo nam me
fata peccata conspectu fieri dicam · ut to
abhijs · annis viginti reipublice hostis
fuit qui non bellum eodem tempore mihi qz
indixerit · Et illud contra Salustium · O
fortunatam natam me consule romam
Ab aduersariorum persona in prima contra ca
thilinam dicens · Quo usqz tandem
abutere paciencia nostra cathilina · Quam
diu eciam furor iste nos eludet
quem ad finem sese effrenata iactabit
audacia · Nichil ne te nocturnum psi
dium pallacij · nichil urbis vigilien
timor populi · nichil concursus bonorum
nostrorum · nichil hic munitissimus habendi
senatus locus · nichil horum ora vul
tus qz mouit · patere tua consilia
non sentis constrictam iam omni horum
sciencia teneri coniuracionem tuam non vides
Ab auditoribus captat beniuolenciam · Tullius in
oracionem declamatoris pro pompeio dicens
Quamquam michi semper frequens conspec
tus videtur vester iocundissimus et c̄
Ab re ipsa captat beniuolenciam · Tullius in orat pro
milone dicens · Et si vereor iudices
ne turpe sit pro fortissimo viro dice
re et c̄ · Oportet autem beniuolenciam ut discipulus
beniuole et libere audiat · Beatus
illius · Ecclesiastici · Auris bona audiat cum
omni concupia sapiencia · Et ibidem · Fili
inclina aurem et audi verba sapiencium
Secundo que audita sunt · quasi e
pilogo · teneat · Quia sicut · Ecclesiastici · dicit
Cor fatui quasi vas confractum · omnem
sapienciam non tenebit · Et iterum · ad atte
ncionem auditorem · Canale fissum
turnus quod nimis celeriter est ma-
turitatem consecutum Sicut etiam
tullius exercitabat se ut tres personas
solus sustineret suam adversarii iu-
dicis et alio tempore cogitans quid
diceret alio diceret quod cogitasset que
duo inquit plerique ingenio freti
simul faciunt Sed melius dicunt si ad
tempus sumendum et ad cogitandum ad
dicendum putarent Quod ingenium
temperato exercicio acuitur et hoc quia
triplici in legendo in conferendo in
disputando in scribendo Et circa pri-
mum quantum ad lectionem ostenditur quod
aliquando legenda sunt supersticiosa
breviora priusquam utiliora Secundo
ingenium etiam exercitacione moderata
sicut dictum est acuitur quod cum si retu-
sum fuerit ut ferrum multo labore
exacuitur et tum post laborem indu-
stria et perfectio consequitur Modus autem
et moderamen huius exercitacionis autem
exercicii videtur in quatuor contineri

.i. In legendo — Legendo sine ignorancia
In conferendo — Conferendo sine fallacia
In disputando — Disputando sine pertinacia
In scribendo — Scribendo sine fati-
gacione corporis vel angaria
Legantur autem pauciora ad retinendum
breviora ad delectandum
utiliora ad edificandum
.i. Superstitiosa quoque vel philosophica ad im-
[illegible] pugnandum et se cavendum. Superstitiosa
quoque legenda sunt. Ut enim dicit Cla-
danus. Quidam seculares libros legunt
ad voluptatem, quia poetarum figmentis
et ornatu verborum delectantur. Quidam
vero ad erudiendum eos addiscunt, ut er-
rores gentilium legendo detestentur, et
utilia que in eis invenerint ad usum
erudicionis convertunt, et ideo laudabili-
ter eos addiscunt. Unde beatus Gregorius
quendam episcopum reprehendit, non quia
libros seculares didicerat, sed quia contra
episcopale officium pro evangelica lectione poetas gra-
maticam exponebat. Hinc Beda super
librum regum. Turbant inquit aciem
mentis legencium ac deficere cogit qui eos
a legendis secularibus libris omnino ex-
istimat prohibendos, in quibus simul si
qua invenimus utilia quasi sua sumere
licet. Alioquin Moyses et Daniel sa-
piencia Egipciorum et Caldeorum libris
non paterentur erudiri, quorum tamen
superstitiones et delicias horrebant, nec
ipse magister gencium aliquos versus poeta-
rum suis vel scriptis indidisset vel dictis.
Et Jeronimus super epistolam ad Titum. Pu-
eri qui de mensa et vino regis Baba-
lonis comedere noluit ne pollueren-
tur, si sapienciam et doctrinam Babiloniorum sci-
rent esse peccatum, nunquam acquiescerent di-
scere quod non licebat. Discunt autem
non ut sequantur sed ut iudicent atque
convincant. Unde si quisquam adversus
mathematicos velit scribere imperitus

matheseos risum prebebit. Similiter adversus
philosophos disputans si ignorat dogmata
philosophorum. Discunt ergo ea mente doctrinam
Caldeorum qua Moyses omnem sapienciam
Egipciorum didicerat. Idem in libro de lu-
xurioso et frugi filio. Hoc inquit facere
solemus qui philosophos legimus, qui libros
sapiencie secularis ad manus devenerint nostras,
cum quid utile reperimus in eis, ad nostrum
dogma convertimus. Si quid vero superfluum
de ydolis, de amore, de cura secularium
rerum, hec radimus, hiis calvicium in-
ducimus et in unguium morem ferro acu-
tissimo desecamus. Unde in Deuteronomio mu-
lier alienigena capta in bello veste
mutata rasis unguibus et capite rade-
batur et in coniugium ducebatur. Et apostolus
i ad Thessalonicenses. Omnia probate, quod bonum
est tenete. Et Jeronimus ad Pamachium
et Oceanum. Omnium tractatorum
volumina legerem ut ingenii tarditatem
erudicionis diligencia compensarem.
Sed Origenis errores non sequor, quia
omnia que dixi in prohemio scio. Nec tamen
introducit de scriptis gentilium non hinc
auctoritatem capit ecclesia propter ipsos auctores
sed aliorum veritatem, et quia consonat veri-
tati, et quia validum est fortius testimonium
quam per inimicos prolatum est. Hinc
Augustinus in libro contra Manicheos. Si quid
vero de deo Sibilla vel Orpheus aliique
gencium vates vel philosophi predixisse perhi-
bentur, valet quidem ad paganorum va-
nitatem revincendam, non tamen ad istorum auc-
toritatem amplectendam. Quantum enim dis-
tat ab adventu domini preconium ange-
lorum et confessionem demoniorum, tantum inter-
est auctoritatem sacrilegarum scripturarum et
eandem prophetarum. Et Jeronimus super epistolam
ad Titum. Si qui cogimur secularium
litterarum recordari et ex hiis aliqua dicere
que olim omisimus, non est nostre voluntatis
sed ut ita dicam gravissime necessitatis

ut probemus ea que a sectis philosophis ante
secula multa predicata sunt tam grecorum
quam latinorum et aliarum gentium libris
continentur. Pauciora etiam legenda
diximus. Hoc autem intelligimus quod
velud infinita sint scripta si non vacat
omnia legere. Vel ne pluribus intentus
minor sit sensus ad singula. Perspicacioris
ingenii legant plura breviora. quod variatur
secundum condiciones diversorum ingeniorum.
Nam quod unum est minus aliud est parum
propter hoc dicit Varro. Omnia quidem nosse
est impossibile pauca vero non laudabile.
Breviora etiam legenda sunt quia
memorie eorum est et brevitate gaudet. Et
Cyprianus martir ad quirinum. Legentibus
inquit brevitas plurimum prodest dum
non intellectum vel sensum liber longior
spargit sed subtiliori compendio
id quod legitur tenax memoria custodit. Utiliora
etiam legenda sunt. ut dicit Varro
ad eruditionem attinentia. Quedam
ab animo sapientis eradenda essent eo
quod in serendis veris loca occupant
Et magister Hugo. Si omnia non potes legere
ea que sunt utiliora lege. Videtur
quippe non minus curandum esse lectori
ne in studiis inutilibus suis operam
suam impendat quam ne in bono et
utili proposito tepidus remaneat
Et Seneca in epistolis. Invenisses materia
si non quesisses supervacua. Et idem
alibi. In eisdem. Rerum spacium res
magna desiderant et plus scire velle
quam satis intemperancie genus est

Quod ingenium acuitur in conferendo

Ingenium etiam acuitur in conferendo
Ingenium enim ut ait philosophus doctrine
et sine doctore laudabile est. tamen multum
acuitur qui cum alio conferendo confertur
unde Ysidorus in iiio libro de summo bono.
Cum sit utilis ad instruendum lectio ad
hibita collacione maiorem intelligenciam
prebet. melius est enim conferre quam legere.
collacio dubilitatem facit.
Nam propositis interrogacionibus cunctacio
rerum excluditur. et sepe obiectionibus
latens veritas aperitur. Quod enim obscurum
est aut dubium conferendo cito perspicitur.
Hec Ysidorus. Assit tamen collacioni frequens
meditacio per quam viget lectio
et generatur acumen ingenii. Unde idem
Ysidorus ubi supra. Lectio memorie auxilio eget.
et si fuerit naturaliter tardior frequenti
tamen meditacione acuitur. ac legendi assiduitate
colligetur. De qua meditacione
supra diximus ideo supersedemus

Quod ingenium acuitur in disputando
Et quod circa disputaciones debemus
attendere intencionem modum ordinem

Ingenium etiam acuitur in disputando cautelam
disputando. sed in hoc differencia est. quod collacio
pertinet ad magis perfectos. disputacio
vero ad minus perfectos. De collacione habemus
exemplum in beata virgine que conservabat
et conferebat verba dei in
corde. Item exemplum in apostolis qui
conferebant de domino ad invicem sermones
ambulantes et erant tristes. Et
apertum est eis via veritatis quia ihesus
revelavit eis scripturas. Item exemplum
in paulo qui secundum revelacionem ascendit
in ierusalem. ut dicitur ad galathas habere collacionem
cum petro. De disputacione dicit Salomon
Ubi verba sunt plurima multa quoque in disputando
varietatem habere. quod est contra virtute
ubi res non quiescunt proximo verba. Et ut
dicit Augustinus in iiiio libro de doctrina christiana. Bonorum
ingeniorum insignis est indoles in
libris verum amare non verba. Et libro contra
Achademicos. et idem Augustinus Cum de re constat
propter quam verba dicuntur. de verbis non est
contendendum. et quisquis id facit si imperitia
facit docendus est. si malicia deserendus
Si doceri non potest monendus. ut aliud potius
agat. quam tempus in superfluis operam

Sequitur tercia pars

quod consummat. Si non obseruat negligencia
De capciosis autem et fallacibus latro-
cinijs breue preceptum est. Si male con-
cessa instruit, alia que concessa sunt
esse videantur. Si verum falsum quod in sua
cognicione confligit. accipiendum inde
quod intelligitur. quod explicari non potest re-
linquendum. Hoc Augustinus. Non est ergo o-
mnibus modis contempnenda disputacio. Nam
et ipse Salomon disputauit super lignis
a cedro que est in Libano usque ad y-
sopum que egreditur de pariete. Dispu-
tabat etiam Paulus in synagoga per
omne sabbatum interponens nomen domini
Ihesu. Sed circa disputaciones attendere
nos debemus Intencionem | Intencio tamen requiritur
Ordinem | ne sint disputaciones
Modum et | finales ad inanis glorie
Cautelam | adepcionem. prout dicit
Augustinus Erat inflata fa-
cies eius. ipsum videre verum non sinebat.
Finales autem dico. nam hec in pueris
sustinentur. ut ex fauore quodam inge-
nia inicientur. Incipiunt enim acrius
agere et vehemencius acui. cum audiunt
pueri se laudari. Unde et Tullius
Tusculanarum libro primo. Honos inquit ar-
tes omnes quod et accendunt ad studia ge-
neralia. Iacent quod ea semper que apud
quosque improbantur. Et ergo minus honoris
erant poetis ergo minora studia fuerunt
hec Tullius. Sed quidem locum huius apud
philosophos mundi qui erant alia laudibus a-
uidi sed locum non habet apud perfectos di-
scipulos Christi. Ne sint eciam disputa-
ciones ad obiurgacionem. Aristoteles in omnibus topi-
corum. Qui litigatorie interrogat praue
disputat. et qui eciam in videndo non
concedit quod videtur. Et Ieronimus in epista-
phio Nepociani. Sermo inquit eius
et omne conuiuium erat de scripturis aliquid
proponere. libenter audire. verecunde re-
spondere tamen suscipere. prauum non accipere
refutare. disputantem contra se magis doce-
quam vincere. Ne sint disputaciones ad ig-
norancie propriae occultacionem. Hugo in libro
de institucione nouiciorum. Dum perfecti
ut sapientes superbe volumus videri eru-
bescimus vel ignoranciam nostram aliis ar-
gui vel alicui sapienti quidem admiracionem de-
prehensionem approbari. Sic quod non nunquam
contra nostram consciam vel nostrum errorem
inprudenter defendimus vel alterius
veritatem maliciose impugnamus. Ne
sint disputaciones ad veritatis subuersi-
onem. Ambrosius in libris de incarnacione
Christi. Hec est dyaleticorum gloria si videantur
expugnare verbis et refellere veri-
tatem. Cum vero diffinicio fidei est ut
veritas non verba pandantur. Deni-
que verba philosophorum excludit simplicitas
piscatorum. Sit ergo intencio disputan-
cium ut disputent Vel ad excitan-
dum ingenium et acuendum prout dicit
Prosper in prologo libri de vita contemp-
latiua quoniam et si non instruunt in-
uenientes quod querunt eximie exercent tamen con-
uenientis ingenium. Vel disputent ad
cognoscendum in seipsis verum. Augustinus
in libro Soliloquiorum. Veritas melius
queri non potest. quam interrogando et re-
spondendo. Vel disputent ad alios
edificandum et instruendum. Prosper
de vita contemplatiua libro primo. Hoc specialiter
doctor ecclesiasticus elaboret quo fiant
qui eum audiunt sacris disputacionibus
meliores non vana assercione
fautores. Vel disputent ad fidem
tenendam conuincendum. Unde mittens ad Tytum
precipit apostolus. Episcopum talem esse qui po-
tens sit exhortari in doctrina sana
et contradicentes reuincere. Et Ieronimus
in Epistola ad Paulinum. Sancta rusticitas
se solum prodest et quantum edificat eccle-
siam Christi tamen nocet si destru-
entibus non resistat. Et Scholasticus

Libro 1º de civitate dei. Parum est in rebus ad sa
lutem maxime necessariis ea sola que
aperta sunt ad fidei satisfactionem afferre
Nam plerumque blandientes fallunt simi
dedecium nostrum inexplorare que assercio
nes. nisi etiam contrapositionem adversarium
demutare inanitates fidem nostram in eo quod
quod ridiculum esse arguantur affirment
Secundo est quod in disputationibus requiritur
ordo debitus disputandi. primo ut utrique
ad supponant. Secundo autem oppositionem
proponat. et continuatus sermonis et non in
terrupto eridens. non omnia verba oppo
nentis sed medium breviter recolligat
et manifestato defectu in argumento adeum
et non ad hominem aut ad nomen videat
nec per instancias ut fieri solebat antiq
uus sed veritatem estimat. non forte
falsum de industria sustineat ut vi
deatur quid inde contingat. Tertio in omni
arte prius oportet aliquid supponere quam probare
et secundum Aristotelem. Discentem prius
oportet credere. Et secundum translationem septu
aginta. Nisi credideritis non intelli
getis. Qui ordo maxime necessarius est
in theologica facultate ut disputatio
vel inquisitio sive sumat initium a fide
Unde Ieronimus contra Luciferianum. Ridi
cula penitus est assertio ante defi
de disputare quam credere. Ordinem
autem disputandi et modum artificia
lem docet Aristoteles in tam in topicis quam
Elenchis. Et cum iiii sint genera dispu
tacionum secundum unumquodque artificium
disputatio variatur. Nam doctrinalis
disputatio procedit ex propriis principiis
unius cuiusque discipline cuius finis est
scientia. Dyalectica vero ex probabilibus col
ligentibus contradictoriam. cuius finis est
fides. Temptativa vero procedit
ex communibus circa principia cuius fi
nis est sumere experimenta ignorantie.
Sophistica vero procedit ex eis que

videtur et non sunt. cuius finis est
materia in genere divisa. que sunt causa
primeva. Et sunt modi arguendi falla
cies in dictione et extra. et hec omnia locum
habent in omni scientia. alioquin non videbitur
quo subtiliter in aliqua scientia disputabit
qui dyalecticas non agnoscit. Et liber
contra Achademicos dicit Augustinus. Sine
dyalectica non esse sciam. Sic plato vir
sapientissimus et eruditissimus qui in suo
orbe. qui ita locutus est. ut quecumque di
ceret magna fieret. et ea locutus est
ut quecumque diceret parva non fierent post
mortem Socratis magistri sui dicitur a pita
goricis multa didicisse. Pitagoras et
autem non contentus greca philosophia
que tunc aut pene nulla erat aut certe
occultissima. postquam commotus Pherecidi
de quadam disputationibus immortalem
esse animam credidit. multos sapientes lon
ge late quod peregrinatus audierit. Plato
igitur adiciens leporem subtilitati quam So
cratice. quam in moralibus habuit. naturalem
divinamque ex illorum peritiam quam dili
genter accepit. subiungens quam quasi
formatricem illarum parvum iudicem quam
dyalecticam que aut ipsa esset. aut sine
qua omnino sapientia esse non posset. perfectam
dicitur composuisse philosophie disciplinam. Et
Augustinus. Dico ergo multum esse necesse disputare
scire. non tantum etiam demonstrative vel to
pice sed etiam sophistice. ut sciat homo
sibi a sophismatibus cavere et in
parare hoc exercitatio. quia non disciunt
sophismata et maxime obligationes
et insolubilia apparere. Nam sicut
in arte pugillatoria multe disciunt
exercitationes ut fiant pugiles abilio
res. Sic in obligatoria disputatione sup
ponitur falsum. ut videatur quid re
pugnet. quid sequatur. exercitati
facilius provenient ad cognoscendum veritatem
finis enim huius disputationis est melior

status operacio et ingenii exercicium. nec
hoc dico. quin sit differencia inter dispu
taciones sophisticas et theologicas. Unde
Augustinus contra Achademicos .j. Adeo que
temere concessa sunt rursus reddere
non solent illi concedere. quos ad dispu
tandum non inveniendi veri cupiditas
sed ingenii iactandi puerilis impellit a
pud me. Autem presertim cui adhuc nu
triendi educandi que satis. non solum
conceditur. sed etiam inceptis hesitantis
volo adeo nos discuciendi redire o
portere que concesseritis inconsulcius
Tercium quod in disputacionibus requiritur
esse modus debitus qui debet procede
re a serenitate intrinseca et cum honeste
extrinseca. De serenitate Ambrosius super secundam
epistolam ad Thymotheum. Inter servos dei
debet esse collacio et non altercacio Et
Petrus in itinerario Clementis libro 2o
Cum quiete magis et ordine veritas re
quiritur. nonnulli siquidem imperitacionum c.
tamine. ubi errorem suum senserint co
rucari causa perfugii more conturbare
incipiunt et movere lites ne palam fiat
omnibus quod superantur. Et propter hoc ego
frequenter oro. ut cum omni paciencia et qui
ete indagacio disputacionis habeatur.
ut si forte ad minus recte dicta videatur. id
repente et a paucis liceat explanare.
Solet autem interdum alio dicente aliud et aliud
audiri. dum minus lucide profertur. aut
minus vigilanter advertitur. Et ob hoc cupio
paciencer audiri sermonem. ut non alter
alteri surripiat. nec sermonem dicentis
intempestiuus sermo contendentis interrumpat
Neque ergo reprehendi studium gerimus sed
liceat ut dixi minus plane dicta repetere
ut examinacione uestissima clareat
veritatis agnicio. Scire namque debemus
quia si quis auctoritate vincatur. non ipse
vincitur. sed ignorancia que in eo est. Deinde
pessima. quod qui effugare potuit pal

mam salutis accipit. De honestate ex
trinseca Bernardus in epistolis. Disputaciones effu
se audiente populo. plus sunt frequen
tius familiaritatis. caput enim movere
brachia torquere. digitos extendere. pe
des supplodere. totum que corpus conturbare
quid aliud est nisi similitudo insanie
te que pugili similiter ostendere. unde Bernardus
primis epistolis Ut sit aliquid inter
clamorem theatricum et scole. Impudicus
motus ostendit. et manus non. et cum
micatus rusum et relatus ad caput di
gitus et reflexus. oculorum irreverenter
risus. et insanum vultus situs quod de
monstrant. Ille enim priores inepter
exeunt. Hec Bernardus. Sed ve miseris que
fallaciis in disputacione assiduo laudantur
et ipsi inde maxime gloriantur. Contra quos
idem ubi prius. Unde dementia eius
est. quem clamores imperitorum hylarem
ex auditorio dimittunt. Quid letaris
quod ab hominibus his laudatus es. quos non
potes ipse laudare. Quartum quod in dis
putacionibus requiritur cautela. Et quia
de prius cautelis sancta sufficient dyaletica
docet tamen in libris elencorum qui in iam
topicorum. Ideo de cautelis sapiencie est age
dum. Caveat igitur opponens ad sapienciam
prostitutus ne proponat inutiles questiones
unde Jeronimus super epistolam ad Tytum. Quid
mihi prodest scire quot annis Matussa
lem vixerit. quoto etatis anno Sa
lomon uxorem duxerit. Deinde que
sunt inutiles et vane. que tamen speciem
habent sciencie. sed nec dicentibus nec audien
tibus prosunt. Et Hylarius libro j de
trinitate. Captiosas et inutiles philosophie
questiones fides constans respuit. nec se
sensum eius intellectus dum retinens
nec decepto secundum elementa mundi decer
nens. Caveat etiam superfluas verbi
captatorum prolaciones. Unde Quintilianus
de institucione oratoria libro 5to. Incedit

captas tam subtili sit argumentari · quia
in clarissimum solem mortale lumen afferre
Unde est quod videmus et dolemus argumenta
multiplicari et probaciones ubi est super-
fluum · et nullas aut paucas probacionum ex-
planacionum moras ubi est necesse · Bernardus
super epistolam ad Gallathas · Officium meum est ob-
scura disserere · manifesta perstringere
in dubiis immorari · et Symmachus pa-
tricius in epistola sua · Piget ergo pro-
lixum piget esse · in tardius immorandum
me minime cum legem prefinis in theori-
cum argumentorum [illegible] libro adversus
conclusionis premissarum · et quia de consue-
tudine quam opponentes non poterant
cohibere · vel non ad provocare · quia quod
cogitaverant Socrates simulabat intelli-
Ego igitur opponentibus morem gerebam ques-
tiones ordiens et confusione plenus · et so-
lucium de prima redimens ex argumentis pro-
blemata nova formabam et sic fastidium
tollebatur et veritas pandebatur · Caveat
decentissimas ordines · Jeronimus de tri-
bus omnibus reclamasum de scripturis
divinis disputantem · non deest Aristotelis
argumenta congruere · nec ex flumine
tulliane eloquentie ducendus rivulus
est · nec aures Quintiliani flosculis et
scolari declamatione mulcende sed sic
locutio pedestris et quottidiane simil-
que verbi ipsum edisserit non lucubratum
compositione frondescat · Caveat obscu-
ras propositiones · Quintilianus libro viii
Quod vero ulterius illustrande gratia assu-
mitur clarius esse debet eo quod illu-
minat · Caveat falsas et improbabiles
assumpciones · Unde Quintilianus in libro
causarum · xvi · Valde est contenciosum
loquaris quod quidem probare non possis
et affirmacionum summe ethonie quidquid
non habet veritatem · Caveat et sophi-
sticas conclusiones · Quia secundum quod
dicit Ecclesiasticus · Odibilis erit qui so-
phistice loquitur · Ineptias nasterianas · Et Boecius
ad Gallum · Nisi nasterianas intri-
gaciones sciturus et conclusione falsa
mendacium tuum nascens astruetur ·
non potero effugiendis petenda se ar-
nere · pudet me ire tam seria senes
ludimus · Cautelas etiam debet habere
videns · Eius enim est secundum philosophum · Curare
ne ponat quod non oportet et non ponere
positum secundum quod oportet · Et quia de
his docet philosophus ideo de his que ad re-
spondentem in studio sapientie pertinebit
hec notemus · Quod videns cum diversis
debet agere diversimode · Nam · Cum curio-
so agens · eius curiositatem vel temeri-
tatem debet prudenter eludere · Cum
temptatore agens · debet eius versucias
et insidiarum vias obstruere · Cum ve-
ritatis investigatore agens · debet cum eo
in pace conferre · Cum heretico agens
debet viriliter resistere · Deprimo Cle-
mens in epistola ad omnes fideles · Si quis
autem peccatis involutus et inquinatus in-
gesserit se et provocaverit nos dicere que
illum magis vere agentem non oportebat
audire · prudenter eum decenius eludere
Nam nichil omnino videre auditorum
cum utile non videatur · ne forte nos
estiment nos visionis declinare causam
et fides eorum ledatur · Sicut etiam beatus
Augustinus eludebat interdum in epistolis suis inlicitas
curiosorum questiones · De secundo habemus
exemplum domini · Cum videret temptantes
eum · insidiantes quod ei · querebant in qua
potestate hoc faceret · Respondit · Interro-
gabo et ego vos · Baptisma Johannis · unde
erat de celo vel ab hominibus · Quod expo-
nens Johannes Crisostomus super Matheum · ... · ait
Sciens dominus inconvertibilem eorum mali-
ciam proposuit eis quomodo undique cathena-
tam · non ut audientes viderent · sed ut
impediti interrogent interrogantes quod docere
temptantem quomodo modo retunde

et obiectionis illius astucia et conabilis
passione confunde. Sic etiam ut dicit
Jeronimus super quartum librum 3. Phizei temp-
tauerunt eum querentes si liceret homi-
dimittere uxorem suam quatuor circa
ut s. quasi cornutos eum tenerent silogis-
mo. et quodcumque eduxerit capcionem pa-
teat. Ipse autem sic tusionem temperauit ut
decipulam tusseat male arboris nodo
clauus ac cuneus infigendus est con-
improuiso. Unde stulto iuxta stulticiam
suam ne sibi sapiens videatur. De in-
Ambrosio ubi supra. Collacio debet esse inter famulos
dei non altercacio. nec enim congruit unius
fidei viros contendere sed in tractatu se
inuicem pati et bonis dictis consenti-
re. Si quid autem improbabile videtur
cum pace dissimulet. De quo idem
ibidem. Si inquit Ambrosius katholicus cum
hereticis disputat semper de consciencia uber
emittat. hic impia uerba coram se de-
promi paciatur. Cum in huiusmodi disputa-
cionibus cum hereticis maxime esset ad
oracionis suffragia recurrendum. quia plus
valuit martinus orando. quam hylarius
disputando. Et ut dicit Augustinus in libro de
bono perseuerancie. Nos sumus in disputacionibus
prompti. et in oracionibus piges. Quod
ingenium acuitur moderate scriben-
do Et scribere debemus quadrupliciter
corrigendo exemplaria. excipiendo
notabilia redigendo in stilum accep-
ta. imprimendo menti memorabilia
ingenium etiam acuitur exercitatur moderate
scribendo. Nam scriptura primum in pueris
ingenium suscitat. et dum quis publicam
operam scriptam desiderat. diligencius scri-
bendo cogitat. Unde Symachus patri-
cius in epistolari suo. Sicut autem in uestitu
hominum color est uite cultu loco ac tempori a-
ptum sumitur. Ita ingeniorum varietas
in familiaribus scriptis negligenciam qui-
dam debet imitari. In forensibus autem

acuere arma facundie. Est autem scriben-
di officium ad sapientiam acquirendam necessarium
in quatuor modis | primo | secundo | tertio | quarto | quam con-
Corrigendo exemplaria | cepta propria
Excipiendo notabilia | memorabilia
Redigendo in stilum tam audita
Imprimendo menti tenacius. Ne corri-
gendo. ergo sunt primitus exemplaria. Ca-
ut dicit Augustinus libro 2 de doctrina christiana. Eorum
que scripturas nosse desiderant codicibus
emendandis primo inuigilare debet soller-
cia. Hec Augustinus. Sed multi adeo librorum
suorum pulcritudinem diligunt quod eos detur-
pare corrigendo metuunt. Contra quos Jero-
nimus in prologo super Job. Habeant inquit qui
volunt libros uel in membranis purpu-
reis auro argentoque descriptos uel uncia-
libus ut vulgo aiunt literis. onera mag-
is exarata quam codices. dummodo michi meis-
que similibus permittant pauperes habere scedu-
las. et non tam pulchros codices. quam
emendatos. Cum autem falsatis exem-
plaribus ordiri. Contra xv libro super Osee. Sic
inquit decidunt inter exemplaria inuenimus
sine presbiterum negligentiam. sine peruer-
sos. qui quod eis videtur iemendacio-
nibus uel addiciunt uel subducunt. et Jeronimus
ad dominicionem et rogacianum. Quia scitis
librorum inquit plerumque est ascribenda
culpe scriptorum. dum et inemendatis
et emendata scriptitant. et sepe tria voca-
bula subtractis eme silbis in vnum vo-
cabulum cogunt. uel e regione propter latitu-
dinem in duo uel tria vocabula diuidunt. Idem
ad lucinum. Sic quidem imperiti vide-
ntur qui scribunt non quod inueniunt sed
quod intelligunt. et dum alienos erro-
res emendare nituntur. suos ostendunt. Hec
Jeronimus. Falsa enim litera et turbat intel-
lectum et instruit mendacium. Falsitas uel cor-
ruptio codicis magnos doctores aliquando
fefellit. Nam codice mendoso sus Augustinus
fuit ut ipse testatur in libro retractacionum

fefellit · et etiam secundum beatum Gregorium · qui
in fine Iob · Procrastinum studium quod in hebreo
habetur · vermis tibi exponitur · fefellit · Et
Bedam · Cum ne vi porticulis · i · vitulis
que est una littera sicut patet per hebreum et grecum
exponit vitulis propter mendositatem exem-
plarium · quod accidit vitio scriptoris · Sic etiam
excipe auctoritates aliorum glosam falsam continet · Na(m)
cum glosa habeat super textum sicut e-
dificium structura super fundamentum firmari
si textus falsa fuerit nulli dubium quin glosa
super ipsum textum fundata non vera debeat
censeri · Excipe etiam glosantium incredu-
litatis dupliciter accidit vel quia intentionem
vel mentem auctoris ex quo glosas accepit
non intellexerit · et ideo male extraxerit
vel quia quosdam glosas proprio motu
vel sensu exposuerit · cum tamen ignoraret
vim vocabuli sive vocis vel genus aut
articulum vel casum hebrei vel greci ser-
monis · Non enim videtur magister hystoriarum
intellexisse verbum precisi · quod scilicet men-
se diluvium inundare cepit · Contra stili
Contra stili varietatem varietatem · Similiter vim vocabuli glo-
sator ignoravit qui super · xi · dixit chy-
rogrillus est animal spinosum in manibus
heryciniacum · Cum secundum hebreum chirogril-
lus sit cuniculus · et etiam cuniculus si-
milis ericiis communiter vocatur chyrogril-
lus · Hebrei sermonis magister hystoriarum
nescivit qui dixit · Exodus iiii · in hebreo
coluber est feminini generis propter hoc quod di-
versa est in organum · cum constet cum in hebreo
sit masculini generis · Articulum vero ignoravit ille
qui scripsit · Cor · x · O vos ispi videte
eam cum ipsi secundum articulum greci non
possit ibi esse · nisi accusativi casus · Casum
etiam idem ignoravit qui Ephes · ii ·
Exponit ipsius factura · i · per facturam ipsius
cum manifeste secundum grecum non possit
esse dativi vel ablativi casus · et hoc probatur
per vetustam · quoque tractat Augustinus dicens Ipsius
figmentum sumus · Excetus etiam modo

falsitatis glose potest addi · quia possibile in
autentico alio scribitur cum glosis · Sunt
etiam excipienda notabilia que greci
vocantur scolia · quod nos latine vocamus
excepta · De quibus Ieronimus contra Vigilan-
tium · Opus ac studii mei est multos lege-
re ut ex plurimis diversos flores carpam · non
tam omnia probaturus quam que bona
sunt electurus · Ieronimus super psalmos · lxxxvi · Ie-
ronimus in psalterii scripturarum quod habes libras
florentes · Hinc rosa rubet · hic lilia can-
dent · et anima nostra huc illuc est trahitur
ut flores pulcheriores carpiat · si rosas
colligimus · lilia relinquimus · si lilia tolle-
rimus viole nobis supersunt · Hec Ieronimus
Quia ergo tempus est breve · et negociis oc-
cupamur · et etas est in memoria · et libri sunt
multi · et sumptus in scribendo magni
expedit de multis meliora colligere · et
breviora scribere · Sed advertere quod quidam ita
verba excipiunt · quod de ipsa subiecta re non
faciunt vim · quod satis est verecundum · Hos
arguit Seneca in secundis epistolis · dicens
hos ego non discipulos philosophorum secundum
inquilinos voco qui veniunt ut audiant
non ut discant · sicut in theatrum volup-
tatis ad delectandas aures oratione vel voce
vel fabulis ducimur · Magnam auditorum
hanc partem videbis · quibus philosophi scola di-
versorium ocii sit · non id agunt ut alia
ibi vicia deponant · aut aliquam legem
vite accipiant · qua mores suos corrigant
sed ut oblectamento aurium perfruantur
et cum pugillaribus veniunt · non ut res
excipiant · sed verba quedam · que tam si-
ne fructu aliens discant · quam sine suo au-
dierunt · Qui in solem venit licet non ob
hoc venerit colorabitur · Qui in unguenta-
ria tabernaria resederint · et paulo diutius
commorati sunt · odorem loci secum ferunt ·
Et qui ad philosophum fuerunt traxerunt aliquid necesse
etiam quod prodest etiam negligentibus · Hec
Seneca · Tunc autem maxime excipere est

nacōm qui ut dicit Catalianus in libro
de cathalogo poetarum. Septima minus
annis hic plus habet ossium i. plus
sine uberum. Unde et Plinius. Iste so-
lebat legere quod semper annotabat
in scripturis aliorum que ipse legebat
quod posset excipere. Ut habetur in epistolis
Plinii secundi. Hoc tamen Plinius magis
ita excipiebat quod auctores eloquorum
dictis excipiat nominabat. Unde idem
in prologo libri naturalis hystorie.
Auctorum nomina pretexui. Est enim benignum
ut arbitror et plenum ingenui pudoris
fateri per quos profeceris et infra. Ob-
noxii profecto animi et infelicis ingenii
est deprehendi in furto malle quam
mutuum reddere. cum presertim sors — non bene
fiat ex usura. Hec Plinius. Cum vero
verba sunt vel simul cumulata vel per
invicem nexa. tunc est aliud excepcio
periculosa. Unde Seneca in epistolis de
quibusdam libertatis ait. Non sunt circa
flosculos occupati totus contextus eo-
rum virilis est inequalitatem scias esse
nisi que eminent notabilia sunt. non est
admiranda una arborum ubi in eandem
altitudinem tota silva surrexerit. non est
ergo quod exigas excerpta et repeti-
ta. continuum est apud illos quidquid apud
alios excerpitur. Non habemus ista
oculiferia. nec emptorem decipimus cum
intraverit preter ia que in fronte suspensa
sunt. Pauperis est numerare pecus. Quod-
que in sextis oculum id tibi occurret quod
eminere possit nisi inter paria legeretur.
Quare depone istam spem posse te sum-
matim degustare ingenia maximorum
virorum. tota tibi inspicienda sunt. tota
tractanda res geritur. et per liniamenta
sua ingenii opus nectitur ex quo nichil
subduci potest sine ruina. Non est for-
mosa cuius crus laudatur aut brachium
sed illa cuius universa facies admiracionem

singulis partibus abstulit. Hec Seneca. Tamen
advertendum quod etsi liceat excipere. ut dictum
est. tamen hoc magis convenit imperfectioribus
et iuvenibus qui profectus in sapientia et matu-
ritatis. Unde idem ubi supra. Non dubito
quin multum conferant rudibus et adhuc
extrinsecus auscultantibus. Facilius enim
singula excerpta scilicet insident circumscrip-
ta et carminis modo inclusa. ideo pueris
sentencias ediscendas damus quia complecti
illas puerilis animus potest qui plus adhuc
non capit profectus. Viro captare flos-
culos turpe est. et fulciri notissimis
ac paucissimis vocibus et memoria stare
sibi iam innitatur. dicat ista ex se. scilicet non
teneat. Turpe est enim seni ac prospici-
enti senectutem ex commentario sapere. Hoc
Zenon dixit. Tu quid quousque sub alio
moveris. impera et dic quod memorie tra-
datur. aliquid et de tuo profer. Omnes istos
numquam auctores semper interpretes sub
aliena umbra latentes. nichil estimo
habere generosi. numquam ausos aliquando facere
quod diu didicerant memoriam in alienis
exercuerunt. Aliud autem est meminisse ali-
ud scire. Meminisse est rem commissam me-
morie custodire. scire est sua facere
quemque nec ad exemplar pendere et
totiens respicere ad magistrum. Tales numquam
sunt tutele proprie. sed vivunt sub aliena
tutela et sequuntur alios. in quo nec ipsi quos
sequuntur secuti sunt predecessores suos. nec
umquam veritas inveniretur si contenti
fuerimus inventis. Ergo sic incedamus
per priorum vestigia. ut incedimus per
veterem viam. donec meliorem et planio-
rem invenimus. qui ante nos scripserunt non
domini nostri sed duces sunt. Veritas patet
omnibus nondum est occupata. multum etiam
ex illa nobis est posteris derelictum.

Quod scribere debemus redigendo
in stilum concepta. et hoc causa studii
continuandi. ingenii suscitandi sola-

Tercia assequendi obsequii impendendi

Sunt etiam redigendi in stilum et corpus scripture tam audita quam in concepta ipsa. Et hoc ex quadruplici causa. Primo studium sine animi proprio recordandi. Fluxus est animus et labilis. et ideo debent scripture vinculis cogitacionum discursus et evagacio cohiberi. Iheronimus in prologo super primum Paralipomenon. Michi met ipsi et meis iuxta Hymenei canam. si aures surde sint ceterorum. Ideo monet sapiens ut sepius scribamus in tempore vacancia cum mens evagetur ex ocio. Figitur scribendo motus mentis et determinatur. Nam sicut evagatur animus in cogitando ita in legendo. Et sicut lectio prodest que redigitur ad certitudinem. ita cogitacio que recolligitur in scripturam. Unde Seneca. Vide ne lectio auctorum multorum et omnis generis voluminum habeat aliquid vagum et instabile. certis ingeniis immorari et innutriri oportet. Nusquam est qui ubique est. Vitam in peregrinacione exigentibus hoc evenit. ut multa hospicia habeant nullas amicicias. idem accidat necesse est hiis qui nullius se ingenio familiariter applicant. sed omnia cursim properantes transmittunt. non prodest cibus nec corpori accedit. qui statim sumptus emittitur. nichil eque ad salutem impedit. quam remediorum crebra mutacio. non venit vulnus ad cicatricem in quo medicamenta temptantur. non convalescit planta que sepe fertur. nichil tam utile est. quod in transitu prosit. distringit librorum multitudo. ¶ Secunda causa ingenium suscitandi unde et beatus Damasus ad beatum Iheronimum ita scribit. Dormientem te et iam longo tempore legentem pocius quam scribentem questiunculis ad te missis excitare decrevi. non quod et legere non debeas. hoc enim velut cotidianus cibus alit et pinguescit anima. Sed quod lectionis fructus sit iste si scribas et infra. quo anime pabulo omnia mella superantur. Nam cum ideo ut ait Papias inter homines a bestiis differamus quod loqui possumus. qua laude ille dignus est. qui in ea ceteros superat in qua homines bestiis antecellunt. Accingere igitur. et que subiecta sunt edissere servans utrobique moderamen. ut nec proposita solucionem desiderent. nec epistola brevitatem moretur. Hec Damasus. Et sicut exercitus vel navali bello dimicaturi primo se probant et sui experimentum capiunt in ludibus et minus periculosis exerciciis. Ita ingenium suum excitare primo expedit in minoribus conscribendis. Iuxta hoc beatus Augustinus [illegible] in libro [illegible]. quod quedam astus sunt scripta ad vires ingenii exercendas. ¶ Tercia causa solacii assequendi. Unde ille Satiricus ait. Aut prodesse volunt aut delectare poete. Et ille in libro de [illegible]. Carmina proveniunt animo deducta sereno. et Cassiodorus in libro de ortographia. Gloriosum est studium quod loqui debeas competenter scribere. et que scripta sunt sine aliqua erroris ambiguitate proferre. Vox enim articulata nos sequestrat a brutis. scribendi vero ars ab imperitis. Itaque perfectum hominem duo ista simul vendicant. et defendunt. et in eisdem stare convenit. Cum et si plus quam studium delectat. eius quam fastidium relevat. tamen si continue fiat ingenium hebetat. Hec Cassiodorus. Ideo causa relevandi fastidii et obtinendi solacii quis scribit. et studium vicissitudine variatur. Unde Seneca. Alit lectio ingenium et studio fatigatum non sine studio tamen reficit. nec scribere tantum nec legere tantum debemus. Altera res contristabit vires et exhauriet de stilo dico. altera solvet et diluet. Sic lege invicem hinc et illo commeandum est. et alterum altero temperandum. ut quicquid lectione collectum est. stilus redigat in corpus. Hec Seneca. Et nota quod tunc in scribendo animus oblectatur

qui exemplaris vel lectis vel audiatis vel col
ligatis unum conficiatur quod si aliubi reddatur
non tamen reddatur ex sua. sed quod extra le
ctum conficiatur et in stilum redigitur.
Unde Macrobius in libro de saturnalibus
Apes inquit quodammodo debemus imitari
que vagantur et flores ad mel faciendum
ydoneos carpunt. Deinde quicquid attu
lere disponunt et per favos dividunt. Et
ut ait virgilius. Liquentia mella stipant
et dulci distendunt nectare cellas.
Et sucum varium in unum saporem mixtura
quadam et proprietate spiritus sui mutant.
Nos quoque quicquid diversa lectione quesivimus
committemus stilo ut in ordinem eodem dige
rente coalescat. Nam et in animo melius
distincta servantur. et ipsa distinctio non
sine quodam fermento. quo fermento
conditur universitas in unius saporis usum va
ria libamenta confundit. ut etiam si
quid apparet. unde sumptum sit aliud
tamen esse quam unde sumptum noscitur appareat.
quod in corpore nostro videmus sine ulla
operatione nostra facere naturam. Alimenta
que accepimus quamdiu in sua qualitate
perseverant. et solida innatant stomacho
oneri sunt. sed cum ex eo quod erant mu
tata sunt. tunc demum in vires et sanguinem
transeunt. Idem in hiis quibus aluntur in
genia prestemus. ut quecumque hausimus non
patiamur integra esse. ne aliena sint. sed
in quandam digeriem concoquantur. Alioquin
in memoriam ire poterunt. non in ingenium. Ex om
nibus colligamus unde unum fiat. sicut
unus numerus fit ex singulis. Hoc faciat noster animus
omnia quibus est adiutus abscondat ipsum
tamen ostendat quod effecit. ut qui odora
pigmenta conficiunt ante omnia curant ut
nullius sint odoris propria que condiuntur
confusura omnium sucorum et odoramentorum in
spiramenta. unde sicut ex multorum vo
cibus chorus unus constat. ex omnibus
tamen vox una redditur. aliqua est ex illis

vox acuta aliqua gravis. Per singulorum
illic latent voces omnium apparent. et sic con
tentus compositionis hanc summam et hec ver
ba prosequitur. Seneca in epistolis. Si forte vide
bitur alicui contrarium quod diximus superius
verbis plinii quod debemus nominare aucto
rem. hic vero quod aliorum dicta collige
tes quasi unum cibum perficere debemus. Et
non est contrarium. tunc enim nominandus est quando
scribitur tunc actor nominandus est. tunc vero
plane procedit et unus ex pluribus preceptorum aut
dictorum congeritur et conflatur. secundum locum
quod hic dicitur. Unde Seneca. Talem animum
meum esse volo. ut multe in illo artes
multa precepta multarum etatum exempla
sed in unum conspirata. Quare autem scri
bere debemus redigendo in stilum excepta propria
causa obsequii impendendi. in scribente consideratur
humilitas persone maturitas veri sapientie utilitas. petentium fa
miliaritas.

Quarto quare sint redigenda in sti
lum. est causa obsequii impen
dendi secundum magistrum in prologo libri sententiarum
dicentis. De lingua et stilo deservire studiis
proximorum. quas linguas velut bigas
agit caritas Christi. Et in libro qui dicitur Spe
culum caritatis. sic ait Aelredus. Quis spiritus
opus imposuisse meruisse. dignum excu
satione. certe non pusillanimitate imposuisse. sed ex
ceptione non inexcusabile. dignum excusatione
gerens in superbie. Tunc autem maxime
congruum est scribendi officium. cum in ipso ista
concurrerint.
De humilitate scri
bentis. Scribentis humilitas
bentis est probatio
Persone maturitas
manifesta. sub
Veri utilitas
hiis indiciis. scilicet
Petentium familiaritas
si ille qui scri
bit non extollatur in corde presumens
aut scriptis propriis. Si non detrahat aut
scriptis alienis. Si admittat patienter opi
nionem correctorum in propriis dictis. vel etiam in
obscuris. Ergo non extollatur in corde. quia
ingenium est omni animanti amare quod
gerit. et letatur homo in suis operibus suis.

Decorde enim nascitur sensus · et amant corda proprios fetus a deo · ut sepe cum pressus in conspectu sume veritatis corvum suum et partum et visu omni dignum suum commendare non erubescat et inde fallitur · Unde Augustinus ad Sabinum · Nescio quomodo pater impudente caliginem que me circumfundit · Unumquemque fallunt scripta sua · et ut filii etiam deformes delectant · Sic etiam scriptorem indecori sermones sui palpant · Unde et fabula refert cum omnes bestie Jovi presentassent filios suos · Symia filium suum preferens omnibus eum pretulit · Non alienis detrahat scriptis · Nam ut dicit · Domachus patricius in epistola sua · Mediocribus scriptorum amicorum benignitatis scit favere · aliorum aut invidia nescit cognoscere · et Sidonius in libro epistolarum suarum · Super studiis illa laus cure sed nec postuma quidem · quia temerarie iam iactant aliena peritia infructuose · pericia semper lesione · turpit fla · periculose vera dicit · Si honorum facias mentionem modica gratia paratur · si notabilium maxima offensa · inchoato scribendi invidia · continuato laboris sinus et odium · si quid simpliciter edamus insanum · si quid exacti vocamur presumptuosi · et Jeronimus in prologo libri hebraicarum questionum · Semper inpatulo fortitudo emulos habet · feriunt que summos fulgura montes · me quoque procul ab urbibus foro litibus · turbis remotum · et ut Quintilianus ait · Latentem invenit invidia · Nec mirum inquit si adversum me parvum homunculum inmunde sues gruniant · et pedibus margaritas conculcent · cum adversus doctissimos viros · et qui gloria invidiam superare debuerant livor exarserit · Item Sinistra · Os flocculum imagines umbras quas larvas quarum nature dicunt · terrere parvulos · et in angulis garrire tenebrosis · Non admittat

egre correptionem · ante limam imperitiam dicatis · Plinius secundus in epistolis · Librum misi tibi · curata que putaveris corrigenda · Ita enim magis credam cetera tibi placere si quedam cognovero displicuisse · Persone maturitas reddit obsequium scribendi gratum cum opus expetitur oportunum · Unde dicit Jeronimus in epistola ad rusticum monachum · Ne ad scribendum cito prosilias et levi ducaris insania · Levi dicit · Certa secus est qui quibus necessitas cogit · Unde Augustinus dicit in libro retractationum · De de opere monachorum scribendum librum illa necessitas compulit · cum apud Carthaginem monasteria esse cepissent · Alii se suis manibus transigebant obtemperantes apostolo · Alii vero ita ex oblationibus religiosorum vivere volebant · ut nichil operantes · Unde necessaria vel haberent vel supplerent · se potius implere preceptum evangelii existimarent ac iactarent · Ubi dominus ait · Respicite volatilia celi et lilia agri · Unde extendebantur contentiones quibus turbabantur abbatia · aliis hoc aliis illud defendentibus · Huc accedebant · Unde etiam quidam erant conversi qui operandum non esse dicebant · Rei utilitas commendat obsequium · Si quod scribere fuit oportunum quod tunc in excrementum fit · si ad honorem dei · et edificationem proximi · quod scribimus fuit · Finis enim omnis scripture maxime dei est ad caritatis dulcedinem informare · Unde ut in primo libro de doctrina christiana dicit Augustinus · Tota scriptura si quis eam intelligat · geminam caritatem edificat · Nam etiam que seculares conscripserunt prodesse possunt voluerunt · Unde et Tullius in primo tusculanarum sic ait · Philosophia iacuit usque ad hanc etatem · nec ullum habuit lumen litterarum latinarum · que illustranda et excitanda est a nobis · ut si occupati profuimus aliquid civibus nostris · prosimus etiam si possimus

ociosi. in quo magis nobis eo elaborandum est quod multi iam libri ex latini diversis scripti inconsiderate ab illis quid optus inveris. sed non satis eruditis fieri autem potest ut recte quis senciat. et id quod sentit polite eloqui non possit. sed mandare quemquam litteris cogitaciones suas qui eas nec disponere nec illustrare possit nec delectatione aliqua alliceret lectorem. hominis est intemperanter abutentis et ocio et litteris. itaque suos libros ipsi legunt cum suis nec quisquam attingit preter eos qui eandem licenciam scribendi sibi permitti volunt. Et Ennodius. Superflua scribere res est iactancie necessarium reticere contemptus. petentis familiaritas commendat scribentis officium. Magis enim decet ut scribat quis ab aliquo rogatus. quam motu proprie voluntatis inductus. Hoc enim ascribitur amicicie. obediencie caritati. illud vero iactancie. superbie. levitati. Et ideo mira quid pocius vel cenati scribunt ut se freno ori imposito presilencium honorarent. quia ut satirice loquar. hesternam ructantes crapulam audacem in stultorum dare presumunt. Hii sunt qui sacionibus asseveri loquacitatem sapientis estimantes. posuerunt maculas in celatis. lacessunt scriptis. lacrant quoque convivijs. quorum folia nominatibus plena sunt. et ineptus ut illud planti non immerito possit eis aptari. Hos preter sibillam nemo leget. Et illud Virgilii. Dat sine mente sonum. et cum suas magnificaverint fimbrias in personis pruriebunt mores nasi eradicati mus quod ubi licet sonent exterius christum. sapiunt tamen intus aristippum. et predicant antiquitas nitidi. crassi. temporalibus. suffarcinati. pauperes nudos. mendicos. peregrinos huius seculi dampnant. qui christum sermonibus et studiis ymo. et si ubis taceant. ipsi locum et gestis. Tales hos adversarios christi. hiis duobus con

christum. et christi discipulos diminant antiquus. qui cum tacere non didicerint. more sullo grunnientes. et oculis scriptitantes nesciunt loqui. Sed iam ad propositum redeuntes discimus ad officium pertinere scribendi corrigere exemplaria. excerpere notabilia redigere in stilum concepta propria imprimere memorie mandata. Hoc est ubi quod prosequimur diffusius. sed cum agemus de memoria christo auxiliante. de hoc infra dicemus. hec ad presens nosse sufficiat quod memoria litteris adiuvatur. Hic ostenditur quod ingenium inmoderato labore retunditur. Et hoc iiii^or modis Causa naturali accidentali. Corporali Animali Secundo

ingenium eciam sicut anima prius per se proficiat usu iuvatur. temperato exercicio acuitur. Ita eciam immoderato labore retunditur. Nam labore corporis frangitur. calor eius spiritus resolvuntur. sompnus inducitur. subtracto sensuum exteriorum ministerio et omnibus impedito iudicio ingenium occatur. Et quatuor modis ingenium dei nimio labore retunditur. A causa naturali. accidentali. corporali. animali. A causa naturali in senibus et pueris. Ab accidentali in quarundam passionum molestacionibus impeditis. A corporali in nimiis actionibus occupatis. Ab animali in nimium cogitabundis. A naturali ergo causa deficiunt pueri et senes. Unde Tertulianus octogenarius ad deum. Reliquid ingerit sensus mei addiscenda et cetera que sequuntur. Et Jeronimus Recipit non mirantur excusat quod se puerum profitetur. Ipsum est enim primam etatem esse calidam et humidam. perfectam. Etatem autem senilem frigidam et siccam. et in utraque ingere minus ingenium. Cum enim in senibus humidum geminum evaporet necesse est eciam ut calor exalet. Et ideo propter hanc evaporacionem attribuitur eis constancia quod frigidi et sicci hominis retinent

et fortis apprehensio propter defectum calidi
consumentis · opomis tonus · et sapientia propter
multitudinem experientiarum et meliorem memoriam
que ex frigido et sicco confortatur. Sed tamen
in tantum deficit ingenium in quantum adolescentia
comparatur. Unde Avicenna in libro de
anima dicit. Quod omnia propter corporis
debilitantur vires in fine etatis in medialis
quod fit circa annos .l. tamen sapientia
confortatur. Unde David senex ab y-
saac sunamitis officio tenetur. Et ut
ait Jeronimus ad nepotianum. David annos
natus lxx bellicosus quondam vir senec-
tute frigescens non poterat calefieri.
queritur ei puella, que cum rege dormi-
ret et senile corpus calefaceret. Omnes
enim pene virtutes corporis mutantur in se-
nibus et crescente sola sapientia decres-
cunt cetere. Hec Jeronimus. Sapientia igitur est illa
sunamitis que senes calefaciat et iuve-
nes non urit. Si tamen quod plato octo-
gesimo primo scribens mortuus est. Et
Socrates nonaginta novem annos in do-
cendi et scribendi labore compleverit,
et multi philosophi etate longevi in studio sa-
piencie floruerint. et multi poete gran-
des natu. vicina morte nescio quid
cigneum et solito dulcius cecinerint ut re-
citat circa principium huius partis super epistolam. Hinc
et huiusmodi datur excusatio brevis. Continu-
atu scolastici laboris exercitu. nutrit in-
genium in quantum natura paulatim deficit
artis industria ut disciplina succurrerit

Nota pro senibus

Unde Jeronimus. Senectus eorum qui ado-
lescentiam suam honestis artibus instru-
xerunt. et in lege domini meditati sunt
die ac nocte etate fit doctior usu trit-
ior. temporis processu sapientior. et veterum
studiorum dulcissimos fructus metit.
Unde et sapiens ille vir grecie themi-
stocles cum expletis centum et septem annis
se mori cerneret dixisse fertur se dolere
quod egrederetur e vita quando sapere cepisset

cuncta tamen que corporis exercent. Sicut
in corpore mota sunt. Et ut dicit idem
Jeronimus. Nec hoc dico quod in iuvenibus et ad-
huc solidioris etatis homini dimicarat quod
labore et ardentissimo studio vite quo-
que sanctimonia et orationibus a domino frequen-
tia scientiam consecuti sunt. Effugiat sapientia
que impletur quod senibus etate marce-
scat. Sed quod adolescentia multa corporis
sustineat bella. et inter incentiva vi-
ciorum et carnis titillationes. quasi ignis
et lignis viridibus suffocatur. ut suum
non possit explicare fulgorem. Nam
accidentali obtunditur ingenium. Cuius modi
sunt egritudines speciales et maxime im-
peditur per capitis passiones. Nam in
vertigine et scothomia visus est et
ingenii corruptela. tamen videtur omnia verti
videntur in gyrum. quia fumo penetrante
ad partem anteriorem cerebri spiritus visibilis
ventositate desinente volvitur in gyrum
Et sic eis potest esse obtusus que non appre-
hendit nisi per corporeum instrumentum i. spiritum
sic tortuum. Sic etiam fit in litargia
que facit hominem obliviosum. et dure
etiam intelligentie. Et ideo pigrioris
venit cerme gignit sensum. quia nimia
repletio ciborum et potuum. et maxime
ceparum alliarum. alborum et aliorum acu-
minum et fructuum congestio inducit huius-
modi debilitatem ingenii. Hinc sunt quies
sompni cure pigri. apertos habentes ocu-
los. cum oscitatione. et oris apertione. quod
non meminerit claudere. maxime cum
eis parata est huiusmodi egritudo. Propter hanc
autem passionem maior et minor inge-
nii ineptitudo nascitur. secundum quod ex di-
versis causis. et in diversis locis passio
ista causatur. Stupor etiam mentis in-
genium impedit. eo quod sensus et motus
iste diminuit. quia passio insensibilitas
et ymobilitas appellatur. Per quorum opposita
ingenium vegetatur propter hec. eum agitas

vnius sed praecipit dissipatas ventriculi
celebri instinctione, et tunc sine humectatur
et remolliunt et capita inuicem sibilum
et motiuorum spirituum. Et deinde ad
3. prius medicos relinquam. Causa corpo-
lis. Cum nimis corpori primus ut ad studia
forciores et abiliores simus et dum
nimium ieiunando vel vigilando radica-
le consumitur humidum vitale necesse est ut
diminuatur ingenium. Unde secundum Eccli.
Vigilia honestatis tabefaciet carnes
et cogitatus illius auferet sompnum.
Sic ergo spacia studii et sompni mode-
rentur ut nec tempore studio deputato sop-
no indulgeatur nec tempore sompno debito
lectioni vel studio insistatur. Unde petrus
apostolus in itinerario. Cauendum est inquit
in magno opere ne quis sumens ex hiis
spaciis que ad studendum habet sompno
addat et vigilandi tempus minuat. Illud
quoque est obseruandum ne forte si nondum de-
coctis cibis interrumpatur sompnus mentem
agrauet corpus indigestum et crudos
exalans spiritus sensum interiorem confusum
reddet et turbidum. Necessarium ergo est ut spa-
cio competenti pars ista foueatur ut inde
corpus in reliquis possit usum exhibere
in statum expleatis sufficienter hiis que sibi
debentur. Hec ille. Item Cassianus in libro
de institutis monachorum ii°. Omni obseruan-
cione conuenit custodire ne sompnum quem
nocti subtraximus resumere postea vigiliarum
lassitudine et inanitate compulsi non
tam requiem subtraxisse quam quietis
tempus ad refeccionem nocturnam videatur com-
mutasse. Totum enim huic carni procul dubio
cogetur reddere quicquid ei non racionabiliter preter
subtrahere sed totum intemperanter denegare
et non superflua sed necessaria voluerit am-
putare. Hec Cassianus. Hoc etiam la-
borat vicio qui pectoris more tendens
et oculis onerans animam suam librorum
distractus multitudine libris semper innititur.

non inuentis. Unde ad theruense ande-
torem patris. Consultum michi est utrumque per-
tem. An libros inspicias. Liber nempe non
nisi paupercula sunt sciencie monimenta que
inquirendarum principia continent, ut ab hiis
sumat animus negociandi principia. Et Ber.
in epistola ad Henricum. Experto crede. Aliquid
amplius inuenies in siluis quam in libris.
Ligna lapides que docebunt te que non
8. possis a magistris audire. Causa animali
deteriorat ingenium per inmoderacionem appli-
cacionis anime ad studendum. Inde cellula
memorialis destruitur. Nutrimento desti-
tuitur. Sompnus aufertur. Unde et
Ber. Difficilium meditacio scripturarum fa-
tigat non reficit teneriorem animum. Stran-
git intencionem. Ebetat sensum. Inde est
quod ex nimia cogitacione quidam cito re-
soluuntur in sompnum. Quidam vero processu
temporis immoderatas continuant vigilias deni-
que perdunt sensum. Cum enim aliquis incipit
se dare subtili incipit cogitare incipit
ut frequencius dormitare quia vigor
anime regreditur intra se et sensus communis
secum retrahit spiritus ab exterioribus orga-
nis et relictis exterioribus a spiritu et ca-
lore generantur organa frigiditate sompni
vinculum inducente. Ideo cogitandum est de
subtilibus moderate. Et quia labor co-
gitacionis immoderate excitat cerebrum in-
naturales vigilie consecuntur frequencius nimis
cogitandi. Unde in libro de sompno et
vigilia dicitur. Sompnus quidem epilensia
est quia opilantur utrobique vie spirituum ne
possent deferre spiritus sensibiles et moti-
uos ad sua organa ad sensum et motum. Sed
innaturales vigilie quas nimius suscitauit
per laborem calorem resoluunt naturalem
et fit multa spirituum deperdicio et remisso
calore sequitur indigestio. Fit superfluitatum
aggregacio. Fit totius corporis consumpcio
et anime inuacio. Taceo frenesim et
ebrietatem que similes pocius passiones

hic tam. Sz unu exemplu de amore q
dr̄ hereos inducamus. ut certu ꝯprobemꝰ.
Est igi morbus iste cu nimia ꝯcupia
et afflictione cogitacionu ex sollicitudīe
melancolica ducens ad insaniaz. eo qd
cogitatio continua incitatur. Cum deside
rio circa formaz quam estimat esse
ꝑ pulchram. Errat igi estimatiua que
primodaciones sensibiles ducit. ad app
hendenda accidencia non sensata que estimat
esse et non sunt. forsitan in ipsa. et in illo
sensato quod in ueritate non. et inestima
tiue ita occurrit. uirtus anime sic esse
estimans conquiescat. Imperat igi esti
matio ymaginacioni. ut desiderium habeat
in tali forma et ꝑsona animi. quia inter
apprehensiuas estimatiua melior ē. et
in alias sensibiles uirtutes habz imperiu
ymaginatio uero mouz ꝯcupiscibilez
que ꝑ ꝯcupiscentie inclinatur ad dolorem. et
ad mediaz continuitatez celebrer ubi
estimatiua esse dr̄. Calor innatus et
spūs attrahitur infrigidatur et exsiccatur cor
pus ex generatione. trahant animaz ad
insaniaz estimatio forme speciositatis
ꝑsonarum. ut hinc insanie sollicitudo co
gitacionis nimie. Omnino uidebimus in
hac parte simile si profunde mitimus
animā in cogitacione. maxime cu assue
dimus ultra nrm̄ modulu. uel ubi no
ē ꝯqueri in scirpo nodu. Et quia cor
pus animaz sequit in sua actione cor
pus non animaz in sua passione. cor
pus destituitur anime uel ingeniu uel
ebetatur uel aufferatur. Et hinc Gall.
Virtus anime complexionem sequitur
Vnde uit aut. Constantinus. Si no heosis
feratur curatio amina leuetur. in passione
melancoliaz incidere mandat. Et sicut
ex nimio laboris corporis mei madic
in laboriosaz ethycam. ita ex labore
anime in melancoliaz. Ergo non plus
cogites quam oportz. neqz plus sapi

as quia necesse est. Nos ꝯplendunt sapi
entes in sapia sua. et si montez tetigit
merito lapidabatur bestia. Mel inue
nisti qd tibi sufficiat comede. Nam si
diuerteris sapiens efficiaris. sapia longius
recedet a te. Post sensu et ingeniu hic
agitur de memoria et hic quantu ad eius quiditatez
et quiditas quoniam memorie diffinitur di
uisione et talem ꝯpom organi dispoīcōz
Post sensum et ingeniu med
tiam esse uidetur dicimus
ad discendum. De qua uidendum est
quantu ad eius quiditatez qualitatez po
testatem. formabilitatem. De quiditate
autem ipius tangendum est. quantu ad eius
diffinitionem. diuisione essenciales opoz
et organi disposicionem. De diffinitione
autem ipius secundum tullium. et secundum
rem et utrusqz disposicionem. Memoriaz
ergo tullius in fine rethorice secunde
sic diffinit. Memoria est ꝑ quaz animus
repetit ea que fuit. Intelligencia ꝑ quaz
ea perspicit que sunt. prouidencia ꝑ
quaz futurum ad uidetur. ante quaz fiant
sit hec autem ꝑtes prudie idem ap
pellat. Damas. aut sic. Memoria est
fanthasia derelicta ab aliquo sensu
secundum actum apparente uel cogitacio sensus
et intellectus. In idem ꝯsonat Remigius.
Secundum rem autem uidetur de memoria
quidam ingens quedaz aula ꝯtinens in
numerabiles thesauros diuersaru reru cor
poraliu. et ymagines ꝑ sensus inuectas
ubi reposita sunt omnia et distincte for
mata. prout quisqz suo aditu ingesta est
sic lux colores et corpm formas. per aures
autem omnia genera sonoru. per
aditum oris omnes sapores. per aditum
narium omnes odores dura mollia frigi
da calida lenia aspera ꝑ tactu. Hec
omnia recipit memoria. et cum quis per
suam ymaginacionem repraesentant animo que
ti. nunc hoc nunc illud. et quedaz citi

posita sunt· ut statim appareant· et se of-
ferant cogitanti· et quedam dum alia q-
runtur prouunt in medium et ipse abigun-
tur· q- vero in tam profundo reposita sunt· ut
vix eam cum magno mentis labore q-
rentibus· abstrusis eruuntur· Alia vero
imperturbata serie sicut posita apparent
Ubi celum terra mare et quecumque sentiri
potui· preter ea que
sepelivit oblivio. Exposicio autem dicta-
rum est· quod anima per sensus comprehendit
sensibilia et sentit et fit opinio. Intel-
ligibilia vero per intellectum· et fit intelligen-
cium igitur typos vel figuras eorum que opi-
natus est· quibus et que intellexerit custo-
dit memoria etc· Sensibilia autem me-
moratur per se ipsa· Intelligibilia vero per
actus· Et ut dicit Remigius· Cognosci-
bilium memoria ex perceptis sit fantasia·
Intelligibilium autem cognicio non fit
nisi ex disciplina et naturali ingenio et
non ex sensu in mente. Intelligibilium aut
si quid didicimus memoriam· tamen eorum
eorum memoriam non habemus· et hec est
diffinitionis exposicio. Dividitur autem
memoria secundum Augustinum in sensibilem et intel-
ligibilem· Sensibilis autem secundum Tul-
lium in prima rethorica in naturalem et artifi-
cialem· Intelligibilis eciam dividitur
in eam· que non est ymaginis pars· et
eam que est pars ymaginis dei in nobis
et omnibus create sunt· Et est alia increata
que secundum eam condiuntur istas. Repe-
tes ergo habent dicimus quod memoria divina
omnibus imponit formam· ita quod qui fue-
runt eidem aliquem memorie conformiores
tanto meliores et priores. Est ergo no-
bilissima memoria divina post hanc illa cre-
ata intelligibilis· que est pars ymaginis
sive in angelis sive in hominibus· sed in an-
gelis nobilior· in hominibus nobilior intel-
ligibilis quam sensibilis· et naturalis quam
artificiosa· et omnes hee differencie nobili-

ores quam in brutis. Descendit ergo ab eter-
nali ad sensibilem humanam sed artificialem
et ab artificiali ad naturalem· a naturali ad
eam que non est pars ymaginis· et ab
hac que est pars ymaginis· et ab hac
ad angelicam· ab angelica ad divinam
Est autem divina memoria ut elicitur ex verbis
Augustini in fine xi libri confessionum· Omnia
noscens ab eterno sine varietate noticie sue
sicut omnia faciens· in principio sine distinc-
cione accionis sue. Memoria autem creata
que est pars ymaginis est in angelis mens
intellectualis non coeterna etiam· sed eternitatis
particeps natura mutabilis· sed contemp-
platione et beatitudine omnem excedens
mutabilitatem temporis· et sine ullo lapsu
eque facta est in habendo· deo excedit omnem
volubilem vicissitudinem temporum· ut scribo
in xii confessionum. Memoria vero intelligibilis
in hominibus prout est pars ymaginis est
vis intelligibilis abstrahens ab omni
differencia temporis secundum porcionem superiorem eius
commissa inde tenens apud se priciam
noticie prime veritatis in habitu aliquo
innato ut in xiiii. Augustini de trinitate. Memoria
vero intelligibilis que non est pars ymaginis
est vis conservativa specierum intelligibilium
secundum differencias temporis divisas de rebus prius
acceptis. Memoria vero sensibilis est
virtus sita in posteriori cellula celebri
ordinata ad conservacionem impressionum per-
venientem ex interioribus sensibus· quas
virtus estimativa accepit ex singulis
sensibus indigens organo· et tempore
hec est in omnibus animalibus· sed in illis in
quibus est virtus sensibilis discernens temporis
et differencias temporis cum ipsa sit acceptio in tan-
tum perfecti· sed accepte in preterito non continua
sed interscisa· Hec autem communis est ad arti-
ficialem et naturalem. Et artificialem vel
artificiosam· vocat eam Tullius que
egit ingenio et confortatur doctrina et per-
ceptis· Naturalem vero vocat eam que in mentibus

ais insita e et simil cu cogitatoe nata
Rememo vo brutalis e virtus qua aia
benti movetur sensibilia que sit infra
se vl iuxta se non aut se vl que sup
se preapprehensionez em ad se non reflec
tatur nec supra se videt pnentis ele
vacionem unde Claudianus in libro de
statu anime Cualibz tornabili et racio
nabili que sit meminisse unde no ads
qz vero dr i memio esse homis peu
dis qz consimiu Nam et nidos ciconie
et hyrundinis p9 annu reficiat et equi
stabula repetiit et canes domos re
cognoscunt Hz qm anime beluarum et
si ymagines locorum natur retinent ipo
tamen subs sue statim non habent i
recordacione rerum corporaliu quas p
cepis sensus hausimus necrio tenet
et tormandi non habes nd diam s
se aliquid sed seipas videre non put
Essencialis autz opo memorie meo
trari sine recordari tar modus e diffi
alis adducend Tar secundu Comentato
rem sup librum Ar De memoria et
reminiscen pt satis dici qz actus eius
erit quum facit reddi impriu intencoz
impttio coprehensaz Res em aut ap
phendit ipriti et dehmo est sensus
Aut respicit futuru et dehns e esti
macio Aut preteritu et hec subiacent
memorie unde memorari e eius qd
prius sciebat impttio et hoc e que
omnibus animalibus hntibus ymagi
nacionem sed investigare pncmorm
aut rememorari e in solis homib
quia hoc e voluntarie inquirere deb
modi intencoe et facere eam pntem
pt absenciaz Differt tm rememoraco
a consuacoe cu suacio sit eius qz ss
fuit in anima postqm fuit cphensu
Rememorao vero eius qd oblitu fuit
Et ido rememoratio est consuacos ab
scisa Consuacio aut eius e reme
moracio conti a Et ideo hec una e in
subo due vero secundu modu et hec e
racio virtutis rememorativae vl memorie
q tm apphendit res ptculares res
determinate qtitatis et qualitas pcmbu
lis ssv et ymaginatoe Sunt igr hic
maior consideranda ymago intencio illi
ymaginis et facere illam intencom
esse illius ymaginis que pus senci
ebatur Facere aut ymagine esse p
sentem e alterius virtutis quia sit virtus
que comphendit intencoz Et noiat
duob modis quia cphencio eius fu
erit conti a dr conservativa qi dimissa
memorativa Judicare autem qd
ista intencio est ymaginati illius e
intctus ipius in homine quia sit cu co
gitacone et investigatoe prememora
cionez i manimalib e pncatiuaz et no
habz nom nisi qz Avicenna vocat
eam estimacom phanc em brutum
fugit naturalr ovis lupum sicut s
nocivu licz enim inquirz noint vel
vidit Sunt go hic tres actoes trium
virtutum quaru una apphendit rei yma
ymaginez aliam intencom ymaginis
tcia compcit has duas adinvice In
formis em ymaginabilib e ad qi
subim si linearo vl figura et ad qi
forma s intencio illius figure et
recepcio harum duaru pcm est duaru
virtutu dimsaru et compositio earu e
tcie virtutis Et sic pz hic tres esse vi
rtutes unam que fat pntari ymagiez
et una que facit pntari intencoem illius
ymaginis et una que compot illam i
tencom cu sua ymagine et phec tria co
plecitur investigacio prememorativa quando
una queqz earu facit pntari suu ppum
et sic patz de essenciali actione rememora
cionis et memorie Est aut virtus hec
organica put dicit dam Organu
memorati est posterior ventriculus cele

uti et spiritus animalis qui est in eo Et
Konigius. Sensuum initia et radices
anteriores cerebri ventres diximus de
ymosabilis medium et memorialem po-
steriorem est. Et Algazel in methaphisica es-
timativa et memorialem in posteriori parte
cerebri. Communis vero et ymaginativa est
in anteriori parte cerebri. Cogitativa
est in medio cerebri. Quod patet sic quod
apprehendit de sensibus ymaginativa est
id quod pictor pingit in pariete et quod
comprehendit memorativa est intentio
illius picture. Generans ergo primo sentit
deinde ymaginatur ymagines. deinde
distinguit distinguendas. deinde recapit
confirmans. Ideo necesse est ut ymaginans
sit in parte anteriori cerebri. Deinde cogi-
tans in medio. deinde memorans et con-
firmans in posteriori. Sicut in figura patet
Inde est quod Avicenna ponit quinque or-
dines et quinque loca organorum apprehen-
sionem esse incipite. Primus est exterio-
rum organorum que vocant corpulam de
corticis quia recipit formas vel ima-
terialia prius et complementum illius loci
est in organo sensus communis in prima parte
capitis medullosa et humida. Secundus
locus est sensus communis qui primus est loco-
rum spiritualium et formalis ad sensus pro-
comparatus et ideo complementum est loci pri-
Tertius est virtutis ymaginative et est ma-
gis spiritualis et se habet ut complementum
ad secundum et accipitur ymaginatio hic pro
fantasia. Tertius in organo est virtutis
distinctive que est cogitativa virtus vel
torum vel cogitativa ut ita dicatur que
distinguit intentiones a figuris rerum r. z.
Quartus est in organo virtutis medita-
tive. et iste locus magis est spiritualis
inter omnes. quia recipit medullitus
eius. quas tres vires scilicet sensus communis
ymaginativa et distinctiva distinxe-
runt. et prius distincte et discrete rerum

titur a deo Et ideo virtutis memorie ce-
tus est quod componendo intentiones discretas
cum ymaginibus rerum a deo tenta. Et
patet de quiditate memorie. Circa
istud autem sequentiam in eo Algazel de diver-
sitate eius participatione de participatione comparatione de
impedimentorum occasione Et de eius medicinali subventione

Memorie qualitatem considerantes de
necesse habemus determinare. De
differentia eius participatione
De participatione inter se comparatione
De impedimentorum occasione. Diversa
De medicinali subventione. partici-
patio memorie variatur secundum
species individua. plus enim defi-
individua et cit memoria in
alterius individuorum. piscibus sine
rationalibus quam in gressibilibus et vola-
tilibus. et in multis super magis quam in ho-
minibus prout dicit Augustinus in super libro de Tri-
nitate. Credo bruta licet habeant memoriam
non tamen qualis est humana. quod verum
est de intellectuali. non tamen verum est de na-
de sensibili universaliter. quia sapiunt cer-
tioris de omnibus que sunt nobis cum besti-
is et avibus quia plus tribuit il-
lis vero nobis. Eius enim homo vel
visu aquilis vel odore canibus vel
colore pavonibus vel fortitudine leoni
vel velocitate capriole. vel volatu
musce possit equari. Hec enim supe-
rant nos in bonis corporis. que supe-
rantur a nobis in bonis tamen sine quo
inefficax est. et peroi per memoriam
esse corporis membra. Si enim cogites
corpus tuum sine mente. et tamen solis
sensibus vigere, videbis corpora vilis-
simorum animalium tuo corpore prevalere
Ex quo patet corpora hominum esse vilissima
et infectiva nisi regantur rationali
memoria. Unde homines habent male sine
memorie. infantes. et senes. et ni-
mis velocis ingenii. et nimis tardi-

In infantibus enim nimia dominatur humiditas fluens in formam sigillatam de facili recipiens sed non retinens. In aliis accidentaliter illud fiat hoc est si consuetudo inveniat ut per hoc faciliorem reminiscendi usum habeat. Aut si forma sigillata animam infantis inveniat occupatam vel eius sigillatio et impressio relinquat delectationem vel admirationem magnam. His enim et similibus causis provenit motus in anima infantis amplius perfunditur et diutius retinetur. Senes autem in quibus humiditas frigida et per ignis actualem humidum et corruptum quod fluit indeterminatum sigillare enim non permittit ymaginem sed fit in eis sicut in ruinis edificiis in quibus non fit sigillacio propter putrefactionem. Omnia enim putrefacta corrupta sunt humida sed melius sunt arida. Similiter multum veloces gentes ingenio non sunt bone memorie propter humidum facile recipiens et calidum multum movens. Calidum enim commovet ymaginationes et perturbat eas et humidum commixto calore motum non bene retinet eas. Et adverte quod dico memorie non dico reminiscencie. Licet enim aliquando ponantur pro altero tamen aliud est memoria aliud reminiscencia. Est enim motus reminiscencie motus interceptus et diversificatus. Interceptus quidem quia non continue perambulat formam reflectitur in ... eo quod illa tendit in oblivionem vel in toto vel in parte. Diversus autem quia cum multis est formis similem et contrarium et consequentium et locorum et eorum que acciderunt rei composite per reminiscentiam. Memoria autem dignior est ut habeat motum continuum et uniformem. Id enim proprie reminiscimur cuius in se habemus oblivionem sed principium eius retinemus per memoriam. Unde reminiscencia est investigatio per memoriam secundum philosophum

Sicut silogismus a quodam principio procedens. Hanc autem reminiscentiam maxime habent melancolici et qui habent melancoliam fumosam et fluentem. Hec dicit philosophus in libro de plenitudinibus. Sunt enim tales qui habent melancoliam accensam que causatur ex sanguine et colera simul adustis. Tales enim homines movent fantasmata quia in siccos posterioris cerebri fortissime imprimuntur et calore melancolie fumose movetur et eiusmodi mobilitas confert reminiscentie ut investigent. Et aliis contingit quemadmodum proicientibus lapidem accidit quod non habent amplius posse in ipsis ut qui voluerint stet lapis. Hoc contingit in reminiscentia quod cogit ad hoc frequenter dispositio corporalis vel accidentalis ut infirmitas vel etatis. Quod est videre per simile in ira et timoris ubi magno impetu consurgit passio quodammodo involuntaria. Tales etiam propter fumum melancolie evaporantis ex quo loqui incipiunt dum locuti non quiescunt propter multum motum fantasmatum que motum sequuntur. Multum tardi etiam male sunt memorie quia non de facili recipiunt et ideo ymagines propter quas memoria viget eis deficiunt. Veloces enim ingenio magis sunt humidi quam indigeat memoria. Tardi autem nimis habent de humiditate quam ad receptionem ymaginationum sufficiat. Ergo in nimis humidis non manet fantasia et in multis siccis a fantasmate non sigillatur forma impressa. Compositio autem inter se participat memoriam. Sic distinguitur secundum Avicennam. Et verificantur ea que superius dicuntur secundum Avicennam. Memoria est in aliis animalibus sed recordatio que est renovatio ingenii ad querendum quod oblitum est non invenitur nisi in solo homine. Cogitare enim sibi affuisse quod postea deletum est non est nisi virtutis rationalis vel si est aliquid

virtutis altius preter racionem poterit esse e-
stimacionis sed que decretius conabiliter.
Differencia ergo memorie et reminiscencie est quia
memoria est retencio specierum sine inte-
rcione sensibilium sine repeticione eorundem.
Reminiscencia vero est inquisicio eorum
a memoria deletarum per oblivionem per
consimilia. Sicut oblati alicuius persone
quam vidimus recurrimus ad locum et tempus
et actus per que recordari possumus quia vidimus
tali loco tali tempore talia facientem. Non
eciam differunt inter recordari et addis-
cere quia quidam posuerunt quod addis-
cere nichil aliud sit quam reminisci. Con-
veniunt enim in hoc quod utrobique est motus
a cognitis ad incognita ad hoc ut sciantur.
Sed in hoc est differencia quod recordacio est in-
quisicio incognitorum ut cognoscantur
deficiencium que quondam sunt cognita de pre-
terito. Addiscere vero sine disciplina est
extensio anime ad cognoscenda incogni-
ta que non sunt cognita prius. Ad hoc
autem maiorem evidenciam quod propter ad quo-
dam homines facilius addiscunt quam
memorantur. Et ubi quidam sunt facilis me-
morie quidam facilis recordacionis quidam
facilis memorie quidam econtrario. Adqui-
rendum secundum Avicennam quod illi qui sunt
sicce complexionis fortes sunt in memo-
ter retinendo debiles in recordando i.
in memoriam movendo. Siccitas autem materie
genus est disposicio ad suscepcionem impressionum
et retencionem. Habilis autem est ad mo-
tum et ideo sicca complexio generat memorie
non recordacionem. Cum vero calide sunt com-
plexionis facilius recordantur. Hii autem
sunt qui magis recipiunt motus. Motus
autem separant motum sensibilium ad alias
intenciones. Et qui sunt perceptibilior mo-
tum erit eciam recordans. Caliditas et
enim complexionis est quietissima dispo-
ad motum. Illi vero qui sunt humide comple-
xionis sunt facilis discipline. Humiditas

enim est disposicio quietissima ad faci-
litatem suscepcionis impressionis et quie-
discipline facili et est contraria disposicio for-
ti memorie. Memorie enim necesse est materia
aqua difficilius deleatur quod impressum est in
illa et ad hoc opus est sicca materia comple-
xione. Nota ergo quod boni memorantes
sunt contrarie disposiciones bene addiscen-
tibus. Illi enim boni memorantes sunt quorum
anime non habent facilem motum neque disper-
guntur cogitaciones eorum. Illa enim anima
que habet multos motus et multas cog-
itaciones non bene memoratur. Hec autem est
disposicio contraria bone recordacionis.
Bona enim recordacio exigit multiplices mo-
tus et agiles cogitaciones. Item bene
memores sunt sicce complexionis que est
disposicio difficilis ad suscipiendum impressi-
ones et ideo est contraria ei disposicio faci-
lis discipline. Bona ergo memoria est vel
ex siccitate complexionis vel occupacio circa
unum vel pauca non circa multa. Unde est
quod sicut supra dictum est dicit philosophus quod
quamvis sint humidi quod bene retinent. Anime
enim eorum non sunt occupate circa multa
sed sunt fixe circa unum. Iuvenum vero propter
calorem et propter motus suos agiles debil-
is memoria quamvis sit complexio sicca. Seni-
bus autem ut sepe dictum est dicit philosophus
rerum qui prevalet mens non memorantur ea
que vident. Occasio impedimentorum memo-
rie iam patet ex dictis in parte. Habet enim
occasionem memoria
Ex parte organi
Ex parte elementarum humorum
Virtutis minoris
Impedimenti exterioris
Ex parte organi
sic patet secundum
Remigium. An-
terioribus ve-
triculis cere-
bri lesis sensus perditur et memoria stabile
manet illesum. Medio vero ventre pa-
ciente sola racio turbatur et sensus manet
integer. Ubi vero anterior et medius ven-
ter passi fuerint hec simul cum sensibus
afficiuntur. Posteriori vero paciente memoria

corrumpit sensibus atque mente manen-
tibus illesis / Oblivio vero qd non e no-
bis sim̄ nisi demencione adplicatur / Quod
si cu antidotibus et medicis posset fuerit
oppressi et sensibus et ratione et memoriam
simul corrumpit / Unde et sic intellectus prolon-
gatur et debilitatur animus. Patet hoc per illas
passiones alias atque sintomata. Quia ma-
xime ex frenesi frenetico quidam ipse
conservat integros mente sua lesa / Ta-
lem autem describit G. frenetica qd
lanario quodam coram eo laborante ex-
urgens accipiens que vasa vitrea ad fe-
nestram accedens. interrogare cepit tran-
seuntes unumquodque vasorum ex nomine
nominans. si vellent illud inferius de-
iactari / Astantibus autem se velle
dicentibus post iecit unumquodque vaso-
rum / Deinde interrogant si etiam lanari-
um vellent deici. Illudentibus autem credentibus
esse et se velle tradentibus arripiens a su-
mo deorsum deiecit lanarium. Hic vero
sensus habebat integros. videbant enim que
vasa hec et lanarius hic. sed infirma-
batur ratione / Alii vero frenetici manem
assumentes fantasiam putant videre que
non vident sed alia secundum rationem cognoscu-
Ista anteriores solos ventres habent lesos
illeso manente medio / In passionibus enim
unius cuiusque membri contingentibus uniuscu-
iusque actus impeditur / In illo autem opere
decernetur aliquis quod patiens membrum
operari natum est. ut pede paciente ambu-
landi impeditur. hoc namque pedis opus
est / Ex parte elementaris humoris est ratio.
ut sepe dictum est / Vel enim est nimia humiditas
naturalis ut in pueris vel accidentalis ex in-
digesta per crapulam ut in senibus et de-
crepitis / Vel nimia siccitas que impressi-
ones non recipit / Vel nimia caliditas
qui multa fit in organo agitacio propter calo-
rem motus agilitatem inducentem / Vel
nimia frigiditas congerente humiditate ac-
cionem virtutis extinguente ut patet in le-
targica passione / Ex parte virtutis inte-
rioris cum virtus interior est accepta pravi-
tatem in inspectionem formarum. Ad hoc impedi-
mentum pertinet defectus ymaginative
quia eius virtus est accepcio ymaginationis
et memorie / Sed ymaginacio rem sub consydera-
cione accipit absolutam. ut ymaginem her-
culis pictam sub sola forma et acciden-
tibus / Memoria vero ipsam sub collatione
ad intencionem rei quam repraesentat. ut spe-
ctans ymaginem ad herculem et ad inten-
ciones insensibiles ipsum consequentes / Ipsa
vero cuius circa intencionum discursum con-
sistat quas conservat / que cum elabuntur
adiciendas memorie et ad pristinum retencionis
statum reducat / Ipsa vero ad estimationem
aspectum dirigens et adiutores reliquas
debent ad formam intencionis requisite
/ Ex parte nocumenti exterioris ipsa intellectus
impeditur. aut destruitur aut privatur
secundum quod nocumentorum dicta inveniuntur. Hic
enim in omnibus animalibus ut sepe dictum est
sit memoria in quibus est virtus sensibilis
temporis et temporis dictas percipiens et distinctiones
In quibusdam tamen est opere perfecta in aliis
invenitur imperfecta secundum varia nocumenta
Inter que unum est maxime nocivum Ebri-
etas. aut nimium vinum. propter quod dicit
Galienus in libro de accidenti et morbo
Vini potus superfluus causa est epilepsie et
apoplexie. et cetera. Et Constantinus in viati-
co / Oportet vinum bibentes qualitatem
et quantitatem timere que eos valeat in-
ebriare / Consideret ergo qualis sit corporis
qualitas et membra voluntarium motum
habencia / memoriam et racionem suam. que si vi-
deat cito irritari et debilitari. provide-
at ut ipse dominetur vino. et non vinum sibi
Et si ex grosso ebrietas fumus nascatur
et indigesto. qui cum cerebrum ascendit
ipsum operit. Sicut nebula est operimentum
solis et mestitium est mentis et sine spe

dide inebriacionis. Unde omnia debilitantur
membra et emolliuntur. Similiter nervi et
spiritus et memoria et intellectus turbantur. Causa
igitur horum que dixit Constantinus quia ex
superfluitate vini repletio suffocat calorem
naturalem grossa fumositatis cerebrum
petit et aggregatur et condensatur et in
aqueam substanciam convertitur sicut in balneis
et aqua bulliente molla coopercta con
pellicule cerebri et omnis nervi remol
liuntur et relaxantur et multa incommoda ge
nerantur. Est enim impedimentum intrinsecum
multitudo fermentum certuus in spectarum
ad quas aspectus anime dispersus memorie
instabilitatem incurrit et fantasmata plurima
et inordinata haurit. Sicut enim dicit
Augustinus in libro de natura religionis fan
tasmata non sunt aliud quam de specie cor
poris corporeo sensu attracta figmenta
que memorie mandare ut accepta sunt
vel partiri vel multiplicare vel contrahere vel
distendere vel ordinare vel perturbare vel
quolibet modo figurare cogitando facillimum
esse est. Sed cum vini gravia cavere et vi
tare difficile est subveniendum medicinalis
ipsi memorie determinatur a Constantino
in libro de memoria. Ubi primo agit de cere
bri anathomia et deinde de memorie me
dicina. Ostendit ergo quod cerebri sunt due
partes prora et puppis. Et prora in du
as partes dividitur quarum una quaque ma
ior est tota puppi et conveniunt duo ven
triculi prore in unum locum et innutriunt
aerem et dant inde cerebri spiritum animalem
ut faciat sensus audiendi videndi odo
randi gustandi et tactum fantasiam. De
inde transit ad locum qui est in medio cerebri
qui communis est et transit spiritus animalis
inde subtilis et mundificatus et clarus
plus quam spiritus qui sunt in prora cerebri
ut faciat racionem et intellectum et hic incipit
medius ventriculi qui est inter proram et pup
pim pars cerebri substancie similis nuo et

vocant eam anothoomici ascendens
et descendens et ascensu eius aperitur fo
ramen et descensu eius clauditur. Et cum
aperitur transit spiritus animalis et prora ce
rebri ad puppim. Et hoc non fit nisi quando est
necessarium recordari memorie tradita et
tenere que nolunt obliviscî. Et idem ut
subdit invocatio perfectio memorie et facu
litatis recordacionis anime subtilem cerebri
puppis stabilitatem et eius invicem perfectionem
Secundum hominem obliviosum et durum in
telligentem necesse est faciat ea in puppi
humores nascuntur flegmatica etc. que se
cuntur. Dico ergo secundum plinium quod ven
triculus puppis perstancior est omnibus
ventriculis cerebri. quia non venit spiritus
animalis nisi subtilis clarus et mundifi
catus. quia opus est recordacioni et re
tencioni claritate et subtilitate. et nisi ape
riatur illa via ut transeat spiritus ad puppim
cerebri non reminiscitur homo res nec rerum
recognicioni. Et apercio illius vie variatur
secundum pigriciam et festinanciam hominum quia
habent velocem spiritum sunt providentes et
velociter videntes. qui vero tardum cogita
bundi sunt et tardi ad videndum. Unde
Galienus dicit quod mentem et memoriam et discrecionis
non faciat nisi contrarium spiritus animalis
qui est in puppi cerebri. Et secundum quod sunt
diversa nocumenta sunt varia iuvamenta
de quibus in eodem libello satis declarat
Constantinus que pretermittimus. quia de hiis
se intromittat medicus **de potestate me
morie quantum ad eius capacitatem
spiritualitatem dignitatem utilitatem.**

Memorie potestatem considerantes in
tantum ipsius capacitatem. capacitatis
spiritualitatem. spiritualitatis dignitatem. et cunc
tis omnibus eius utilitatem. Capacitas
eius admirabilis. Cum enim venimus in
memorie mee latam prorum reperimus ibi the
zaurum innumerabilium ymaginum corporeis sensi
bus invectarum. Ubi repositum est quidquid

sensus attingit. quod nondum oblivio sepelivit et nescio qui secreti et ineffabiles sinus eius adque omnia intrant eciam suis aditibus non intrant res sed rerum ymagines. Unde Aug. in libro contra Iulianum li. 6. Mirabile est autem quod rerum qualitates corporalium in res corporales transeunt. et inde fit quod formas corporum quas videmus habemus quodammodo et in memoria recondimus et quocumque pergimus nobiscum ferimus non ille recesserunt a corporibus suis et tamen ad nos invisibili modo affectis nostris sensibus transierunt. Mirabile eciam quod in memoria omnia sine confusione conservantur distincta preterita et futura quodammodo sunt ibi quia quedam presencia cum sit quoddam penetrale quasi continens infinita. Unde Aug. x confessionum. Magna vis est memorie magna nimis deus meus penetrale amplum et infinitum. In ipsa enim memoria tra[duntur] sunt res per similitudines, per presenciam, per nociones. Unde idem Aug. Ecce in memorie mee campis et antris et cavernis innumerabilibus atque innumerabiliter plenis innumerabilium rerum generibus sive per ymagines sicut omnium corporum sive per presenciam sicut artium sive per nescio quas notas vel notaciones sicut affectionum animi. Quod est in memoria per hec omnia discurro et volito hac illac penetro eciam quantum possum et finis nusquam est. tanta vis est memorie tanta vite in homine vivente mortaliter. Et ut dicitur ad vincencium victorem. Beatus Aug. Quid possit memoria mea nescimus. Spiritualitas autem capacitatis eius in hoc est quod memorie quantitas non mole sed virtutis est. non est magna enim dimensione sed est magna virtute. Lege Claudianum de statu anime et Aug. de quantitate anime et quod dicitur potius invenire. Vide tamen manifestissimam racionem. res enim corporea non continet tot et tanta. Vidisti enim frequenter ymaginem vultus tui in speculo non tamen

speculi mensuram excessit ymaginis magnitudo. Nam in maiori speculo maior et in minori minor ymago tua fulgebat. numquam tamen speculum excedebat. Ymago autem civitatis Tornacensis tanta apparet tibi in memoria tua quanta apparebat oculis tuis cum videbatur in mente et qualitate sua. Ergo tu dicere civitatis ymago sit impressa memorie tue et ymago eius rei magnitudini tue imprimitur non possit excedere memoriam tuam necesse est fateri maiorem predicta civitate. Si ergo totum mundum et quidquid in eo est possis aspicere memoria tua, apparet tibi eius ymago in eadem magnitudine qua est in veritate. sed res corporea esse non potest in qua totius mundi ymago posset depingi sine magnitudinis sue diminucione. Est ergo memoria hominis maior mundo non mole corporis sed spirituali natura. Spiritualitatis autem dignitas memorie in esse memorie de qua ipsa non tantum deus sed expressa dei similitudo quodammodo recipitur. Unde Aug. x libro confessionum. In memoria mea te invenio domine cum reminiscor tui et delector tui. hec sunt delicie mee quas donasti michi respiciens paupertatem meam. Sed ubi manes in memoria mea. quale illic cubile fabricasti tibi. tu dedisti hanc dignitatem memorie mee ut maneas in ea sed in qua eius parte maneres hoc considero. transcendi partes eius, hic et bestie cum recordarer quia ibi te non inveniebam inter ymagines rerum corporalium. et veni ad partes eius ubi commendavi affectiones animi mei. nec illic te inveni. et intravi ad ipsius animi mei sedem, que illic est in memoria mea, quia sui meminit animus. nec ibi tu eras quia sicut non es ymago corporalis nec affectio viventis, qualis est cum letamur meminimus obliviscimur et huiusmodi. Ita nec tu animus es tu dominus deus animi es et mutantur hec omnia. tu autem incommutabilis super omnia et dignatus es habitare

in memoria mea ex quo te didici Et quid
queris quo loco habites quia locus ibi sit
habitacionis tue in mea quid tu michi ex quo
te didici Ecce in mea te invenio cum te recor-
dor. Ubi ergo inveni te ut discerem te ne-
que enim iam eras in memoria mea priusquam
te discerem. Ubi ergo inveni te ut discerem te
nisi in te super me. Hec Augustinus. Ergo anima
purgata et specularis effecta a sensibus
et fantasmatibus rerum sensibilium asce-
dat ad se et relevetur supra se et dignitatem
experietur memorie sue et sicut in speculo
purissimo relucebit in ea similitudo divine
sapiencie et ymago trinitatis summe. Nam
quanto magis ad cognicionem dei accedo tan-
to magis ei per similitudinem appropinquo. Unde
et mens racionalis eo quod sola ad divinam
potest assurgere investigacionem. in eo quod
eius recipiat similitudinem soli a divinitate
proficit cognicionem. Et econtra similiter
quanto magis mens ad se cognoscendum
et descendendum ascenderit tanto magis
et efficacius ad dei cognicionem ascendere
poterit. Et quanto magis seipsam intueri
negliget tanto magis a dei speculacione
descendet. Mens igitur sine memoria hanc
participat dignitatem. ut merito dicatur
speculum in quo eius ut dictum est
speculetur ymaginem. quam nondum per
faciem ad faciem. Utilitas autem memo-
ratis est manifesta. Nam ea sunt actus sen-
suum sive affectione et in mutacione orga-
norum preterita sicut picta et omnia in
confuso. mea similitudines verum apparerent
vel eciam formatarum. Ubi notiones rerum
impresse. que non sunt per sensus accep-
te. Et ut ubi Tullius dicit in libro i de
oratore. Quid dicam de thezauro rerum
omnium memoria que nisi custos inventis co-
gitatis que rebus et verbis adhibeatur in-
telligimus omnia. et si preclarissima fuerint
in oratore peritura. Est ergo una utili-
tas memorie in confirmando. alia vero in re-

-tinendo. Unde homines mali et ingra-
ti qui beneficiorum ingrati non reminiscuntur
similes lincibus dicuntur esse qui in eminenciis re-
rum naturarum desudavit. Hoc lincibus na-
turale est. quia cum post terga respicit pa-
timus illum qui precesserat obliviscitur. Unde
similiter et mens post quod oculus videre
desierit. et cum belua tanto visu ut ge-
neris ferrarum omne procedat et lapideos
parietes visu penetrare valeat. hoc vi-
cio laborat. quod quidquid illud a quo se-
mel oculus avertit ad memoriam postmodum
non reducat. Et quod deterius est quidam
dissimiles reperiuntur qui nichil obliviscuntur
preter iniurias. obliviscuntur beneficia sibi
collata sed non comoda sibi irrogata.
Similes camelis de quo Solinus in
xxxi libro viii. Camelus hic semper tena-
cem memoriam malorum et adversitatum
quibus et perseverans est. denique si fuerit per-
cussus diu dissimulato dolore. cum reperit
oportunitatem. quibus illatam proximo reponit
iniuriam. Hic hanc nota demencium bel-
uis imitatur. Audite igitur immundi homines
qui recordacionem diuturnam lesionis accepte
pectore ingenuo affectatis. cum belue si-
milem habent. qui per eam mentem vilem
tranquilla quam scintillam cinere sopitam
tenentes in cordibus quousque nacti occasionem
similes doloris velud igniculum prodi-
fomite materiam suscitetis inflammatam.
Alia vero utilitas est. quod per memoriam benefi-
ciorum assurgimus ad divine diligenciam. hic con-
quosdam ingratos et immemores dicit
Seneca in libro de beneficiis. Iniqui sunt dinorum
munerum estimatores. Et quod professi su-
perant. queruntur quod non magnitudine cor-
porum equamus elephantes. velocitate cervos
levitate aves. impetu thauros quod soli-
da sit cutis beluis. decencior dammis
densior ursis. mollior fibris. quod sagaci-
ores narium canes quod acie luminis aquile.
spacio etatis corvi multa animalia nandi

felicitate vel agilitate cui quidem ne-
cesse. quidem id ita poni ut velocitates
corporum et motus comprehensibus et diffide-
cibus bonis hominem non esse compositum
inicium iocant et negligentes ma-
deos quod non valitudo bonae etiam vi-
res inexpugnabilis data sit quod non
futuram sanam mentem sibi temperant. qui cuiusque
impudentiae pulchram ut naturam condit
quod inferi deos sumus quod non in equo illi
stetimus. Quanto satius est ad contempla-
tionem tot tantorum quod beneficiorum tribui
et agere gratias quod in hoc pulcherrimo
domicilio voluit sedere. sortiri quod
terrenus protulerunt nos ab animi-
lia compar nobis quoddam plus penes
nos est quidquid nobis negatum est dari
non potuit. Quam vero utilitas est
ex quidem memoriae usi sunt prodicabus
sicut deuteronomii antiquo sive quadragesima-
ca. sive de ordine fratrum minorum legimus.
Nam quanto memoria paucioribus indiget
tanto melior et deiformior est. Et sic
completa et perfecta est intelligentiarum qui
uno aspectu oculi vident omnia. quod esse
non potest nisi dilatatio mentis sum-
mens superior existat mundo. Sicut de
beato Benedicto legimus. Et tunc in divino
lumine rapitur et seipsum excedens et in
interioribus ampliatur. Et ideo sicut dicit
beatus Gregorius in dyalogo. Quid mirum si
mundum ante se collectum vidit qui suble-
vatus in mentis lumine extra mundum fuit.
Unde in illa luce que exterioribus oculis beati Be-
nedicti fulsit. lux interior in mente fuit
que videntis animum quia ad superiora rapu-
it ei quam angusta essent omnia inferi-
ora monstravit. Ista dico de memoria quod non
potest esse perfecte nisi illuminetur luce maio-
re. Ut enim dicit Augustinus in xii libro de
trinitate. Luce incorporea in corpore in
memoria figitur quod prius deficiam non repe-
riebatur. Tunc enim maxime memoria est

deiformis quando in illa celsitate resplendet
sine volubilitate cogitationis quod nescio
utrum in via esse possit. sed in patria forte
erit. Quia ut dicit in xv de trinitate. Forta-
sse non erunt volubiles cogitationes ab
aliis in alia euntes et redeuntes. sed om-
nem scientiam nostram uno simul videbimus conspectu
ibi nulla oblivio erit. Unde memoria
angeli oblivionem non recipit. Unde
verum bones postquam cognovit an-
gelus non amittit. De formabilitate
memorie ad quod iiii[or] sunt necessaria tempus
triplex. locus triplex. actus triplex

Memorie formabi- modus triplex
litatem considerantes dicamus quod
iiii[or] valent ad memoriam que si bona
est potest esse melior et in bonitate con-
firmari. Si vero mala per partem illius
adiuvari et per proprium exercitatione for-
mari. Sunt ergo iiii[or] necessaria tempus actus
locus et modus. Tempus ut dicit Mar-
cianus. Quod nocte magis quam inter-
dum i[d est] in die maturius exercitatur memoria
maxime est. cum et late silencium iuvet. et
foris a sensibus vocatur intentio. Et quod
memoria tenere utrumque uberem fecundam non
semper ediscenda necesse nisi spacium me-
ditandi tempus indulserit satis erit al-
ter ipsas animo tenuisse perceptas si in
eius munere natali pervenerit. Hec Mar-
cianus. Nec quolibet noctis viget memoria
quia post cibum resoluti vapores et fu-
mi turbant sensuum organa precipue
visum et auditum qui sunt necessarii ad
discendum. Unde sicut pisces ebrius sit
visus vident eam in aqua. Sic illo tempore
ebetatur memoria et indiscrecta fit fan-
tasma. post sompnium vero magis quando ce-
lebrata est ius digestionis nec lucta-
tione anime in actionibus suis habes ergo de
tempore tria precepta. sicut sit tempus quietum
sit etiam nocturnum. sit etiam digestione
facta congruum. tunc enim vires sunt

sensus aliqui cito succedit falla
cia sicut in aqua remus apparet frac
tus. Locus ad memoriam confert tripliciter
si fuerit obscurus si cognitus. si signis
et ymaginibus insignitus. De primo
primo volentes enim reminisci trahunt
se ad locum solitarium et obscurum prius
fugientes et lucidum. quia in publico loco
et lucido surgunt ymagines sensibilium
et confundunt motus earum in obscuro vero
aduniuntur et ordinate moventur. Unde
tullius in secunda rethoricorum. Ubi tradit
memorie precepta dicit. Et querimus
locum obscurum parum lucis habentem. unde
et eos qui volunt recordari aliquorum
rei videmus quod claudunt oculos vel terram
ut frequentius incipiunt intueri. De secunda
parte. quod aliquis habet certam memoriam
ex locis in quibus vidimus vel audivimus
ea que quesivimus vel cognoscimus ibi esse
facta vel dicta. Unde equi solent hyn
nire vel ad locum veniunt ubi ipsarum cum
equabus facte sunt admissure. Lege
primum librum historiographi. et hoc
invenies in equo domini et acquisitione
Regni. De tercia parte. per tullium in retho
ricis. Hic curemus locos invenire et
quo pacto reponere et in locis ymaginibus
constituere oporteat ostendemus. Quemad
modum igitur qui litteras sciunt possunt id quod
dictum est scribere et recitare quod scripserunt
Ita qui mnemonica didicerunt. possunt ea que
didicerunt in locis collocare. et ex hiis
memoriter pronunciare. Nam loci cere
aut carte simillimi sunt ymagines litteris
dispositio et collocatio ymaginum scripture
pronunciatio lectioni. Oportet igitur si volumus
nos multa meminisse multos nos locos
nobis comparare. ut in multis locis mul
tas ymagines collocare possimus
Et ceteris. Sic quod scribitur cera con
tinet et littera sic quod memorie mandatur
in locis. tamquam in cera pagina quod

signatur ymaginibus vero quam litteris re
cordacio continetur. Et tullius in libro
de oratore. Locis pro cera simulacris pro litteris
uti docet. Et sicut in archa in alli dis
tinctione ponimus diversa numismata et dis
tincte ea proferimus. ita fiat in reposito
rio memorie rerum diversis simul ibidem re
positas sub certis signis et ymaginibus
Sic enim Symonides artem memorie le
gitur invenisse et loca in bona ad loca specialia
transtulisse. Dicitur enim cum cenaret in
Thessalia Symonides et cecinisset car
men quod scripserat de laude Castoris et
Pollucis et petiit ab hospite suo promissum
ei premium. Dedit ei hospes dimidium ro
gans quod ad residuum peteret a Tyndaridis
quos laudaret. Et cum Castor et Pollux
ut fertur a portis Symonidem vocassent
subito ad hostium surrexit Symonides
processit neminem invenit. Interim domus
corruit. Omnes convivas obruit et obtrivit
Et cum vellent eos humare nec possent
internoscere Symonides hoc invenit con
siderans locum in quo quilibet in cena vel con
vivio sederit et sic artem memorie invenit
ostendens quedam animo effigienda et
locis propriis collocanda. Ex magis de
bemus esse in hoc genere Symonidi quam
Themistocli atque quidam doctus ho
mo in primis eruditus accepisse dicitur ei
quod artem memorie pollicebatur se tra
diturum. Cum ille quesisset quidnam ars
illa efficere posset. dixisse illum doctorem
ut omnia meminisset et Themistoclem
respondisse gratius sibi illum esse facturum si se
oblivisci vellet quam si meminisse do
cuisset. Actus autem sive usus memorie
confert tripliciter legendo scribendo me
ditando. legendo submisse. scribendo re
misse meditando intimisse. Nisi enim
usus fuerit cum assidua diligentia quantacumque
arte iuvatur languescit memoria. Unde
tullius in rethoricis. Nomini disciplina

insitiua est artis preceptio siue summa as-
siduitate exercitacionis nec in memoria valet
doctrina nisi industria studio labore di-
ligencia comprobetur et ut locos habeas ad
precepta accomodatos plurimos ymaginibus
collocandis quottidie exercere conuenit. Et
Ambrosius in libro i de officiis. Usus enim instru-
it nam idem magister quos sine exercicio
doctrina aut sine usu preceptis qui disci-
plinam bellicam vult assequi quottidie ex-
ercetur armis et tamquam in procinctu posi-
tus proludit prelium et velud coram po-
sito prouidet hoste atque peritiam vires que
iaculandi uel suos explorat lacertos uel
aduersariorum declinat ictus et vigilanti
cernit obtutu. Qui nauim in mari regere
gubernaculis studet uel remis ducere prius
in fluuio proludit. Qui canendi suaui-
tatem et vocis affectant prestanciam prius
sensim canendo vocem excitant. Et qui
viribus corporis legittimo que luctandi cer-
tamine coronam petunt quottidiano usu
palestre durante duritate membrorum inmi-
nentes paciam laborare assweverunt. Hec
ipsa natura nos in paruulis docet quod
primus sonos meditantur loquendi ut loqui
discant. Secundum Ambrosium. Usus igitur est magis-
trius et hoc in legendo sublimisse et quam
sub silencio. Unde Marcianus. Hec voce
magna legenda sunt sed murmure potius
meditanda. Usus etiam confert in scri-
bendo non tamen quottidie sed moderate.
Nam ut supra dictum fuit. Continue scri-
bere vires corporis frangit ingenium de-
struit memoriam confundit. Et aliquid
scribere breuiter et moderate et visum con-
firmat et memoriam adiuuat. Unde Augustinus
ondit. Quod memoria iuuatur libris. Et
in 2 libro ad Iunicenonem(?) victorie dicitur.
Qui quidem scribere negligunt quia de me-
moria presumunt. Et Marcianus. Magna
exercitacionis hec res laborem exquirit quia
inquam id obseruari compti sole ut scri-

bamus ipsi que facile volumus vertere.
Deinde ut si longiora fuerint que sunt
edisserenda diuisa per partes facilius inhe-
reserunt. Tunc opponere notas rebus
singulis oportebit. Huius quoque volumus
maxime carmere(?). Et attende quasdam
artes que dicuntur notorie a notis que re-
spiciuntur ibidem. Vel notorie a nocaria(?)
quas inuenerint memorie secundum quo-
sdam superstitionem et errorem. Harum
due sunt species maior et minor. ambe pro-
hibite ambe dampnate. Quas cum ego
diligencius perscrutarer inueni orationes
deuotas suffragiorum(?) que sicut credo
apponebantur ut alia cicius crederentur.
Inueni et multa nomina nec greca nec
hebrea nec latina quorum non apparet
nec scio si adhuc inuenta est intelligencia.
Aliud est quod ibidem determinacio certi
obseruantur horarum quia sequitur effica-
ciam perpetuitatem(?) astrorum. Aliud est quod
sunt ibidem innabiles(?) note et picturae
quasi ex earum inspeccione diuerse generentur
in memoria sciencie siue artes. Et quia apposi-
tum aut ad oppositum siue sic siue sic
fuerit facta preparacio liberarum(?) non solum
artem hanc reprobat theologus ymo
gentilis philosophus. Unde Tullius in retho-
ricis. Ea inquit nolumus admonuisse quam
quam remonere ut ne quid ipse faceret tu
nos illi omnia parata quesita que tra-
damus preterea similiter alius alia ma-
gis commouet. Quare sibi suo quemque ac-
commodo conuenit ymagines comparare.
Usus etiam in meditando maxime con-
fert memorie. Nam meditacio figit in
memoria circa rem aliquam. Est enim me-
ditacio secundum Hugonem frequens cogi-
tacio modum et causam et racionem uniuscuiusque
rei inuestigans. Modum quid sit. causam quare
sit. Racionem quid sit. Vel secundum Richardum
Meditacio est studiosa mentis intencio
circa ad inuestigandum diligenter insistens

Sequitur tercia pars

Est autem meditacionis triplex spes va
rietatis · alia inspicitur · tercia in modis
primum surgit ex admiracione · secundum ex
electione · tercium ex circumspectione · In primo
admiracio questionem generat · questio investi
gacionem · investigacio inventionem · Similiter
in secunda meditacione quo fit in electione
sic procedit · quod lectio ad cognoscendum virtutem
animum instruit · meditacio comparat · oracio
sublevat · opus componit · contemplacio
in ipsa exultat · ubi gratia · In spiritualis
meditacio est quo scire oporteat exem
plum · Scriptum est · Declina a malo et fac
bonum · ecce lectio · Accedit meditacio lectionem
investigans quare dixit prius Declina
et fac bonum · Et eo inveniens sublevat quia
prius mala germina eradicantur · postea bona
plantantur et inde opus sequitur · quia sic
reus est qui non malum declinat · sicut
et ille qui bonum non facit quod facere deberet
peccat · Contemplacio vero gaudet que
veritatem primam cognoscit in rebus ubi
vicis creature mentis apparet · De meditacione
vero supra dictum est · et adhuc infra dicetur
De hoc ad prius sufficiat · Modus eciam me
morie confert · Est autem modus memorie
triplex · Collectivus · divisivus · exemplar
suppositivus · Collectivus in confirmando ·
Divisivus in multiplicando · Exemplar suppo
sitivus in recordando · Unde Hugo de scriptore
pictore · Demodo collectivo sic ait · Sicut
ingenium dividendo investigat et invenit
ita memoria colligendo custodit · Oportet
ergo ut que discendo divisimus commendanda
memorie colligamus · Colligere enim est de quibus
bus plurius vel scriptum vel disputatum
ad brevem quandam et compendiosam summam
redigere · que a maioribus epilogus · id est
brevis recapitulacio supra dictorum appellatur ·
habet namque omnis tractatus aliquod principi
um · cui tota rei veritas et vis sermonis innititur
et ad ipsum cuncta alia referuntur · hoc querere
et considerare colligere est · Omnis fons et
multa rivuli · quid abstractus flumine
sequeris · tene fontem et habebis omnia · hec
ideo dico quia memoria hominis hebes est et
brevitate gaudet · et si in multa dividitur fit
minor in singulis · Debemus ergo in omni doctri
na breve aliquid et certum colligere quod in ar
cha memorie recondatur · Unde postmodum
cum res exigit reliqua diriventur · hoc eciam
sepe replicare et de ventre memorie ad pa
latum revocare necesse est · ne longa inter
missione absolent · Modus autem divi
sivus est · ut sicut dicit Marcianus · Si
longiora fuerint que sunt ediscenda di
visa per partes facilius inheresaunt · Unde
Eucheriades · Eo maxime memoriam adiu
vat divisio et composicio · Nam memorie
vehementer firmat ordo sicut accepimus
et Symonides primo · Tamen hoc attende
quod non semper eo ordine quo aspecta sunt
debemus reponere sed oportet nos locis dispo
nere · Omnis divisio incipit a finitis et
ad infinita progreditur · Omne enim finitum magis
est notum et magis sensu comprehensum · Mo
dus autem exemplarius suppositivus est qui
procedit per similitudines · Unde Tullius pre
cepit · ut qui rerum similitudine voluit in locis similitu
dinibus figurent id quod voluit retinere
Ut si volumus recordari eius quod adversatur
nobis in iudicio ymaginem aliquam in obscu
ro magis cornibus in iudicio cum nos re
mentem · Cornua enim ducunt memoriam in
reminiscenciam adversarii et memoriam lectus
reducatur palbium · et ita de aliis utpote de
arte memorie · Et Tullius distinguit du
plices similitudines rerum et verborum · Rerum
quando totum fit sub ymagine simplici vel
similitudine vel exemplo ad memoriam re
ducimus ut dictum est de cornibus · Et sicut
natura resuscitatur quadam novitate et in
signi · quodam negocio commovetur · Ita ars
debet imitari naturam · ymagines ergo constitu
ere oportet rerum in memoria retinendarum · Sic
dicit Tullius · Sic id accidit si quod maxime

notatas similitudines constituemus. si
non multas nec vagas sed quid agen
tes ponemus ymagines si egregiam
pulcritudinem aut unicam pulcritudinem eis
attribuemus. si aliquam rem exornabimus
ut si coronis et veste purpurea quo nobis
notior sit similitudo. Aut si quam rem de
formabimus turpem aut si cruentam aut
ceno oblitam aut rubrica delibutam
iudicamus quo magis insignita forma
sit aut si ridiculas res aliquas ymagini
bus attribuamus nam ea res quoque fa
cit ut facilius meminisse possimus. Nam
quas res veras meminimus facile eas fictas
et diligenter notatas meminisse non diffi
cile est. De ymaginibus autem verborum que
infinite sunt sicuti infinita verba non
oportet hic disserere nec multum quibus libel
lum qui ab aliquibus habetur et dicitur liber de memo
ria Senece prescriptum ubi alius monet et
aliis similitudinibus alius et alius. Illa
autem est bona memoria ut non tantum firma
sed etiam celeri comprehensione res et
verba comprehendantur tum magis insisten
dum est rebus quam verbis. Unde Euche
triades. Pro omni memoria hoc observandum est
ut non tantum ea contineamus verum etiam cito
capiamus cuius pars maxima exercitatio
est quam exercere oportet primo poemati
bus. Deinde orationibus novissime operibus
et noctibus meditationibus quam vite sin
gulis et summis retinemus quia nusquam
intentio animi vocatur. Et post istam co
gitacionem vel lectionem nil amplius cogitemus
et statim capiamus quietem et semper ad
librum ediscendum est si tempus permisit. si
non res ipsas solas tenebimus verum verba
eis accommodabimus nec consuescamus no
bis ignoscere. Nam et admonitam et au
dicias ad libitum respicere viciosum est. si
nam memoria durior fuit aut non suf
fragabitur tempus quod faciam non te ad
omnia verba assignabis nam oblivio vin

ubi aut deformem hesitacionem aut tota
silencium inducet. Hec ille. Nota quod dicit
capiamus quietem. Quod videtur exponere
beatus Bernardus in epistola ad fratres de monte dei
dicens. Attentus in sompnum semper ad de
fer tecum in memoria vel cogitacione in quo
placide dormias quod non inquam etiam
sompniare iuvet. quod etiam evigilantem
te excipiat et in statum hesterne intencionis
omnis restituat. Sic tibi nox sicut dies il
luminabitur et nox tua illuminacio erit in deli
ciis tuis. placide obdormies in pace
quiesces. facile evigilabis et surgens
facilis et agilis eris ad redeundum in id
unde non totus discessisti. Sobrium enim
cibum sobriumque potum sequetur sobrius
sensus et sompnus. Carnalis vero ille
et brutus et sicut dicitur lectus abhomi
nandus est servo dei. Denique non pre
congruam quietem facile est sensus et
corporis et mentis enervare et quasi
filios domus patrisfamilias adoptare necessa
rium spiritum suscitare et remittere. Capitulum

Hic agitur de condicionibus imaginum que adprehendit ex factis imaginum formam et finem rei

Racionem dicimus esse necessariam
post sensum ingenium et memoriam
hec enim ita memorie coheret quod altera
in nobis sine altera officium suum implere
non valet. Nam memoria sequitur preteritis
et contrariis et memorie quodam prius quod in a
nima tenemus coniungimus. Racione vero de hi
is omnibus iudicamus. nec est in nobis me
moria recordari potest sine racione. nec racio sine
memoria potest aliquid discernere sine in
dicare. Consideremus ergo racionis initium
exercicium iudicium vicium. Initium adimitur
considerata principium effectuum et causam unde
proficiscitur. Quam sine subtilem rei inspecti
onem et experienciam que innititur fi
nem etiam quo perficitur. Videlicet ad causam
efficientem considera unam esse com
preteritam que preit omnium rerum scientiam. hec est
rerum omnium maior quia cum omnia bone
facta sint effectus omnis sua est causa posterior

Nam si mundus factus est et fuit ut fieret
mundus, prior ergo est quam mundus. Sed ante
mundum nichil nisi deus. Est igitur eternum et
idem quod deus eternus. Nam nec est sine
deo fuit nec sine eo unquam deus esse potuit. Et
ut dicit Augustinus in epistola ad Evodium: Conne-
xio autem atque unitas eorum eadem et dei
eadem patris ad filium. Filii ad patrem prin-
cipia sibi quodammodo et causas existendi pre-
stant, quia alterum sine altero esse non potest.
Desideratur in nobis et quomodocumque dicitur ne sileatur.
Verum autem gignendi eorum dum dicamus
cum dei gignendi eorum, quia nec fructus sine
radice esse potest nec radix sine fructu aliquid.
Similitudo sic ducatur ut quodam intelli-
gentie decore signetur. Vivit enim et in
gremio terrarum est fecunditas, quo sterile non
sinitur esse. Radix enim si granum tritici non
esset, eaque terre ista producerent est non
haberet. Cum igitur est que deus est aut ostendat
deum eorum aut eorum esse deum unum, quo-
modo alterum ostendens non ostendit nisi per
filium pater, nec filius ostenditur nisi per patrem.
Habet ergo ratione eterna est prestatur et hu-
mane sive intellectuali menti inseritur.
Nam rationali spiritui eius gemina est concessa
a deo, que est eterna est si quis discutiat
et affectio quod diligat. Est ad veritatem affec-
tio ad virtutem. Ex ratione oriuntur consilia rec-
ta, ex affectione desideria sancta. Ex illa
omnis veritas et spirituales sensus, ex ista
omnis virtus et ordinati affectus. Hoc autem
est quod est luce summe sapientie illustratur
et affectio regule summe iustitie conformatur
et per studium sapientie frequenter inducitur, dum
in operatione iustitie. Et hinc Iacob supponitur
dum Rachel in Mabili esse separatur. Nam
ut dicitur in libro de duodecim patriarchis: In
cubiculo Rachel totiens queritur quotiens
in lectione sacra spiritualis intelligentia indagatur.
Sed qui diu ad sublimia penetranda
non sufficimus, saltem cupiatim diligimus, quia
tamen Rachel nondum invenimus, et tunc ge-

mere et plangere nostram cecitatem in-
cipimus, et sic pro Rachele Beniamin moritur.
Hic ergo iam ratione perfecta est et menti ra-
tionali nostra per experientiam innotescit et ut sci-
entiam acquirunt in multis et variis exercet.
Est enim est secundum Augustinum aspectus animi
quo per se ipsum non per corpus verum intuetur.
Ratiocinatio vero est rationis inquisitio. Hoc
est aspectus eius motio per que aspici-
enda sunt. Ratiocinatio querit, est invenit. Aspec-
tus hic aliquando cum ductus tu enim vi-
det sciri, tamen non videt hominis est igno-
rantia. Et licet multa discamus legendo,
multa audiendo, nulla exercitio nobis
rationis indicio, nunquam tamen totius perfectionem
que in vera discretione consistit possumus
obtinere sine experientie magisterio. Debuit
enim singulis virtutibus sepius studium
frequens impendere, quod dum facimus necesse
est nos sepius cadere et oportet sepe resur-
gere, et per frequentem lapsum addiscere quam
vigilantia qua cautela oporteat vir-
tutum bona acquirere vel custodire. Sic in
ratione dum lux veritatis vel falsitatis fumus
mendacium facula suas vices alternant,
mentem rationalem adversitas et sepe lu-
cem illuminat. Perfecta ergo est tandem que
exercitata ante et vegetata in eo quomodo
veri ... ponitur ad plenam cognitionem
sui et inde sublevatur ad contemplationem
dei. Istum enim cordis oculum erigit ad
videndum deum qui nondum est idoneus ad vi-
dendum et cognoscendum se ipsum. Et quod satis
mirabile videtur nisi moritur et occidit
est ubi perficitur, quia cum mens hominis supra
se ipsam rapitur omnes humane rationis an-
gustias supergreditur. Ad illud enim quod supra
se elevata et in excessu rapta de divino
lumine conspicit omnis humana ratio succum-
bit. Hanc humane rationis perfectionem dum in
aut defectum mentem sensisse perpendens
recte apostolum: non enim estimet humana ratio
ad illius divini luminis claritatem attingere.

posse penetrare non tediatur posse comprehendere. Si enim aliqua racionacione comprehendi posset lumen illud inaccessibile non esset nec apostolus ipsum se diceret.

Hic agitur de exercicio racionis discernendo peccatorum condiciones

Racionis exercicium igitur unde est racionibus exercetur aut ad deductionem ad conclusionem vere discretionis. Sed caute procedendum est propter curiositatem que procedit in oblivionem que doctrine cognicione nichil aliud querit nisi laudes aut iactancias. Nam in via veritatis fantasmata multa occurrunt et quasi fures insidiantes nos transire non sinunt sed tot plagas erroris infligunt et vulneratos in loca latebrosa et obscura proiciunt. Alii ergo fame et siti curiositatis estuantes et inanibus fantasmatibus estuantes tamquam pictis epulis vento saciantur quam volentes pascamur solida veritate. Divina sapiencia vel sciencia certa haberi non potest nisi sit rerum que sunt eodem modo se habentes et certe aut per modum infallibile. Exercentur diversis hominum diversis studiis. Alii linguas informant, elementa figurant, verborum inflexiones, composiciones, divisiones audiunt construunt repetunt memorie que conservant. Alii fermentandis studio disputacionibus vacant et quibusdam verborum intricacionibus socios implicant et defraudant. Alii verborum fallaciis interiorem sermonis demonstrant. Alii terre spacia et dimensionum mensuras explicant formas. Alii sonorum diversas proferunt melodias. Alii numeros. Alii motum corporum contemplantur. Alii cursus et posiciones siderum et conversionem celi quibusdam instrumentis declarare conantur. Hiis omnibus diversa est forma discendi. Et preter hec quoque utilibus quoque inutilibus exercent que tamen maiori indulgencia egent. Aliorum laqueus est mundus qui sub ymagine veritatis latet occultus. Occultus est enim qui foris veritatis speciem ostendit et intus venenum falsitatis infundit.

Hic imprudentes multi perimuntur et inutili labore naturas rerum inquirunt auctorem vero suum et naturarum omnium artificem nesciunt et tamen querere negligunt quasi sine deo veritatis valeant invenire. Quos videmus et tamen semet ipsos abducere. Et dum talia considerant ea que ad eum non pertinent curiositatibus evagantur nosse minime verentur. Hic enim solent aves capi quibus in tenebris noctis. Hic lumen ostenditur quod mirantur et paratur huic laqueus quo capiuntur. Quid enim prodest homini si rerum naturam subtiliter investiget efficaciter comprehendat, ipse autem unde venit aut quo iturus sit animo non considerat, non curat non attendat. Exercere igitur racionem et discurrere salubriter peccatorum condicionem, convertere humiliter intuitum considerans erigere subtiliter interius tui contemplacionis percipere summe sapiencie delectacionem. Discerne igitur peccatorum condicionem, attendens tantum esse premium divini in celis beneficium debitum et impensum ministrancium dampnandis obprobrium. Certum est enim ipsam vanitatem quia sicut omnis creatura est de nichilo ita in nichilum omnino tendere enim que cotidianam innovat.

Divinum vero beneficium in creaturis ostenditur que creaturis imminere divini vestigium per imago et similitudo secundum creaturarum diversitates reperitur. Debitum ministerium attentum impendit, dum aer lucem et temporum vicissitudines, aer avibus flatus, gloria volatilium ab aqua potum diversitates a terra diversa vegetabilia ministrant hominum necessitatibus dampnacionibus fingit obprobrium cui exercentur quesita sunt nobis ad usum irricamus nec libidinis augmentum convertere humiliter intuitum considerans quia si ignoras te o pulcherrima puellarum, egredere et abi post greges tuos et similitudines assume bestiarum

Convertere eo inte quies tuam et inve-
nies sapienciam te docentem. Habitare sep-
tuaris et invenies deum non in multitudine
vel hominum frequencia loqui solitum sed ma-
gis in solitudinibus in montibus in speluncis
et in noctis silencio. Et licet ipse salvator
mundi se mundo manifestaverit tamen quod dice-
bat in tenebris quod in auribus audiebat
discipulis dici in lumine et super tecta pre-
cepit. Legem accepit moyses in solitudine
loquitur cum domino in monte. Causa spiritus
domini hominem ad secretum vocat ipsum ammo-
nens ut se in se recolligat et se ipsum
attendat. Nam ad archam columba re-
vertitur corvus egrediens vel aquis inter-
cipitur vel cadaveribus inescatur. Ubi
dum gyrovaga violatur. Erigere sub-
tiliter inventor tunc contemplacionis nostri
enim est utilius exercicium aut dignitatior
quam ipsos quod melius et ceteris pre-
eminet exercere. Hec est sola sapiencia
que pertinet menti. quia nichil est
dignius adquirendum. dulcius adinveniendum
utilius ad habendum. Ad ipsam enim et ad ipsam
condita est humana racio ut ad ipsam
sit mentis conversio sicut ymago in illud
cuius est ymago. Sicut enim corpus naturali
suo statu erigitur in celum quod dignissimum
est omnium corporum. Sic eciam spiritualis erigitur
in supremum incitatum non superbe sapiendo
sed pie diligendo. Et licet subtiliter tamen
sobrie cognoscendo. et tanto validio-
ribus exerciciorum studiis quanto altior est
ad quam nititur sublimitas maiestatis.
Illius exercicium amat silencium. bonam con-
scienciam. non tumidam scienciam. veritatem cudi-
ces non verborum flores. verba dulcia
ardencia et devota et pacifica. humilia
humilibus consenciencia non cavillancia
non disputancia non garrula. non
nugigerula. non verbosa non contencio-
sa. non curiosa. non ampullosa. Hec
est racio que adeo cum appetat inetur

illuminari et sapiens a sapiencia fieri. et ymago
ymagini conformari. Hec enim est condi-
cio humana. ut mens tamquam in speculo
quodam suo divina sapiencia relucet. et que
in se videri non potuit. in sua ymagine
visibilis appareat. Sed propter primi parentis.
pulvis superiectus est speculo mentis humane
et ignorancie caligo offuscata lumen intercepit
sapiencie. Unde est quod postquam domus dei le-
dificata continuo implevit eam nebula
quo tamen dissolvitur. quando veritas manifes-
tatur. ignorancia pellitur. mens illumina-
ta et inde ad contemplacionem assurgit. Experire su-
aviter sapiencie delectacionem. Hec est omnis ex-
ercitacio in qua mirabili refectur gaudio. cum
affectum reficit devocio. et intellectum contemplacio.
Bene dico reficit ex quadam prelibatoria
et dispensatoria dulcedine. sed non perfecte
saciat ut specie ad speciem contemplacionem. sicut
erit in eternitate. quia magna multitudo dul-
cedinis quam abscondisti timentibus te.
Hanc tamen gustamus adpinus sed rara
hora et parva mora. Sed cur hanc delectacionem
continuare non possumus. cum illud in quo
minus appetitus capitur. Et cum minori
fastidio exercetur. et magis continuetur.
Sed certe sapiencialia porcionum homini
et que comprehensori sunt perennia non con-
gruunt viatori. Et inde quia ad illud quod
minime sufficimus ipsum minime continuare pos-
sumus. Ad illam vero contemplacionem ex
qua tanta dulcedo sequitur minime pos-
sumus ex nobis. sicut nec vespertilionis
oculus ad lumen solis. Et inde quod eam
xenne simpliciter renno quod est oppositum
in anime. quare homo cito labitur ad
prima et simplici contemplacione. Unde est ut
puto quod natura simplex vel ad simplices reduc-
ta sicut est angelica continue contemplatur
continue delectatur. quia eius opus nec mo-
tum nec lassitudinem admiscet. Sed mixta
composita. sicut est humana coniungitur opus
motui. vel quod est in operante sic est in operibus.

spiritui aut que est in precedentibus potencijs
sicut opcionem racionis et intus adiungi motus
ymaginacionis et memorie et aliarum virium sen-
sitivarum. Et quia corporalis motus dissol-
vit et per consequens debilitat organa non conti-
nue sentimus aut racione movemur aut intelligimus
aut contemplamur aut delectamur. Sed
iudicium racionis hoc est naturale iudicatorium adquod
ipsa veritatem discernendo disturrit etc.

Racionis iudicium attendentes consi-
deravimus in racione iudicatorium naturale
adquod ipsa veritatem scrutando discernendo
recurrit. recurrendo leges eternas ibidem
consulit. consulendo quantum eternis est neque
fallitur neque fallit. et inde progrediendo
ad opcionem descendit. Naturale ergo iudica-
torium institutum est racioni adquod licet recurrere
cum ex variis sensibus fantasmata se offerunt
fanthasie. hoc est lumen per quod intus natu-
raliter cognoscibilia diiudicantur. in quo secundum
cuius principia describitur. Unde dignitati-
bus facultatum auditis facultas acquiescat
Nichil enim sapientissimus iudex in nobis
sine iudicii moderacione fieri patitur quia
et honor regis iudicium diligit. Hic est
iudex integer incorruptus in mente resi-
dens equitatis trutinam recte et inde-
clinabiliter tenens iniquitatem omnibus et
nis innititur. et legis eterne regulas in-
tuetur. Ergo iam recurrendo ad iudicium
ad legem eternam consulit per quam inmuta-
bilia de mutabilibus discernit. Mens enim
nostra est mutabilis. hec autem lex eterna
que super mentem est manet in qua est omnium
artium veritas immutabilitatem non habet
errorem. De qua Augustinus in libro de vera
religione. Eternam legem mundis animis
phas est cognoscere. iudicare de ea non
est phas. sed per eam contingit iudicare. Ita
iudicans semper est superior iudicato. Cuius
iudicium qui videre desiderat Augustinum de vera
religione libro xij consilio legat. Et libro xij de trinitate
c. ij. et xj. et de precipue conditur. quo
etiam veritas racione consulitur. Unde de
c. eiusdem libro dicit. Quod bruta licet illius
incorpoream contingere nequeunt. quam mens
nostra quodammodo radiatur ut de hijs om-
nibus recte iudicare possit. Nam quantum
eam capimus tantum id possumus. Datum
est in sensibus irracionabilium animalium. et
si scia non certe quedam scientie similitudo.
Cetera autem rerum corporalium non quia sen-
tiunt sed quia sentiuntur sensibilia in corporata
sunt. quorum in arbustis hoc simile est sen-
sibus. quod aluntur et gignunt. Verumptamen et
hec omnia celestia latentes in natura cau-
sas habent sed causas suas quibus mundi huius
visibilis structura formosa est. sentien-
endis sensibus prebent ut pro eo quod nosse
non possunt quasi innotescere velle viden-
tur. Sed nos ea sensu corporis ita capi-
mus ut de hijs non sensu corporis iudicemus.
Habemus enim alium interioris hominis sen-
sum isto longe prestanciorem quo iusta
et iniusta sentimus. iusta per intelligibilem
speciem. iniusta per eius privacionem. Ad huius
sensus officium non acies pupille. sed foramen
auricule. non spiramenta narium. non
gustus faucium. non ullus corporeus tactus
accedit ibi me et esse. et hoc nosse certus
sum et hoc amo atque amare me similiter
certus sum. De hoc eodem xi libro de civitate dei
c. vj et xv. c. li. iij. v. et c. iij. et iiij. li.
c. vj. Consulendo autem legem eternam
quantum eterna est etc neque fallitur neque
fallit prout dicitur in libro de vera religione.
Ille mentitur qui vult videri quod non est.
Qui autem non volens aliud putatur
quia est non mentitur sed fallit tamen. Ita
ita discernitur menciens a fallente quod inest
omni mencienti voluntas fallendi etiam
si non ei credatur. fallens autem esse non
potest si non fallat. Hec Augustinus. Cum
igitur veritas eterna immutabilis de qua etc
humana non iudicat sed per quam iudicat
quamdiu mens figitur oculus racionis

bi bene purgatus fuerit · neque fallitur
neque fallit · una est que illustratur omnes
spiritus racionales et intellectuales · ut sicut ab
una facie multe in diversis speculis appa
rent ymagines. Ita sicut super ps. dicitur Quoniam
diminute sunt veritates a filiis hominum multe
enim in hominibus veritates a deo sicut ab una
dederunt. dicit. Non illius partis anime que no
bis est pecoribus communis sed sublimioris
racionis est iudicare sublimibus corporibus secundum
raciones incorporales et sempiternas que nisi supra
mentem humanam essent incommutabiles non
essent · et in hiis nisi subiungeretur aliquid nostrum non
possemus secundum eas de corporibus iudicare
Inherens igitur legibus eternis racio tanquam perfecte sapien
cie per eam que continetur et aspirat se adope
randum gaudet. Interius enim bonis omnibus
sapientibus eum. Et vera in usquam se melius
deprehendit modus humane inspectionis
quam in speculo divine visionis. Et tanto clarius
et plenius perilluminantem et adiuvantem · gra
cia in contemplacione summi boni speculatur. veris
incommutabilis veritatis inspiciens ad eas per
tingere meretur. Intuitu amoris et exinde
format sibi modum conversacionis celestis et
formam sanctitatis. Et constituit moyses
tabernaculum sicut est ipsi in monte monstratum
Et si ergo racio secundum philosophum. Principium est
vicium que consuetudinales aut morales
dicuntur. Quid mirum si ergo adiuta perversam sive
in rebus peccatis et viarum viciorum operibus
exercetur. Interius enim quocumque applicatus
fuerit sive in bonum sive in malum talem ingerit
sed relictus sub rebus secularibus et cum
gatorum se non negat. Et infectus vicio ra
cionis quam voluntatis per eius tercia
cogitaciones et nequicias racionis persequitur
quibus a deo se separat. Illuminatus vero
per graciam michil apud se indignum paciatur
et voluntatis affectum cum eius in veritatis
effectum · semper deo coniungit. Sed racionis
vicium infecta dicitur enim ergo humana ministerio
ymaginacionis ocio cogitacionis etc.

Racionis nostre attendentes eam
in morbo quadruplici videmus infectam

Ministerio ymaginacionis Ocio cogitacionis Iudicio discrecionis Consilio deliberacionis	}	Ministerium ymaginacionis inficit racionem cum eius rerum

visibilium representat speciem. Disservit autem
ymaginacio sicut ancilla inter dominum et ser
vum racionem scilicet et sensum. Et quidquid exterius sen
hauerit et per sensum exterius interius repre
sentat ancillam racionis. Nam ergo foras exire
non potest. Sensus autem exterius redeat in
terius non potest. Et ideo ymaginacio racioni as
sistit et sensu deficiente eidem ministrare
non desinit. Et sicut sensualitatis obsequitur
affectio · sic ymaginacio racioni. Sed ymaginacio
quedam est bestialis quedam vero racionalis. Be
stialis qua per ea que vidimus aut sentimus
vagando in mente discernimus sine gravitate
sine utilitate sicut et bestie. Racionalis vero
qua ex hiis que per sensum corporeum novimus
aliud ymaginaliter fingimus. Aurum enim
et domum vidimus et tamen auream domum
quam nunquam vidimus ymaginari pos
sumus. Sed racionalis ymaginacio duplex est
quedam pro racionem disposita. quedam intelli
gencia premissa. Prima vero qua secundum
visibilium rerum speciem cognitam · visibile
aliquid ad mentem disponimus · quod tamen non
attingit sensus corporis. Licet tamen illud cor
poreum · esse cogitemus. Sic enim ignem
infernalem et penas corporales eternas quas
videre non possumus · racionis ymaginacione
et veritate tenemus. Secunda vero est que
per visibilium rerum speciem ad invisibilium cog
nicionem ascendere nititur. Ut cum terram lacte
et melle manantem · et muros celestis
urbis ex lapidibus preciosis et hymnos legimus
et secundum litteram non accepimus sed expectare
rerum maliam ad spiritualem intelligenciam
assurgimus. Prima ergo pertinet ad consideracionem
futurorum malorum. Secunda ad considera
cionem futurorum bonorum. Prima ymaginacio

obscurat et eum impedit. Secundo eum
quandoque impedit quandoque expedit. Impedit per
fluxum fictionum, expedit per meditationem. Et
qui sancti viri se sentiunt turpibus cogita-
tionibus pulsari et ad delectationem illici-
tam moveri in ipso temptationis aditu
futura tormenta vel inferni oculos po-
nunt et sic per imaginationem bene disposi-
tam meditando quandoque illicitam suggestionem
extinguunt. Tertia imaginatio eum erigit
et in desiderium eternorum ascendit sine tri-
bulatione sine comparatione. Sicut docet Ri-
chardus de sancto Victore in libro de [illegible]
re. Secundo est ocium cogitationis. Un-
de imaginatio bestialis semper sit gar-
rula, cum tanta importunitate perstre-
pit manibus tibiis ut sequis varias
proferens eadem assensu cogatur quandoque
ad lubricam, quandoque ad tantum illicite co-
gitationis. Hinc est quod aliquando dum psallimus
vel oramus divinis vel etiam iudicandis
nos disponimus, tantas patimur cogi-
tationum fantasias ut oculis cordis
negamus repellere ipsas, et sic per
susceptas imaginationes eum [illegible] et
[illegible] corrupte voluntatis [illegible] per
ipse cogitationes [illegible] prima et [illegible]
tionis eum [illegible]. Hec enim cogitationes
sine intellectu quedam inveniuntur vane et
otiose, que non repente perimunt, sed pau-
latim corrumpunt eum. Cum non occupat
certa pro re [illegible] et eum infirmant ipsum
[illegible] distrahunt sive sint cogitationes [illegible]
bus sive imaginationibus sensibilibus proce-
dentes sive quedam simulachra cogi-
tationum vel recordationes ultro et multiplicantes
scaturientes de memoria. Et tales cogitationes
magis videntur esse passiones volun-
tatis quam actiones, quia nulla est ibi inten-
tio cogitantis, sed quod ebullit sponte
de memoria fermentum se offert intellectui
non curanti. Et quandoque agitur vide per
agi in sompnis dormientis quam in acie

cogitantis. Et hec cogitationes huiusmodi solet
aliquando repellere spiritus sanctus. Tertio quia scriptum est
quia spiritus sanctus se aufert a cogitationibus
que sunt sine intellectu. Sic etiam culpa neglige-
tis ut spiritus discipline se auferat a cogi-
tationibus indisciplinatis, que quamvis
primum quidam occulta eum non [illegible]
fiunt per [illegible]. Aut tribuitur [illegible] intellectus
[illegible], cum non sit [illegible] intelligentis et
sensus. Cum vero de rebus sacris bene
cogitatur, ut dicit Bernardus in epistola ad fratres
de monte dei. Voluntas libere ar-
[illegible] de memoria quodcumque opus habet
et intellectum formatur memorie adhibet
formandum quod quantum illud est intellectus
ad hibet acie cogitantis et sic peragitur
negotium cogitationis. Cum vero de hiis
que de deo vel ad deum sunt cogitatur et vo-
luntatis eo profectus ut amor fiat contem-
plationem amoris infundit se spiritus sanctus
spiritus vite et omnia vivum fiat adiuvans
seu in oratione seu in meditatione seu in
tractatu misterium cogitantis. Et co-
tinuo memoria efficitur sapientia cui suaviter
sapiunt ea bona domini et quod ex eis co-
gitandum est formandum in affectum adhi-
bet intellectum. Intellectus vero cogitantis ef-
ficitur contemplatio amantis et formans
illud in quasdam spiritualium vel divine sua-
vitatis experientias afficit ex eis aciem
cogitantis. In nobis efficit gaudium fru-
entis et tunc de deo bene cogitatur secundum
humanum modum, quia modus hic co-
gitandi de deo non est in nostro cogitantis
sed in gratia donantis. Ideo preparandum
est cor ut voluntas expediatur ab ali-
enis affectionibus et vel intellectus asso-
ciationibus memorie a otiosis vel
negociosis et quantum curiosis occupa-
tionibus ut nos exhibeat puram
affectionem memorie in animam fidelem intellectus
experientie suavitatem et sic omnia co-
operantur in bonum et gaudium.

cogitantis. Tercium est consilium discrecionis duobus enim modis in iudicio discrecione peccamus quod maxime patet in moralibus. Erramus enim modo in discernenda qualitate modo in examinanda quantitate. Qui dicit bonum malum vel malum bonum in errorem qualitate errant. Et qui dicit quod maius est esse minus et quod minus est esse maius in quantitate peccant. Qualitatis opinione prauos eos se fallerat quos propheta arguebat cum diceret Ve qui dicitis bonum malum et malum bonum ponentes tenebras lucem et lucem tenebras ponentes amarum dulce et dulce amarum. Quantitatis examinacione error ille reprehenditur qui per prophetam redarguitur cum dicitur Mendaces filii hominum in stateris ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Adhoc enim ad instateram appenditur ut eius quantitas non ignoretur. Cum dicitur quod sunt tenebre super faciem abyssi erratur in indiscrecione iudicii donec ille qui dixit lumen de tenebris splendescere emittat lucem suam et veritatem suam Rom irradiet luminis veritate. Hoc tocius infirmitas discrecionis obscuritas. Sed cum lumen veritatis in animam desuper venit sicut luna illuminatur a sole obscuritatem amittit. adest discrecio racionis tollens caliginem et affecciones moderans in mo tutem. Nam virtutes in vicia vertuntur nisi per discrecionem moderentur. aliogin timor cadit in desperacionem dolor in amaritudinem spes in presumpcionem amor in adulacionem leticia in dissolucionem ira in furorem.

Quartum est consilium deliberacionis sicut iudicium racionis est discernere quid bonum quod sit quid bonum et malum. Per consilium deliberacionis est deliberare quid expediat quid non expediat unicuique. In hoc erratur frequentissime quia quod quibusdam est augmentum corone fit aliis causa precipicii et ruine. Sicut multos videmus cadere de gradu sublimiori qui stetissent fortes in inferiori. Et multos econtrario in religione saluari quibus non expediret permansisse in conuersacione seculari. Facilius enim est uidere quid liceat et quid non liceat quam eligere quid expediat vel non expediat. Illud est discrecionis istud deliberacionis illud iudicii istud consilii. Sic induitur tenebris eo que in tenebris sedet et lumen celi non videt qualiter celi semper prius licet non videt. Oritur enim sol et occidit et ad locum suum reuertitur quia intelligencia veritatis modo datur modo subtrahitur et post subtractionem iterum reparatur. Quam enim diu in istam vicinum diei et noctis vicissitudines sustinemus. In celo dies sine nocte in inferno nox sine die in terra nec nox sine die nec dies sine nocte. Et hec sufficiant de concomitantibus disciplinam.

Hic agitur de antecedentibus et consequentibus ad disciplinam quarum primum est humilitas in intellectu quod maiore requiritur de quibus hic agitur

Nunc ad consequencia disciplinam que prefatum ordinem disciplinam accedens. Hoc autem facilius inueniet

Humilitas in intellectu
Studiositas in effectu
Tranquillitas in affectu
Paupertas in censu

Humilitas in intellectu requirit primo ut nullam scripturam vilem teneas. quia de genere bonorum est omnis sciencia et deus scienciarum dominus est. In aliqua scriptura forte inuenies que non nichil contineat speciale quod utile est. Si multa legis nichil perdis. aliquid forte lucraris. Si non potes omnia legere sicut dictum est supra que sunt utiliora lege. In eiusdem laborem in necessariis et in presenti necessariis debes impendere. Secundo ad hanc humilitatem pertinet ut a nemine discere erubescas. Nam ipsum dicit Quod tu non nosti fortasse nouit consellus. Sic enim nullus est in vita qui nouit omnia. ita nullus est qui non aliquid speciale acceperit a natura. Hinc illud Plathonis. eis magis esse laudibus

Noli aliena verecundie disce quia mea
impudenter ingerere. Peior est enim verecundia
ignorantie quam hominem tamen doctrine adure
Sapientior omnibus eris si ab omnibus disce
volueris. Ditiores enim sunt qui ab omnibus
accipiunt. Secundo ad hanc humilitatem pertinet
ut cum scientiam adeptus fueris ceteros non
contempnas. Nam ut dicit magister hugo hic
tumoris vicium. Unde quibusdam accidit quod
suam scientiam nimis diligenter inspiciunt
et inde intumescentes putant alios
scire non posse quod ipsi noverunt. Bonus
enim lector humilis debet esse et mansuetus
a curis inanibus et voluptatum illecebris
prorsus alienus diligens et sedulus ut
ab omnibus libenter discat. nunquam de scientia
sua presumat. perversi dogmatis auctores
quasi venena fugiat. diu rem pertractare
antequam iudicet. discat non videri doctus
sed esse querat. dicta sapientum intellec-
ta diligat. et ea semper coram oculis quasi
speculum vultus sui tenere studeat. Et si
qua forte obscuriora intellectum eius non
admiserint. non statim in vituperium
prorumpat ut bonum nichil esse credat
nisi quod ipse intelligere potuit. Propter hoc
ostendit Augustinus in viii confessionum. Quod qui tot
sapientie vacare querat latere. humilitas enim
est prima clavis sapientie. Quarto ad hanc
humilitatem pertinet ut non nimis cito
ad maiora conscendas. Qui enim incessit in
primo. cum vis videri in summo. Aptissime
incedit. qui ordinatissime incedit. Si
facis saltum time precipicium. noli nimis
festinare. quid valeas experire. et quid
habeas in ipse anime facultate. prius sunt
onera manibus sublevanda. quam humeris imponenda. De hiis satis deter-
minat beatus Bernhardus in libro de humilitatis
gradibus. Secundum studiositas in effectu que con-
sistit in iiii^or. in labore in amore in cura in vigilia

Sequitur ergo studiositas in effectu
Sit igitur studium in opere. et nullus

scientiarum tractatum meditando inmiteretur
Studium querendi pertinet ad instantiam
operis. Scrutinium vero ad diligentiam
meditationis. Opus peragit labor et a-
mor. Diligentia vero cura et vigilia
In hiis ergo iiii^or consistit studiositas
In labore est ut agas | Isti sunt iiii^or
In amore ut perficias | qui portant
In cura ut provideas | lecticam phi-
In vigilia ut attendas | logie. quia
mente qua sapientia presidet nolunt exce-
dere iuvenes a fronte philos. scilicet et so-
phos. id est amor et labor lecticam ferunt.
quia foris opus peragunt. Puelle vero
scilicet pimelia agrimnia. quod interpretatur cura
et vigilia ferunt a posteriori. quia intus
pariunt consilium scilicet. in secretiori. De hiis
iiii^or require in Marciano de nuptiis
mercurii et philologie de coniunctione scilicet sapientie
et eloquentie. Unde ibidem dicitur. Quod
alumnam suam dilatam puerorum quorumdam
scilicet laborem quos in ipsa omnem difficul-
tatem ascensionis evitat. Unum idem quod
laborabat eadem vocabatur non solum
in lectica. cum hanc eam sustulat unum celum
tum diva impiger puerum Quippe ce-
sarum sibi quondam puero renidenti. qui
nec voluisse nemo filius erat. et tam
amor a sapientibus ferebatur a fronte lecti-
cam subtrahere movebantur. Nam postica
pimilia et agrimnia dilecte virgini subtra-
here mancipia. Sic enim athanasia pre-
cepit ut uterque sexus cum philologia celum
possit ascendere. Secundum tranquillitas in affectu
ad quam iiii^or requiruntur. custodia scientie non
veritatis abundantia cordis. exigentia sumptus.

Sequitur tranquillitas in affectu. Panem
enim videre possumus in aere turbido
sed longe melius in sereno ethere et tran-
quillo. Ad hanc autem tranquillitatem iiii^or
exiguntur. In ratione ut sit custodia scientie
In ratione notitia veritatis
In voluntate habundancia cordis

In memoria vel mente experiencia suauitatis
Cum si carnem non inquietat fetor
Horum obnubilat error
Voluntatem non oblectat vanus amor
Memoriam siue mentem non amaricat
aut conturbat timor. Tunc enim est in
anima tranquillitas. Nam caro affligitur
Intellectus illuminatur. Affectus subiat
deus diligitur et totus homo interior et
exterior dulcedine soporatur. Non enim hec
anima quo ducitur vel ad spurcitiam carnis
vel ad fallaciam demonis vel ad contemp
tum dei vel ad odium proximi. Et forte si
hec mulier que sompnum custodit dormientis
hostis. Tanus. uxor. Inimicus. Est ergo
interim custodia sanctitatis in carne. Semper
enim sentina sensualitatis aperte inferiori fe
torem libidinis euaporat que mentem
impugnat et impinguatam inspurcat nisi
quis corporeos sensus et aditum cordis
diligenter custodiat. Cum enim concupiscencia
non vincatur de ipsa concupiscencia suaues de
lectaciones. lubrice cogitaciones prouenit
et graues corrosiones conscientie permodum
sentiuntur. Et quia ex imaginacionibus ludi
illusionibus repletur. efficitur lumen ocu
lorum inabile et inefficax ad spiritualem co
gitacionem. Lumen inquit propheta oculorum
meorum non est mecum. et lumbi mei imple
ti illusionibus et non est sanitas in car
ne mea. Affligatur igitur corpus non conteratur
Ligatur cura carnis non in concupiscen
tiis. sed quadam disciplina spirituali. ita ne
quod in eo neque in cogitatu neque in quantitate
appareat aliquid quod dedeceat filium dei
Habeat ergo sensus exteriores non duces
sed sequentes. Interiores autem sobrios
et efficaces. Mulierem in domo sua scilicet car
nem non litigiosam sed moribus insti
tutam et cogitacionum familiarem ordina
tam habeant. caro vero sicut infirmus
in via commendatus diligencia cui in
volenti sint inutilia neganda. Volenti

vero utilia ingerenda. Donec enim aque flu
uiores in mare influentes in mari deficiunt
que influit ex iordane in mare mortuum
taurus semper in mentem influit turbulen
et generat fetorem. Est enim interim notitia
veritatis in ratione. Cum enim ab inferiori non
inquietatur animus. grauitate reiecta sur
sum tollitur intellectus. et velud in loco
manenti sereno collustratur cordis ocu
lus quodam intimante fulgoris incen
dio cuius ducatum sequitur et regionem
lucidam et nouam ingreditur. et discus
sis tenebris miratur quod prospiciat et mi
rando amplius inardescit. Et sicut vir
gula fumi vaporatur ignis incendio et
sursum tollitur et amplius tenuatur
Sic veritatis notitie animus appropinquans et
omnem terrene concupiscentie nebulam exha
lans spiritualis motus et veritatem verbi ple
nius in illa tranquillitate cognoscat. Vnde
et philosophi montes excelsos leguntur plurimis
ascendisse ut illustrari possent lumine diuine
veritatis. Est eciam notitia fundamenta ca
ritatis in voluntate. cum mens in proximum
dilectione vegetata ad ipsius diuinitatis feli
ces gessit amplexus et nimio succensa
desiderio carnis velamine excedit. et in
trans in illud sanctuarium ubi spiritus ante
faciem suam christus dominus ab illo ineffabi
li lumine ab illa inestimata dulcedine
penitus absorbeatur. facto quasi silencio ab om
nibus corporalibus. ab omnibus sensibilibus ab
omnibus mutabilibus in id quod est et sic fit
est in idipsum est in illud unum perspicacem fi
gat intuitum vacans et videns quia dominus
ipse est deus. et intra caritatis ipsius suaues
amplexus sabbatizans sine dubio sabba
tum sabbatorum. Tertium est interim expe
riencia suauitatis in memoria et mente. Cum
enim mens ab inferioribus penitus a superiori
bus admota peragit in id quod tam est in iu
dicio rationis et assensu voluntatis et mentis
affectu et operis effectu. et tempe festinat in

libertatem spiritus et unitatem cum deo ut
efficiatur unus spiritus cum eo. Nam perfectus
incunctanter incipit sentire de dei dulcedine
collectus ad se, extra se rapitur, supra
se, discat in silencio, exultat cum gaudio
et sic in memoria habundantie suavitatis dei
exultat et iubilat et primum vie copula-
rimitur extruitur. Et adiuncte modum tranquil-
litatis egreditur homo abstractior tumul-
tu, et sese recolligit intra secretarium sue
mentis, et contra strepitum vanitatis et
fantasmatum clauso hostio gazas suas in-
teriores circumspicit, nichil quod remordeat vel
oblatret, vel inordinatum, nichil reperit
inquietum, sed omnia iocunda pacifica et tran-
quilla, cogitationum sermonum et operum. Tota
animo quiesit quedam familia pacatissima
patrifamilias domus arridet. Hinc oritur
subito mira securitas, ex securitate io-
cunditas, ex iocunditate caritas inarde-
scat, et inde in laudibus erumpit, cuius
esse muneris recognoscit. Secundo abs-
conditori cubiculo in quo celebrarunt sab-
batum, ad aliud se confert diversorium,
videt amicam suam cum animabus omnium per-
fectorum glutino caritatis uniri, nullis
invidie stimulis agitari, nullis indig-
nationum estibus inflammari, non iaculis
suspicionum atteri, non edacis tristicie mor-
sibus consumi. Sic ut ad quedam tran-
quillissimum mentis sue sinum omnes rapi-
at, ubi dulci quodam affectu omnes am-
plectatur et foveat, ac secum unum cor
et unam animam faciat. Ad huius mox dul-
cedinis suavissimum gustum, omnis cupiditatum
solent silent, tumultus, ac strepitus vi-
ciorum conquiescit et fit ibi intus ab omni-
bus noxiis absoluta vacatio et in superne di-
lectionis dulcedine grata et iocunda pau-
satio. Ex hac ergo duplici dulcedine tam pu-
re consciencie quam sancte concordie gustu, et
tio progrediens ulterius, et iam mens
facta nubilis ut dictum est gestiens in-

dominos amplexus, per quosdam theoricos
excessus et extaticos defectus gustat et
meminit quam dulcis est ihesus in ipsum per
desiderium resolutus et prout possibile con-
formatus. Secundo de paupertate in censu et omnium
quomodo paupertas est graciosa habens
constituentem auctoritatem capitulum secundum.

Sequitur paupertas in censu. Puto
sapiens quidam Bernardus scilicet Carnotensis
ut dicitur in policratico Johannis Salesberiensis. Cum
interrogaretur de forma et modo addiscendi:
Mens inquit humilis, studium querendi, vita
quieta, scrutinium tacitum, paupertas, terra aliena:
hec reserare solent multis obscura
legendi. Paupertatem appello appositum
detestari superfluum et minime curam cibi
et potum. Pinguis enim venter tenuem gig-
nit sensum. Est autem paupertas graciosa quali-
tatis habens.

¶ Ex constituente auctorem — Auctorem dico quem
¶ Ex auctore servitutem — instituta est, Christo
¶ Ex servitute libertatem — observata atque
¶ Ex libertate iocunditatem — cum apostolis. Paup-

enim Christus pauperes discipulos elegit, quos in paup-
ertate viam veritatis edocuit. Securitatem
appello, puto dicit Seneca: multis ad philoso-
phandum obstitere divicie. Paupertas expe-
dita est, secura est. Cum classicum cecine-
rit, non petitur; non circumstat illam turba
fenoris; contenta est desideriis instantibus
satisfacere. Si vis vacare animo, aut paup-
er sis aut pauperi similis. Non potest studium salu-
tare fieri sine frugalitatis cura. Frugalitas
aut paupertas voluntaria est. Libertatem
voco non alligari diviciis tamquam vinculis.
Idem Seneca. Quomodo me expediam effugere non
potes, inutiles potes vincere. Ad hanc
confert si vis salvus esse, si servus, si beatus,
si liber. Idem alibi: philosophiam advoca in con-
silium, suadebit tibi ne ad calculos sedeas.
Iocunditatem dico quod paupertas si leta venit
ditissima res est. Et quia satis tractatum est
de ista materia, ad de consequentibus accede-

tranea transferamus De ·2· de impedimentis de
sapiencia que sunt iiii^or scilicet iactancia puerilis inconstancia iu-ve-ni-lis

Dicto de antecedentibus consequitur
de concomitantibus disciplinam· et ad
scienciam et eam impedientibus breviter procedamus
Hec autem sunt iiii^or· Iactancia pue-

Iactancia puerilis
Inconstancia iuvenilis
Diffidencia muliebris
Protervia senilis

rilis est in eis qui ante tempus sapientes videri volunt· Et id
inquirendam elacionis tumorem perrumpunt
erubescentes quod sit· simulantes quod
non sit eo longius a sapiencia recedunt· quo
non esse sapientes sed putari volunt Et
de hoc lactancius in libro de falsa sapiencia
Videre licet alios tante levitatis· et iac
tacionis ut hiis fuit non didicisse melius
Et ex hac iactancia si loquuntur· vel componunt
verba insolita et ardua quedam assumunt
si scribunt· nec ab aliis intelliguntur· nec
ipsi se intelligunt Qualis erat Ioviniа-
nus quem beatus Ieronimus scribit sic· Scripta
inquit tanta est barbaries et tantis vi
ciis spurcissimis sermo confusus· ut nec
quid loquatur· nec quibus argumentis
velit probare· quod loquitur· potuimus intelligere·
totus tumet· totus iacet· attollit se per
singula· et quasi debilitatus coluber
in ipso conatu frangitur· non est contentus
nostro i. humano more loqui· altius quiddam
aggreditur parturiunt montes· nascetur
ridiculus mus Et ipse non sanum esse
hominis non sanus iuret Horestes Ut
illud Plauti ei possit aptari· Hoc preter
illam legem nemo nam divinandum est
Et id vigilanti dat sine mente somni·
ant Atque vento plena vesicula de
tumescat· si acu modica perforetur Sic
una virtutis sima venti loquatur exclu
dit de follibus impiti gutturis et in
flati Et beatus Augustinus in libro de confessionibus
humilitatis: Postquam inquit vanitatis crescere
et vesica grossescere cepit inde est ut
ampliori foramine laxato sinum ventosi
tas eructuet aliorum rumperetur Sic mo
chus inepta redundante leticia· dum risu
al signus eam aperire non sufficiat in helim
verba prorumpit En venter meus quasi
mustum absque spiraculo quod lagunculas no
vas disrumpit aut lex· ergo non rumpetur
Esuriet et sitit auditores quibus suas
iactitet vanitates· quibus omne quod sen
tit effundat· quibus talis et quantus sit
innotescat Unicum aut ordine loquendi
si delectes sermo exoritur· vetera profert
et nova· volant sine iubar resonant am
pullosa· proveniunt interrogantes· vos que
renti respondet· ipse querit· ipse solvit et ubi
collocutoris imperfecta presciendit· Inconstan
ciam iuvenilem habebat ille instante
filius aut verius ipsa inconstancia· De quo
Boecius in libro de disciplina scolarium sic ait
Satiris mensuensis historiographis
prope diversis elegiacis· ac vinis vete
rum disserendis aristotilicas lamen
tabat nocturnis edicionibus phisicis sex
que tribulariis complacendibus qui in statuta
nens Omnibus siquidem in brevi fastidiens
extitit Et cum multa prosequitur Boecius de
eius inconstancia quo de sciencia ad scienciam se
transferebat· de artificio ad artificium tandem
inquit Quid dicendo faciam· misereri
me esse hominem· virtutem humanitatis pos
sem exuere· et asininitatem induere
spe permutata· Hec Boecius. Ista enim con
stancia non in addiscendo· ut sine constan
cia non sit continuacio· nec sine continuacione
habitus· nec sine habitu generatur in animo sciencia
Sic se fastidiendum scribit Ieronimus Cum mo
tullius modo platho sumebatur in manibus
Diffidenciam muliebrem qua similiter muliebris
sexus laborat habebat Ieronimus Cum vole
bat interpretari danielem Unde ait in pro
logo eiusdem libri sic Ego adolescentulus
post Quintilianum et Tullii lectionem ac flo
res eius rethoricos· cum me in lingwe hebraice

persius reclusissem et multo sudore mul
to quod tempore vix cepissem anhelantia stride
ntia que verba resonare. et quasi per criptas
ambulans rarum desuper lumen aspice
rem. impegi novissime in danielem. et
tanto tedio affectus sum. ut desperatione
subita omnem laborem veterem voluerim
contempnere. Sed adhortante me quodam
hebreo et illud michi sua lingua crebrius
ingerente labor improbus omnia vincit. qui
michi videbar sciolus inter hebreos cepi
rursum discipulus esse Caldaicus. Hec est
desperatio sicut patet in principio secundi libri contra
achademicos una de causis potior quare
ad sapientiam non venitur. Cum enim spes aliquid
assequendi viget in mente. quasi quedam
scintillatio est que nutritur in fomite
Ipsa enim est in corde hominis recondita
ipsum in mestis facit calefacere. et discusso
frigore desperationis et hyeme. iniquitas
crescit arbor sapientie. Et quemadmodum
lignum illesum servat vigorem suum. Dum
equalem habet temperantiam caloris et humo
ris. sic mens decrescere non potest. quia et
calor sancti spiritus in mente qui desuper intel
lectum irradiat et studium lectionis quod desubtus
rigat inchoatum perducit ad finem. quia
nichil est quod in instituto perfectam habeat
utilitatem. Et cum ab opus aliquod in
cipit quod ad finem deserit. velut in
maturus et non aptus esui fructus
ante tempus cadit. precocitatem semper
dampnat. Hugo de s. Laurencio in libro
de claustro anime. et in libro de collationibus
patrum probatur. Quod viri sancti perma
nens reprobatum esse non potest. Non est
enim perversitas stabilienda nec sim
sed illa tenenda est que superveniente
sanioris investigatione melior fuit iudi
cata. Tucius enim est vocari parare scientiam
quam rei utilioris subire iacturam. Sicut
enim cera calore solis dissolvitur. ita vere
accedente perversitas in stultis hominibus e

mollitur. Unde ibidem dicitur. Quousque
vicinius suis diffinicionibus perversitas inhe
rere: voluntariales semper probavimus et dis
cretionis expertes. Nimio impossibile est
quemquam proprio iudicio confidentem dyaboli
illusione non decipi. Ipse enim satha
nas transfigurat se in angelum lucis
ut obscurum et tetram caliginem sensuum
pro vero scientie lumine fraudulenter infundat. Et
sic patet de hiis que necessaria sunt inchoanti
bus disciplinam. De doctrina quantum ad sta
tum progressionis et perfectionis. ad quod immediate requiruntur.

Nunc videndum est de hiis que per
tinent ad perfectum studii ad quod immediate
requiruntur. Ergo qui
Primum est abicere vicia proficere in
Secundum est relinquere prolixa vult in
Tercium est exercere se in actiua scientia scientia
Quartum exercere se in spirituali intelligentia abi
ciat vicia. Quia in malivolam animam non
introibit sapientia. Inmunda enim anima

Contra malos studentes

Potest insistere facundie
Post vacare scientie
Sed non potest in se habere usum sapientie
Nec in aliis fructum doctrine
De quibus hoc ordine videamus. Potest in
munda anima insistere facundie. quia
potest habere peritiam disputandi. sermonis or
nati. sed venas abditas scripturarum et
spiritualium archana sensuum intrare non potest
Unde in libro de collationibus patrum. Cum
in ipso omnis thesauri sapientie et scientie abscon
diti esse dicantur. quomodo qui christum in veniendo
contempsit inventum sacrilego ore blasphe
mat. aut catholicam fidem in inmundis operi
bus polluit. Dum scientiam assecutus esse
credendus est. Spiritus enim dei effugiet fic
tum. nec habitabit in corde subdito peccatis
non aliter ad scientiam spiritualem nisi hoc or
dine pervenitur. quem unus prophetarum elegan
ter expressit. Seminate vobis ad iusticiam
metite spem vite. illuminate vobis lumen
scientie. Et in psalmo. Beati inmaculati in via

primo abicere vicia

qui ambulant in lege domini · Beati
qui scrutantur testimonia eius etc. De
hiis ergo qui quidam ymagine sancte vi
dentur acquirere et tamen insistunt operibus
prave vite. De improvisa secundum aliam
lectionem. Sic in manibus aurea in naribus su
is Sicut mulier mala more spes. Quid
enim prodest quod preciosum ornamentum elo
quiorum celestium · et illam preciosissimam scrip
turarum speciem consequi · si eam lutulentis
sensibus vel operibus inserendo · quasi immun
dissimam terram subigendo confringat a
scenosis libidinum sordium polluat violen
ciis · in tantum enim ab illa eruditione secularium
que carnali viciorum sorde polluitur · spiri
tualis et vera sciencia recedit · ut etiam in non
nullis elinguibus ac pene illiteratis le
gamus · aliquid mirabiliter viguisse · quod
in apostolis et aliis sanctis comprobatum est · quos
non tamen phylosophorum delectabant facundia
sed veris fructibus spiritualis scientie replebantur
Sicut in actibus dicitur · Videntes petri
et iohannis constanciam comperto quod homines
essent sine litteris et ydiote admirabantur
Et ideo si tibi cura est ad eius immar
cessibilem gloriam pervenire · cunctis primum
conatibus elabora · ut a domino puritatem
castitatis obtineas · nullus enim unquam ad
huc carnalium passionum et maxime fornicationis
dominatur affectus spiritualem scienciam
poterit possidere · In corde enim bono re
quiescet sapiencia · et qui timet dominum inve
niet scienciam cum iusticia · Pro enim vagare iac
tancie · sed ubi sunt verba plurima ibi fre
quens egestas · Res enim queruntur non verba
Duc autem esse verba rebus evidencius · Venerabilis
Beda · quam bonum dicam presbiterum absolutum
quia malum vel mala facere vis nulla ne
cessitas possit · Hunc inter professos si per
severaveris vel manseris et id egeris ut
omnia facta dicta quoque tua inter se consentiant
ac concordent sibi et una forma procussa
sint · Non est hominis animus inter tuis

acta discordant · hec autem iactancia summo
pere detestanda · quia in presenti tollit veram
scientiam · et in futuro induat penam · Venerabilis in col
lacione de sancta religiosorum dicitur · Michel in
collacione seniorum proferre audacis · ni
quod interrogare te aut ignorancia nostra
aut eo iracte cogitationis impulit · vel
quidam vane glorie amore discenti presump
cione doctrine · ea que optime noverit inter
rogare se simulant · Impossibile enim est eum qui
proposito acquirende laudis humane studio
insistit donum vere sciencie promereri · Nam quoniam
hac passione devictus est · necesse est ut a
liis et maxime superbie vinculis obligetur
De pena in futuro · dicitur ibidem · Festinandum
tibi est si ad veram scripturarum scienciam vis per
venire · Ut humilitatem cordis immobile
primitus consequaris · que te non ad illam
que inflat · sed ad eam que illuminat scienciam ca
ritatis consummacionis perducat · Impossibile
namque est immundam mentem donum sciencie spiritu
alis adipisci · Et ideirco omni cautione de
vita non tibi per studium leccionis · non sciencie
lumen nec prestare illa que per illuminacionem doc
trine primittitur · gloria fiet instrumentum perdicionis
de arrogancie vanitate nascuntur · De
inde hoc tibi omnimodis evidendum · ut expul
sa omni sollicitudine et cogitatione terrena
assiduum te ac pocius ingenue sacre prebeas
leccioni · donec continua meditacio inbuat men
tem tuam · hec enim est ingtas meditacionis
duplicem nobis confert fructum · primo quod dum
in legendis ac parandis lectionibus occupatur
mentis intencio · necesse est ut nullis noxi
arum cogitacionum laqueis captivetur · Deinde
quod ea que crebriam repeticione percussa dum
memorie tradere laboramus · inter tunc te
poris obligata mente non quivimus preca
bendum actum ac visionum illo de beatis abso
luti · precipue quoque nocturna meditacione tractati
revolventes · clarius intuemur · ita ut ocul
tissimorum sensuum · quos nec tenui quidem opi
nacione · vigilantes percepimus quiescentibus

nobis vel soporis stupore densis intelli-
gentie tenebris. Non potest immunda anima
in se habere usum sapientie. Et ideo sicut dicitur in col-
latione de sancta religiosorum. Si nobis cura
est ad spiritualis scientie lumen non inanis
iactantie vitio sed emendationis gratia per-
venire. Illius primo beatitudinis cupidine
inflammemur. Beati mundo corde quoniam
ipsi deum videbunt. Et ideo si scientie spiritua-
lis sacrarium in corde vestro vultis thabernaculum
preparare, ab omni vos vitiorum contagi-
one purgate et curis seculi presentis ex-
uite. Impossibile namque est animam que
mundanis vel terrenis distensionibus occu-
patur donum scientie promereri vel generatricem
spiritualium sensuum aut tenacem sacrarum fieri
lectionum. Non potest etiam immunda anima in aliis
generare fructum doctrine. Cum enim non est
capax ad percipiendum quod erit ydoneus ad
tradendum tamen si aliquis de spiritualibus
docere presumpserit inefficax et inutilis
doctrina erit, ad aures tamen audientium ser-
mo perveniet, cor autem penetrare non
poterit. Inertia operum et infructuositate
sive potius vanitatis quia non profertur
de thesauro bone conscientie sed de superbia
vane glorie. Nemo enim in vas fetidum
et corruptum mel optimum vel preciosum infu-
dit unguentum. Fictilis enim testa infecta
preciosum liquorem contaminat quam ut ex
liquore precioso testa aliquid capiat quia
multis vitiis munda corrumpitur quam cor-
rupta munditur. Doctrina vero spiritualis vite
habet mellee dulcedinis. Cor autem immundum
corrupti vasis. Psalmus. Quam dulcia fauci-
bus meis eloquia tua domine super mel
ori meo. Unde in collatione de sancta reli-
giosorum dicitur. Cavendum est tibi ne [illegible]
ad docendum inanitatis exemplis quorundam
dispendii ac sermonis affluentia confecti
quia putant quia noverunt ornatos copiose
disserere archana spiritualium discernere non
noverunt. Aliud namque est facilitatem oris

et nitorem habere sermonis, et ad venas
et medullas celestium intrare dictorum ac pro-
funda et abscondita sacramentorum purissimo cor-
dis oculo contemplari. Quod nullatenus
humana doctrina nec eruditio secularis sed
sola puritas mentis per illuminationem sancti
spiritus obtinebit. Secundus processus post abiectionem vitio-
rum. De abdicatione puerilium que est secundus gradus.

Post abiectionem vitiorum sequitur ab-
dicatio puerilium. Hec autem sunt quat-
tuor scilicet.

Puerilia studia	De puerilibus studiis
Cogitationes	patet in hiis qui tu-
Verba	multuoso strepitu
Opera	et clamore nimi-
	o denique assidue

disputant inutiliter [illegible] verbantes.
Hii sunt qui tam levam et silvam et tam
huiusmodi elementares doctrine primicias
sunt adhuc ingenii exedentes, si fas est
dicere pueri centum annorum facti et ele-
mentarii senes. Verendum enim est quod qui
in montem ascendisse debuerant scientie emi-
nentioris, ipsi cum asino remanserunt in ter-
no intelligentes questiones priscianus tullius
lucanus et persius. Hii sunt dii eorum. Sed
vereor ne in extreme vite articulo eis
improperando dicatur: Ubi sunt dii vestri in
quibus habebatis fiduciam? Surgant et
opitulentur vobis et in necessitate vos protegant. Dam-
nat enim apostolus ea que sunt huius mundi
sapientie si non edificant ad salutem. Vos
igitur qui hactenus huiusmodi vanitatibus mili-
tastis, et tempus eorum superfluis plus
debito consumpsistis. Consulo quod deo mili-
tetis saltem ad modicum, et feces vite se-
nectutis immoletis altissimo, qui iuventutis
et adolescentie florem in rebus nugato-
riis consumpsistis. Monstruosum enim est
hominem virum aut senem fugiendo re-
currere ad mamillas. De puerilibus cogita-
tionibus dicit apostolus. Cum enim parvulus loquebar
ut parvulus cogitabam ut parvulus. Cum
enim factus sum vir evacuavi que erant parvuli

Hinc est quod mens infecta poeticis carmi
nibus, illas fabularum nugas hystorias quoque
bellorum quibus a primulo primis studiorum
imbuta est erudimentis tempore quo ad dogma
ta perfecciora progreditur poemata meditatur
et quasi bellancium ymago ante oculos
versatur et talium fantasmatum ymaginacione
deluditur: adeo ut etiam tempore
psalmodie vel spiritualis lectionis vix vindicari
valeat mens a talibus fanthasiis. Sed
certe in hiis est remedium efficax si eandem
diligenciam et instanciam quam in talibus
addiscendis adhibuimus, ad scripturarum
spiritualium meditacionem et lectionem adhibe
amus. Necesse est enim mentem tuam
tam diu illis carminibus occupari quam
diu sibi aliqua que intra semetipsam reco
lat simili studio et assiduitate conquirat
ac pro illis infructuosis atque eternis spi
ritualia addiuina perveniat que cum persude
rit quod concepit atque in illis fuit eru
dita vel expelli potes sensim poterunt
vel penitus abolere. Vacare enim a cunctis
cogitacionibus humana mens non potest. Et
ideo quamdiu spiritualibus studiis non
fuit occupata necesse est eam illis quibus pri
dem didicit implicari. Quamdiu enim
non habent quo recurrant et indefessos
exerceant actus necesse est ut ad illa quibus
ab infancia imbuta est collabatur et quod
semper revolvunt que longo usu ac medi
tacione concepit. De puerilibus verbis evacu
andis dicit in textu. Sicut ascensus are
nosus in pedibus veteranorum sic mulier lingua
ta homini quieto, id est quietem amanti. Hec
est sicut arena que instabilis est et flu
ida senem retardat ab ascensu. Hec eciam
garrula et instabilis retardatur ipse fatu
us ob viste meditacione sapienciam et lingua eius
loquetur iudicium qua sine premeditacione
et deliberacione mens qui noluit proficere
in sapiencia spirituali non est proferendum verbum
Unde beatus Rabanus in quodam sermone. O

humilitas verus Christi quod confundis superbiam
natiuitatis mee. Parum ad scio vel pocius in
scite videre. Et iam silere non possum im
prudenter me ingerens et omnibus promptu
lus ad loquendum. Velox ad docendum tardus
ad audiendum. Christus cum tempore tanto sile
bat cum se persepe abscondebat. Numquam mane
gloriam timebat. Utique sed nobis non sic.
Hec Rabanus. Ecclesiastici xxxii. Adolescens loquere
in causa tua vix cum necesse fuerit. Si bis inter
rogatus fueris habeat caput responsum tuum. In multis esto quasi ins
cius audi tacens simul et querens. Nam et Ambrosius libro
de virginitate. Etates maturitas prevenit
quisque in adolescencia positus senilem
gravitatem induit et iuveniles annos
veterana quadam continencia regit atque dispo
De puerilibus operibus et factis habes exem
plum quia sicut peius est bestialem esse quam
bestiam, quia bestiam esse natura est
bestialem vero vicio. Sic peius est puerilem
esse quam puerum. Unde Seneca. Teneo memo
riam quantum gaudium senseris cum pretexta
posita togam sumpsisti et in forum deduc
tus es. Maius expecta cum puerilem animum
deposueris et te inter viros philosophia transcripserit.
Adhuc enim non pueritia sed quod est gravius pu
erilitas regnabat. Et hoc quidem peius est
quod auctoritatem habemus senum sed vicia puero
rum, nec puerorum tantum sed infancium. Illa levia
hii falsa formidant, nos utraque. Hec Seneca.
Prov. i capitulo dicit. Usquequo parvuli diligitis in
fanciam et stulti ea que sibi noxia sunt
cupiunt et imprudentes odibunt scienciam.
Puerilis dicitur non annis sed moribus. Un
de Seneca ad Lucillum. Numera annos tuos et
pudebit eadem velle que puer volueras.
Hic Marcialis coquus. Heu inquit nec
mali computantur anni, infantes sumus et se
nes videmur. Imprudentes inquit odiunt scien
ciam quod deus est animalia ante et retro ocula
ta, et ad modum formice providentia. Proverbiorum vi capitulo. In
proverbiis. Vade ad formicam o piger et consi
dera vias eius et disce sapienciam. Hec sic dicit Seneca

in primo libro declamacionum. Corrumpunt
inquit ingenia desidiose iuventutis. s. a
bonis. nec virum honeste vel labore vigi/
lant. sed cantandi potius saltandique
obscena studia effeminatos tenent. Deinde
capillum frangere et ad muliebres blan/
dicias voces extenuare mollicie corporis
cum feminis certare et immundissimis se mundi/
ciis excolere. Ecce adolescencium specimen
est. molles enerves quod nati in vita ma/
nent expugnatores aliene pudicicie
negligentes sue. Per abiectionem viciorum et ab/
dicacionem puerilium venitur ad active sciencie exercicium

Post abiectionem viciorum et abdicacionem
puerilium racio restat active sciencie
exercicium. Vide ergo in ipsius sciencie Divi/

et Divisionem · sio autem est hec
et Ordinem · Cum multa sint genera
et Adepcionem et · sciencium in hoc mundo
et Continuacionem · sicut et varietates

sic artium preter vite utilium. Et nulla est
que non habeat proprium ordinem et raciones per quos
usum possent eas apprehendere. Est ergo dupl/ex
sciencia divina et humana. Humane sunt
quas homines de rebus humanis edide/
runt. Divine sunt quas catholice fidei
cultoribus editas auctoritas universalis ecclesie ad
fidei corroboracionem recepit et legit. Hec
autem sciencia dividitur in practicam et the/
oricam. Practica consistit in emenda/
cione morum et purgacione viciorum. Theo/
rica vero in contemplacione divinorum et
misticarum sunt sciencie religiosorum. Ordo autem
iste est ut quisquis ad theoricam voluerit
pervenire prius practicam ipsam assequi
est necesse. Nam sicut vicetitus a labe pec/
cati non ascendit ad agnicionem dei. Ita deve/
niri non potest ad theoricam nisi per practicam
cum illa sit contemplacio eternorum. illa vero
de purgacione viciorum. tamen practica potest
possideri sine theorica. Gradus enim ita
sunt ordinati ut humana humilitas possit
ad sublime conscendere. sed ad posteriora non

intenderit nisi primitus perveniat ordine. Ad/
epcio vero huius sciencie sit secundum viam duplicem
scilicet cognicione viciorum et remediorum. Secundo
discrecione virtutum et informacione mentis. ut
ita formetur ut non quasi coacta vel violenta
serviat sed quasi bono delectatur. Viam ar/
duam cum delectacione conscendat. Qui enim
vicia sua nec intelligit. nec intendit expurgare
ad informacionem virtutum que est gradus se/
cundus practice vel ad misteria spiritualia que
subiacent theologie non valebit attingere
non enim progreditur ad excellenciorem qui non
evicerit planiorem nec ea que sunt extrin/
secus apprehendit qui ea que sunt interna non
intelligit. Difficilius enim est eradicare nobis
inditas corporis et anime passiones quam
spirituales plantare virtutes. et ergo tanta diffi/
cultas magis est in eo laborare. Unde in ex/
pulsione viciorum in ipso promovit. In per/

et Evellere · ficiendis vero virtutibus
et Destruere · duo Edificare et plantare
et Disperdere · ergo prius adquirenda prac/
et Dissipare · tica scilicet actualis sciencia et spiritualis

ethica et multarum actuum virtute professis per
varia laborum stipendia velud in primo
sequitur theorica. Sequitur intelligencia spiri/
tualis et oritur non a meditacione legis
sed de fructu operis. Ps. Ambulantis tuis
intellexi. Psallam inquit et intelligam
in via immaculata. Psallens enim inquit q/
uis intelligitur qui in via immaculata gressu puri
cordis incedit. Hoc est autem actualis
sciencie sive vite. Primum preceptum et precipuum
ut indicas silencium oris tuo silencio. et ut
omnium seniorum instituta et sinas intento
corde et muto ore suscipias. et diligenter
in pectore tuo condens ad perficienda ea po/
tius quam ad docenda festines. Ex hoc enim
vane glorie perniciosa presumpcio. Ex illo
autem fructus spiritualis sciencie pullulabit.
Esto ergo promptus ad audiendum tardus
ad loquendum. et conformeris domino qui cepit
facere et docere. ut ante actum non psillas

Addocendum ne t illorum nūo depute
tis qui dic et non faciunt. et onera
que suo digito mone nolunt sup
hom humeros alligant et imponunt
¶ Continuandum est ut sicut ad cerete p
fessionis regulam retinendi e pseue
rancia. sic leuit et sine cā non varr
entur studia. Solent enim qui nō dum
i illa quam acceperunt pfessione fundati
sunt audierint quosdam in diuersis studiis
ac virtutibus p̄ri ppter eorum laude sue
cendi ut imitari ptinus eorum gestiat
disciplinam in quo veritas nō impe
dit conatus humana fragilitas. Impos
sibile namq est vni eidemq homini
simul in omnibus fulgere virtuti certiams
quas si quis volunt pariter affectare
nūd incidere eum necesse est. ut dum
omnes sequitur nullam integram conse
quatur. magis q ex hac i mutacione
atq varietate dispendium capiat qua
profectum. Multis enim viis ad deum tendi
tur ideo vnusquisq illam quam semel
arripuit irreuocabili cursus sui inte
cione consiciat ut sit inequalis pfessio
ne pfectus. Et in studiis et studentibus
est videre q male fundati vix pnt p
ficere inceptos ut s dum est de scīa ad
sciam festinare. Exemplo egrorum qui
ex auiditate i moderatam desiderant
qd eis inutile est et nociuum. interim
in vetitum semp cupimus q negata. Sic
medicus cuiuet eger aquas. Post ab

dicacionem viciorum abdicacionem pullum et
scīe actue exerciciū Sequitur de spirituali intelligencia

Post abiectionem viciorum et abdica
cionem puerilium. et scīe actiue ex
ercicium. Sequitur de spirituali intelligencia. qd
diximus ee gntum. Et qm tam pfessionum
et pfectum sapiencie miscenda sunt precepta
discendi et exemplum viuendi ut utrum
q magis roborer et emineat eorum
q que etiam tam secularium quam regu

larium congruunt discipline ideo nobis
non succenseant aut indignentur mi
liuolus aut ingratus animus si inter
tum dedimus aliquantulum plebanis ut
igitur spiritualem intelligencie consequatur vba
sapiencie ꝛc. Sunt ergo verba
¶ Reuerenter sunt audienda | verba audi
¶ Subtiliter intelligenda | enda audi
¶ Vtiliter effundenda | ens enim sa
¶ Multiplex exponenda | piencior erit
et docere immisceri quoddammodo quod audi
tum est. faciem ut ita dicam nō audit
Vnde si ea que optime nosti possidere
audientes in collacione proferri. non ex
hoc quod tibi iam nota sunt ea susci
pias fastidiose vel etiam aspernantur
sed vba veritatis et salutis indesinenter
ter aure suscipias et cordi tuo infe
ras ceterorum. Sic enim dicitur in collacione
de scīa religiosorum. Cuius adhiberi
sacrorum verū crebra narracio in quiete
anime sitim vere scīe sustinenti sacie
tas generabit horrorem. sed ea quotidie
velut noua et desideratam suscipiens
quanto frequencius hauserit tanto auidius
vel audiet vel loquetur et firmacionem potius
perpetue scīe ex eorum repeticione quam ullum
ex frequenti collacione capiet fastidium
Euidens namq est tepide vel superbe
mentis indicium si vborum salutarium me
dicinam quamuis studio nimie assiduitatis
ingestam fastidiose negligere ꝗ suscipiat.
anima enim que in saturitate est
fauus illudet. anime aut egenti etiam
amara dulcia videntur. Si ita q hoc di
ligenter excepta et in recessu mentis
condita atq indicta fuerint tacitur
signata. postea ut vina quedam suaue
olencia cum sensus caniuie et paciencie fue
rint vetustate decocta. cum magna sua
fragrancia de vase tui pectoris proferentur
et tanquam perhennis fons de experiente
venis et irriguis meatibus re

deriuabitur. fluenta quoque contrario uel de quadam abyssi tui cordis effundent. Eueniet namque illud in te quod impletum ad illum deo qui hoc opere consummauit. Bibe aquas de uasis tuis et de puteorum tuorum fonte, et tuas aut platheas percurrant aque tue. Vnde Augustinus libro ad Vincentium dicens: Vt sciat discere nescire. Sunt secundo subtaliter intelligenda. Sinum quod quod uini est recipiente pro modum recepti. Vnde aliter intellectae dicat uerba scripture tundes aliter proiecti. Sic enim dicit Ambrosius in exameron. Eadem aqua in diuersas se mutat species: inter arenas flaua, inter cautes spumea, inter nemora uirentior, inter florulenta discolor, inter lilia fulgentior, inter rosas rubicundior, in gramine liquidior, in pallude turpior, in fonte perspicatior, in mari obscurior, assumpto locorum quibus influit colore. Rigorem quoque patrie terre contrahit ut inter uaporantia ferueat, inter umbrosa frigescat, sole repercussa estuat, nimbus irrigata glaciali humore canescat. Sic pro capacitate sensuum humanorum scripture series comparatur. Et cum proficiente proficit ut tamen carnalibus et diuinis spiritualibus uideatur. Et hiis quibus ante uidebantur uerba diuina esse quibusdam nebulis inuoluta, serenioris intellectus subtiliter discussa, perinde sit aperta, et ut uerba sacra secundum mensuram status nostri ad omne genus hominum differenter probemus extendi. Hoc uidelicet non fornicaberis assimilemus ad exempli quod si carnalis quisque audierit secundum simplicem sonum littere salubriter custodit. Spiritualis autem illud audiens qui iam luculentiam carnis reliquit affectum intelligit quod recedendum est a ceremoniis ydolorum et ab superstitione gentilium, tam in obseruatione dierum et temporum quam signorum. Sic ad Ihe-

rusalem deo quod consecrata est, etiam in colle sublimi fornicabatur. Si uero ab hac duplici fornicatione quisquis diuinam per Scripturam audierit a legis superstitionibus se custodit, nam iudaysmi superstitiones spirituales sunt fornicationes. Est et alia fornicatio que perpetratur per ipsius dogmatis adulterio. Hanc ergo omnis qui potuit declinare subtilius intelligit fornicationes ne labatur in cogitationum noxiarum euagationem. Sunt etiam utiliter effundenda.

Non sunt effigende ante porcos spiritualitatis et inepitudines margarite, id est in mundis hominibus profundiores scripture intelligentie, sicut nos quod sapientissimus Salomon indicat inquiens: Noli inquit applicare ipsum ad pascua uisu, neque seducaris saturitate uentris. Non enim expedit stulto diuitie, nec opus est sapientia ubi non est sensus. Immo cor eorum talibus implebatur. Illud psalmi: In corde meo abscondi eloquia tua ut non peccem tibi. Omnis enim qui eloquia diuina humane laudis amore dispensat, pecuniam suam ad usuram erogat, recepturus pro hac laude non solum iniquitatis stipendia sed culparum supplicia, cum dominus uenturus non recipiat impositum quod suum est cum usura. Duabus etenim causis et efficacie et impar recipitur doctrine diffusio spiritualis. Aut enim ille qui docet in corpore commendans uanos uerborum sono instruere intendit auditorem, aut uitiis refertus auditor obdurato corde doctrinam non recipit spiritualem. Sic scriptum est: Excecatum est cor populi huius et auribus grauiter audierunt et oculos suos ne uideant concluserunt. Lege librum beati Dyonisii de ecclesiastica hierarchia, si debeant inmundis sapientie secretum distribui. Sunt enim uerba scripture sacre multipliciter exponenda. Sicut enim supra dictum est, Sacra diuina pictione diuiditur et theoricam, theoricam in hystoriam.

ricam: inspectacionem · et intelligenciam spiritua
lem. Hec autem scripturarum. Omnis enim eius
inestiati sunt duplicibus. Spiritualis autem
intelligentia tria sunt genera. Unde et
Allegoria — prout super latitudinem
Tropologia et — terrarum triplex lex esse de
Anagogia — scripturam. hystoria preteriti
ac visibilem rerum complectitur agnicionem. Al
legoria subeis que in veritate gesta sunt
alterius sacramentum pretendit rerum. Tropologia
moralis est que ad emendacionem vite et
institucionem actualem contendit. Anago
gia vero de spiritualibus misteriis ad sub
limia quedam · et secretiora quedam occulta
conscendit. Nam una et eadem urbs potest
intelligi quadrifarie — Et secundum
civitas iudeorum secundum hystoriam — hec quia
Ecclesia Christi secundum allegoriam — deinde est
Anima hominis secundum tropologiam sensu
civitas illa celestis secundum anagogiam et
eius species varie sunt intelligencie scripturarum
et exposiciones. Patet igitur de hiis que pertinent
ad disciplinae inchoacionem et de hiis que per
tinent ad profectum ipsius et progressionem
Habitis de hic ultimo sequitur de statu quantum
doctrina quantum ad statum ad statum perfeccionis hoc
inchoacionis et progressionis. hic ultimo
sequitur de ea quantum ad statum perfeccionis hoc
est prout ipsa competit regularibus et
universis perfectis. Ad cuius adepcionem iiii^or^ sunt
necessaria scilicet — Hiis enim iiii^or^ modis omnes
lectio — spirituales docentur. adeo · hec
meditacio — est doctrina claustralium que
Oracio — detenta in celum levantur et
Contemplacio — celorum secreta rimantur
est enim Leccio sedula scripturarum cum ani
mi intencione inspeccio. Meditacio vero
studiosa mentis accio · occulte veritatis
noticiam investigans ductu proprie racionis
Oracio est devota cordis in deum intencio
pro malis removendis vel pro bonis adipi
scendis. Contemplacio est mentis in deum
suspense quedam super se elevacio licius

eterne gaudia degustans Unde
Leccio inquirit
Meditacio invenit
Oracio postulat
Contemplacio
Leccio enim quasi solidum cibum appo(nit)
Meditacio masticat et frangit
Oracio saporem acquirit
Contemplacio est ipsa dulcedo que
iocundat et reficit. Unde leccio est in
cortice. Meditacio in adipe. Oracio
in desiderii postulacione. Contemplacio
in adepte dulcedinis delectacione.
Hii autem gradus sic invicem coherent
et sibi mutuo indigent. Leccio enim quasi
fundamentum · primo occurrit · et data ma
teria mittit nos ad meditacionem. Me
ditacio apprehendit · si diligencius in
quirit et quasi effodiens invenit sed
cum per se obtinere non valeat mittit
nos ad oracionem. Oracio se totis viribus
ad deum erigens recipit thezaurum desi
derabilem contemplacionis suavitatis.
hec autem adveniens predictorum trium
laborem remunerat · dum celestis rore
dulcedinis animam sitientem inebriat.
Leccio enim est secundum exterius exercicium
Meditacio secundum interiorem intellectum
Oracio secundum desiderium
Contemplacio super omnem sensum
Precedentes autem gradus sine sequenti
bus aut parum aut nichil prosunt
sequentes sine precedentibus aut raro aut
nichil aut nunquam haberi possunt. Quid
enim prodest leccione continue tempus oc
cupare sanctorum gesta et scripta tran
currere nisi masticando et ruminan
do succum eliciamus et transglutiendo
usque ad cordis intima transmittamus
et quorum facta legimus eorum opera
imitemur. Et quo ista cogitabimus
aut curare poterimus ne falsa vel inania
meditando limites assignatos

peribus transcendamus nisi prius cor
hec vel collatione vel exauditu instructi
fuimus. Item quid prodest premedita
tionem videre que sunt agenda nisi
assit oratio et dei gratia ad ea obtinenda
ergo ut sit fructuosa meditatio sequitur
orationis devotio. cuius effectus est con
templationis dulcedo. Unde ergo quod
lectio sine meditatione est arida
meditatio sine lectione est erronea
oratio sine meditatione est tepida
meditatio sine oratione est infructuosa
Ecce quo vir spiritualis in primo gradu
exercitatus. In secundo circumspectus. In
tercio devotus. In quarto supra se eleva
tus. ascensiones quas in corde suo
disposuit usque ad videndum deum deorum
in syon ascendit. et in monte dei gloriam
contemplatur. cum petro et iohanne
et castis amplexibus fruitur rachele
Sed quia mentis acies invalida vo
luminis illius tantam nequit diucius
sustinere. ad aliquem trium graduum
per quos ascenderat. descendat paula
tim et ordinate et alternatim modo in
uno. modo in alio secundum motum liberi
arbitrii pro racione loci et temporis demo
ratur tanto veritati conspiciende vi
cinior quanto a primo gradu remocior
invenitur. Ex aliis in quatuor gradibus
inquantum plerumque nos retrahunt scilicet
Inevitabilis necessitas
honeste actionis utilitas. De
humana infirmitas. quibus non
mundi vanitas. Deum de singulis sed
orandum. ut hec impedimenta que nos
a vero retrahunt cognoscendo. deus
mitiget in presenti. et a nobis auferat
penitus in futuro. De quatuor igitur
primis gradibus pauca breviter ter
minemus. Hic agitur in speciali de primo
ex predictis quatuor scilicet quomodo deus docet
animas spirituales exercicio lectionis.

Docet ergo dominus animas spiritua
les in exercicio lectionis et hoc in quatuor
modis scilicet quando est
In intencione legentis utilitas
In affectione pietas
In legendo assiduitas
In legendi modo tractabilitas
Primum patet quia cum ad spiritualem lectionem e
rudiendus accedit fructum eius agnos
cat. Et sic magis utilitatem eum teneat
fructus autem divine lectionis est scientia
informare mentem. et adepta veritate
non delectetur in librorum superficie vel in co
lore et dictamine. sed in veritatis pulchritudine
et per amorem veritatis emulacione. non tem
pore vanis desideriis. ut tantum scriptu
rarum latebris occupetur. sed ut magis
animus edificetur. Christiano enim philoso
phia debet esse magis exhortatio quam
occupatio. non debet animum frangere sed
desideria sancta pascere. Unde Augustinus
in libro de spiritu et litera. primo fatigare
utili et salubri intentione hominis magis
debent membra quam frangat. Unde
multis qui scripturas in moderate lege
bant. et ideo minus in prudentiis occupa
tionibus lectioni tam utilibus quam
etiam auctoribus quoque cessabant. dum
latebrosa penetrare non poterant. Vi
sum est sepe quod fractis viribus eva
nuerunt. nescientes quod lectio ad edificandum
non debet esse fastidio sed oblectamento.
Unde quidam secundum aliam translacionem
Ubi nos habemus litteraturam dicit. Quoniam
non cognovi negociationem introibo in
potentias domini. Domine memorabor iusticie
tue solius. deus docuisti me a iuventute
mea. Negociantur enim qui scripturas legunt
ad applicationem quam legere debuerant ad
utilitatem. Unde et affliguntur mentis ex ea
rum qualitate propter obscuritatem. et earum
quantitate propter earum pluralitatem. Infinitus
est enim librorum numerus. Eloqui autem infi-

intra et legare · nullius est finis nulla
pax nullus terminus Sic tu lectionem adulti
tatem tuam continuas · quam inquoddam me
tus sabbatho requiescas · hoc autem facies
exemplo · et doctrina · Exemplo si facta
sanctorum legeris · Doctrina si eorum dicta
que ad salutem pertinent in corde tuo po
sueris sicut scriptum est In corde meo
abscondi eloquia tua ut non peccem tibi
Ex tercio patet · per Augustinum in sermone de natali domini
et defectu solis · Exquirant inquit astrolo
gi syderum fulgorem · adorent christiani
syderum conditorem · Ponderent illi solis de
fectum nos christi passionem · Et inferius
Licet multo facilius inveniant syderum
conditorem humilis pietas quam siderum
ordinem superba curiositas · Sicut enim oleum
additum igni facit ipsum fervere et post
fervorem lucere · sic facit lectio adhibita
cordi pio excitat fervorem et per modum
fervoris servatur in lucem · Unde Augustinus
in omelia prima super canonicam Johannis · Cum
habes in se unde audiat necesse est ut gau
deat ad quod audit · Sic enim erit lectio ista
tamquam oleum in flamma si est ubi quod
nutriatur nutriat et crescat et permaneat
Item quibusdam sic esse debet tamquam
flamma ad fomitem · ut si non ardebat
accedente sermone accendatur · In quibusdam
enim nutriatur quod est · in quibusdam accendatur
quod deest · ut omnes in una caritate
gaudeamus Isti ergo sunt parvuli quos in
vitabat Jhesus dicens Sinite parvulos venire
ad me · Matthei xix · Parvuli sunt qui in humilitate
et pietate scripturas legunt contra vaniloquos
et superbos · De quibus prima ad Thymotheum primo
Quidam errantes conversi sunt in vaniloquium
· volentes esse legis doctores non
intelligentes neque que locuntur neque de
quibus affirmant Unde est quod multi
legunt et pauca intelligunt · sic duo per
silvam transeunt · alter laborat eundo per
devia · alter procedit per recte vie compendia

ambo pari motu procedunt · sed non
eque perveniunt · quia per rectam viam
non pergunt Sic qui scripturas legit
sine pietate laboriosos anfractus
viarum terens ambulat et laborat
sine recto tramite · Semper inquit apostolus
discentes et numquam ad scientiam veritatis
pervenientes · hoc est semper legentes
et non intelligentes · sed qui doctrinam
que secundum pietatem est · ut dicit apostolus
pie legunt · timorem qui initium sapientie
est concipiunt · quo subtiliter mentibus eodem
sensu quo scripture condite sunt et intel
ligunt et exponunt · Unde Gregorius Nazan
zenus sermone iiii · qui intytulatur de sanctis
epyphaniis · Si anima timoris dei pri
elementa suscipiat · et per hec purgatum
et ut ita dixerim subtilior fiat tunc
poterit ad superiora transcendere · Ubi enim
timor dei est · ibi et observacio mandatorum
ibi est purgacio carnis que se velut ces
sior quedam et obscurior nubes obiici
ens anime considerare eam divini splen
doris radios non sinit · Ubi autem extiterit
fuit purgacio ibi continuo erit et illu
minacio · Ubi autem fuit illuminacio iam de
siderium nostrum complebitur et primos
aditus quos aperuit dei timor in ipsam
iam sapientie aulam atque admirationem eius
certum pervenitur · Est igitur pietas clavis
et via prout dicit Augustinus in libro primo de
libero arbitrio · Sic tamen assit fides nichil de
substancia creatoris falsum indignum que
sentiendo · ad illum enim tendimus racione
pietatis · Et in libro · de lapsu mundi · ostendit
Istam viam esse tutam veniendi ad sapienciam
Amore inquit ascendit · ad pietatem
ut non resistant voluntati dei sine instructionibus
in omnibus eius ubi non capiunt sensum
eius · sine inordinacione ipsius et gubernacione
creature · cum plerumque alter accidit · quam
pravitas hominis voluntas exposcit · Ab ea
quippe pietate incipitur sancte gendum

Tertium patet per ysidorum in iii libro de summo
bono. Nemo potest sensum scripture cog
noscere nisi legendi familiaritate. Sicut
scriptum est. Arripe illam et exaltabit
te glorificaberis ab ea cum eam fueris
amplexatus. Quanto quisque magis in sa
cris eloquiis assiduus fuerit. tanto ex
eis uberiorem intelligenciam capit.
Sicut terra que quanto amplius excolitur
tanto uberius fructificat. Unde patet
Gregorius in iiii moralium. Quod per legendi as
siduitatem debemus in scripture fa
miliaritatem et per ipsius verbis intimam
cognicionem sic dicens. Sicut ignotorum
hominum facies cernimus et corda nescimus
sed si familiari eis locucione coniungimur
usu colloquii eorum etiam cogitaciones
indagamus. Ita cum in sacro eloquio
sola hystoria aspicitur nichil aliud quam
facies videtur. Sed si huic assiduo
usu coniungimur eius nimirum mentem
quasi ex collocucionis familiaritate pe
netramus. Dum enim alia ex aliis col
ligimus facile in eius verbis agnoscimus
aliud esse quod innuunt aliud quod sonat.
Tanto autem quisque noticie illius cognicione
redditur quanto in ea eius superficie ligatur.
Ecclesiastes i. Dedi cor meum ut scirem pru
denciam atque doctrinam. Cor suum dare est
in assiduitate legendi ipsum exponere.
Seneca. Non multum refert utrum omit
tas profectum an intermittas. non enim
rupta est manet sed eorum more que
intenta desiliunt usque ad inicia sua re
currit quod a continuacione discessit. Re
sistendum est occupacionibus nec explicande
sed submouende sunt. Nullus quidem illum
parum est ydoneum studio salutari. neque
est contrarium ei quod supra dictum est. possumus
enim assidue legere sine intermissione per
temporis interpolacionem. et tamen habere in legen
do modicum. Verbum patet per beatum Augustinum
in vi libro confessionum ubi ait de sancto Am

Ambrosio ait. Quod perexiguum temporis erat
aut corpus reficiebat necessariis susten
taculis aut lectione animum. Sed cum legebat
oculi ducebantur per paginas et cor intel
lectum rimabatur. Vox autem et lingua quiescebant.
Sepe cum adessemus non enim vetabatur
quisquam ingredi aut ei venientes
nunciari. Mos erat. Job xxxiii. Audi
me et tace et doce te sapienciam. Sed sicut
dicit Seneca ubi prius scilicet Lxxii epistola. Nunquam
vero succedent occupaciones nove semper
illas. Serimus plures ex una. Deinde ipsi
nobis dilacionem damus. Cum hoc profecero
toto animo incumbam. Et si hanc tam
molestam conposuero studio me dabo
non cum vacaverit philosophandum est
omnia alia negligenda ut huic assidea
mus cui nullum tempus satis magnum est.
Etiam si a pueritia usque ad longissimos
humani evi terminos vita producatur. Nec
intelligo tamen detractionibus exterioribus qui
tum interior. Unde Seneca Lvi epistola. Pe
ream si est tam necessarium quam videtur sile
ncium in studia se posito. undique me va
rius clamor circumsonat super balneum
habito. Ego non magis istum curo quam
fluctum. aut deiectum aque. quamvis audiam
cuidam genti hanc unam fuisse causam
transferendi urbem suam. quod fragorem nili
cadentis ferre non potuit. Sed quid prodest
totius regionis silencium si affectus fre
munt. Omnia obscurat hic placida quies
nullis hominum aviumque concentus inter
rumpit cogitaciones bonas solidas et
certas. leve illud ingenium est. nec sese
adhuc reducit introrsus. quod ad vocem
et accidentia erigitur. Habet intus aliquid
sollicitudinis. aliquid concepti pavoris
quod illum curiosum facit. Ut Virgilius
ait. Et me quem dudum non ulla iniecta
movebant tela neque adverso glomerati
ex agmine grai. Nunc omnes terrent
aure sonus excitat omnis Suspensum

et parat conuiciq3 oneriq3 cumentum
Unde concludit idem Ber. Tu de te sato
esse compositum. cui adeo clamor nullus
prevalebit. cui te nulla vox tibi exarcet.
non si blandietur. non si minabitur. non si
inani soni vana circumstrepit. Hic agitur
de secundo quomodo deus docet animas
spirituales in operacione meditacionis Cap

Docet etiam dominus animas spirituales
in operacione meditacionis. Ipsa enim q
mentem abstrahit — Occurrentes
Abstractam in uno defigit
Defixam in contemplacione adducit — excipit
Et tandem diuinam reuelacionem — primum
pz per Aug. i. li. de quantitate anime de
cretum. Quod anima quanto magis de
clinat in corporis sensus tanto pecori si
milior efficitur et brutalior. Et ideo cum
per meditacionem abstrahitur accipit nobili
or efficitur et subtilior. Ps. quod in ps.
Os iusti meditabitur sapientiam. Occurrere enim
sensibus et sensibilibus impedit medi
tacionem sicut et actus contemplacionis. Vnde
Greg. nazanzenus in apologo ait. Nichil
rerum michi adeo tam vitam prestancius vi
debatur. quam velit clausis carnalibus
et extra carnem mundi qz effectum. que
piam in semetipsum conuertit. i. suos sensus
atque animos conspicuit. alienum qz effectum
a normalium curis sibi soli loqui. Ideo
ut alter animis visibilibus fractus
mentem suam repleat diuinis sensibus
et celestibus formis absque ulla admix
tione terrena. Vere speculum et immaculatum
effectus ymaginis dei ex pius lumine
simplici accipiens et inspirata quedam ut
inita futura in semetipso seculo fovens
atque in terris adhuc positus consortio
quodammodo perfruens angelorum de spe
tam atque deliciarum fragilitate terrena. ad
superna et celestia. spiritus sancti subvectione
transferret. Quod figuravit illa doctrina
xpi. De qua Io. xi. Abijt ihesus foras

extra civitatem ubi qz mansit. et
docebat eos extra civitatem. Abit q
per meditacionem a carne et sensibus que
sunt porte civitatis se abstrahit. Sicut enim
probat Greg. Nissenus li. de ymag. per se
sibilia per sensus corporeos ingreditur
animus sicut exteriora per portas ingre
diuntur civitatem. Secundum patet per diffini
cionem meditacionis que talis est ut
dicitur in principio libri de archa mi
stica. Meditacio est studiosa mentis
intencio circa aliquid investigandum
diligenter insistens. Vel sic. Meditacio
est providus mentis obtutus in veritatis
inquisicione vehementer occupatus
Et quanto vehemencius unum intuens ad
illud aspirat. tanto acius astringit.
Vnde pater differt meditacio a cogita
cione. quod cogitacio vago incessu. semper
hinc illinc qz discurrit. Meditacio vero de
terminata promocione semper in ulteriora
tendit. Cogitacio enim est improvidus
animi respectus ad evagacionem pronus.
Vnde in libro Richardi de contemplacione
mali. Meditacionis est perscrutari occul
ta. Contemplacionis est admirari per
spicua. Est enim meditacio occulte veritatis
studiosa investigacio. Contemplacio vero
perspicue veritatis iocunda admiracio
Hec est doctrina libera. De qua Io. viii. He
bre. Impios docere libere qz tales
abstracti sunt a carnali sensu. Hinc est
Unde est quod Exo. xxviii. Doctrinam et ve
ritatem habebat pontifex in racionali iudicij
gestans ipsum in pectore. quia per meditacionem
defigitur animus in cognoscenda veritate
Tercium patet per illud quod dicit Richardus
in fine libri de patriarchis. Meditacio
et contemplacio coniungit. Ruit inquit
Ioseph super collum Beniamyn. Ruit
quociens meditacio in contemplacionem desi
nit. Cum Beniamyn fratrem suum super se
ruentem excepit. qui ex studio medita-

rerum i contemplacōe surgit. Hinc be
niamyn et ioseph oscula iungunt qui
diuina reuelacio et humana ronacina-
cio in vnu veritatis attestacōne conse
ciunt. Et qd hic scā spūalia hicatur
p meditacōem ad iuxtam contemplacōem
de sic in li°. de exterminacōe mali. per
meditacōem iugit agitur ut quid v
tile fieri debeat non ignoret. sed et
contemplacō hoc efficere solet ut ad iuen
ta veritas memorie tenacius inhereat
et desiderium acrius inflamet. p me
ditacōem ad bonum instruitur p contemplacōem
in bono solidatur. Sicut enim quoque transit
cogitacio i meditacōem. sic quoque me
ditacio in contemplacōem. Sicut pbat ipse
liber de archa mistica. Fit enim sepe
ut i cogitacōem mentis euagacōne
tale quid occurrat. qd mens scire ve
hementer appetat. Cuius inquisicioni dum
impendimus studium cogitando cogi
tacōnis excedimus modum. Et quia mens
rerum se cogit. iam cogitacio i medi
tacōem transit. Similiter dum veritatem
diu quesitam et inventam cum auiditate
suscepimus et miram cum exultacōne
meditacōnis meditando excedimus et
transit in contemplacōem. cum contemplacōis
est proprium admiracōis siue spectaculo
cum admiracōne inherere. Et sic sapiens
deus imitatur i actu meditacōnis. Ca
pitulum xiiii. Filius sapiens doctrina patris
Circa tertium patet per exemplum eiusdem Ry
chardi in fine libri de archa mistica. Si
vas aque solis radio supponas. vide
bis aquam splendorem luminis superius
reddere refundere sine calore. Sic multi
diuine reuelacōnis radios suscipiunt
sed non inde dileccōne proficiunt.
Aqua que admixtionem labitur humana
cogitacio est que magno reinis mo
deramine cohibetur. Aqua in vase col
lecta cogitacio meditacōi intenta.

et in vnum desiderium aque collectio cor
dis meditatio. Aque igitur solis radiis
se diffundit alius infundit. qui diuina
reuelatio meditanti occurrit. Aqua
autem radium in se superni luminis accipit. et
superius fulgorem emittit. et illuc le
uat radium luminis procedentem ex se. quo
ipsa non potest ascendere per se. tamen et si
aqua det candorem. quem de se emittat
suam ei similitudinem imprimit. Et si
tremula sit aqua. radius tremulus
erit. si quieta quietus. si pura purus.
Sic in proposito cum reuelatio eterni luminis
cor humanum illuminat. intellectus supra
semetipsum vnus super humanum modum
leuat. et illuc intellectus radius diuini
luminis infusione et admiracōnis re
uerberacōne de summis ad summa resilit
ubi nulla ingenii perspicacia. nulla ar
tis industria ascendere sufficiat. Et quanto
mentes hominis diuine caritatis splen
dor profundius penetrat. eo altius
stuporis sui magnitudine excussa et
per extasim sublevata in diuina archa
na sublimius resultat. Et quanto perfectius
animus componitur ad intimam pacem. et tran
quillitatem tanto firmius et tenacius
inheret. in hac sublevacōne summe lu
cis per contemplacōem. Et quanto purior ad
integritatem. et diffusior ad caritatem
tanto capacior inuenitur ad sapientiam et ve
ritatem. quia in eam iam venit ille
spiritus veritatis qui docet omnem veritatem.
Iohannis xvi. et xiiii° eiusdem. Paraclitus
autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine
meo ille nos docebit omnem veritatem
et suggeret nobis omnia quecumque dixero
vobis. Dominus animas spirituales i exercitio o[perationis]
Hic agitur de exercitio quo deus docet animas spiritua
les in exercitio ordinis Incipitur Capitulum
Docet etiam dominus animas spiritua
les in exercitio ordinis et maxime per
ordinem Claraualensem in meditatis et caffatis

Suppletur humane racionis defectus
Illuminat ille divine lucis radius
Colligitur interioris hominis status
De primo patet per diffinicionem oracionis. Oracio
una est secundum Damascenum ascensus
intellectus ad deum. Ita secundum Augustinum in ser-
mone de oracione et ieiunio. Oracio est pius
affectus mentis in deum directus. Si sine
fiat intellectus sine affectus in deum elevatio
semper in oracione spiritualis sit cognicio. Un-
de Hugo de [illegible]. Oracio est hominis deo
adherentis affectio et familiaris quedam
et pia allocucio et illustrate mentis
ad fruendum deo quam diu licet sta-
cio. Ibi enim addiscitur. quam ut dicit Ysi-
dorus de summo bono 3 libro capitulo 8. Qui
vult cum deo semper esse frequenter debet orare
et frequenter legere. Nam cum oramus ipsi
cum deo loquimur. cum vero legimus deus
nobiscum loquitur. Unde et apostoli qui ab eo
volebant discere dicebant domino Luce xi.
Domine doce nos orare. Et Actuum 1 as-
cendant ad oracionem sursum in cenaculum
quia per oracionem fit mentis elevacio. Sic
dicit Augustinus in sermone de ieiunio et oracione
rerum invisibilium obtinebimus certitudinem.
Ubi tamen oracio exercetur sine devocione pre-
volat intellectus et sequitur vel nullus affec-
tus. Ubi vero exercetur cum devocione sic
supereminet caritas sciencie secundum apostolum
in 4 ad Ephesios et ordo seraphym or-
dinem cherubim. Secundum Dyonisium penetrat
intellectus sed magis ascendit affectus
quia cum intellectus se dirigat in intelligibilia
vel ad intelligendum affectus se porrigit
ulterius et extendit ad diligendum. Ex-
pertum quod foris stat intellectus ubi intrat af-
fectus et hoc dicunt devoti [illegible] contra
eum de comprehensoribus qui sunt in termino
caritatis qui tantum diligunt quantum cogno-
scunt. Econtrario puto quod equaliter ele-
ventur intellectus et affectus eorum in deum
non sic in nobis in quibus sol intelligencie
velud eclipsim vel occasum intrat. Ita
sicut influencia solis maiorem effectum
imprimit in illud quod directe respicit
Sic puto quod divina bonitas af-
fectum meum cuius obiectum est magis af-
ficit et allicit [illegible] est amicitie
[illegible] se semper in intimiora porrigere. Con-
affectus eximio amore fertur in ex-
thasim et rapitur supra se. Unde quanto
ferventior et devocior erit oracio tan-
to purior et dulcior erit cognicio.
Unde fatuus est et insipiens qui sine
oracione devota ymo sine magisterio spiritus
sancti vult misteriorum archana rimari.
Unde solucionem sompnium regum non potu-
erunt aperire sapientes Caldei. Quis
enim profunditatem misteriorum et divinarum
scripturarum penetrare de sua subtilitate
confidat cum 1 ad Cor 14 apostolus
dicat: Fratres si venero ad vos lin-
guis loquens quid prodero nisi lo-
quar vobis aut in revelacione aut
in sciencia aut in prophecia aut in doctrina
hoc inquit primum intelligentes quod omnis
prophecia scripture propria interpretacione
non fit quia numquam homo eam inter-
pretatur vel cognoscit sine eius magi-
sterio qui eam inspiravit. De secundo
patet quod eternam noticiam sentimus ex
devote oracionis acquirimus que nulla
nostra sagacitate nec nostro studio penetra-
re valemus. Dan. 2. Daniel cui no-
men Balthazar putas ne potes in-
dicare sompnium quod vidi. Et se-
quitur: sapientes non potuerunt indicare
regi quod Daniel revelavit. Balta-
zar capillus capitis dicitur. In capite
sublimitas in capillo subtilitas intel-
ligitur quia devota oracio ad eternorum
sublimium subtilitatem penetrandam
nititur. Per hanc ergo devocionem que
dicitur capillus capitis attingitur quod
attingi non potest a sensibus humanis.

quod regi non potuit indicare visionem suam omnes sapientes Babilonis. Quia mens que id quod super intelligenciam suam est inquirit et inquirendo persistit, persistendo deficit et deficiendo diffidit. Sed mens cum de dei adiutorio confidit, confisa devocioni insistit, insistens adoracioni se convertit, orando petit, petendo accipit. Unde solus *Daniel* vir desideriorum cui nomen *Balthazar* solus regi indicat visionem eius; sapientes Babilonis non potuerunt edicere visionem vel solucionem. *Ysid. of. xi.*

Dicebat ihesus di. Domus mea domus oracionis vocabitur. De tercio patet sicut experti recognoscunt qui divinis revelacionibus letificari meruerunt. Sub tempore orandi maxime solent illuminari et cum illuminacione misteriorum occulta penetrare, quia cum in compunctione mens levatur loca munda et quanto serenior tanto magis altius penetratur. Unde *Numeri xxiiij dicitur*: Balaam de semetipso dicit: Audivit sermones visionem dei qui visionem omnipotentis intuitus est qui cadit et sic aperiuntur oculi eius. Quia lumen revelantis gracie sepe accipit qui se coram prostraverit. Unde qui orat frequenter se usque ad pavimentum osculando inclinat et hec inclinacio humiliacionem per respectus designat in mistis. Ceterum aliud exceptum habemus quod dum consideracione nostre indignitatis humiliamur exterius, ad sublimiorem intellectum illuminamur intus. Unde ipsos cantus matutini et vespere delectabiles. Cantus matutini sunt adverti solicitudines humane mentis excessus quia necesse solemus admiracionibus adeptacionem operire. Vespere autem abiectionibus ad interiorem redire. Valde autem iocundum est et quasi sub estivo tempore deambulare admiracionum lucem radiantis divinitatis et leta corpore dimisso corpore illibatus

tantas incorrupti divinorum spectaculorum contra angustias humane racionis. Uel cum adiuvos desinente radio qui prius inluminabat reciti contristant nos et humiliant redditus vespertini. *Sic scriptum est*: Ad me ipsum anima mea conturbata est. Sic cum anima devota dum se considerat et considerans infirma sua recenset et recensendo humiliat, dum sic humiliatur sepe illuminatur et melius docetur. *Marci vi.* Videt ihesus turbam multam et misertus est super eam et cepit eos docere multa. Quia turba fantasmatum et peccatorum convertit inde turbatur. Et quia docetur alta inde illuminatur, ut non sit illuminacio penitus sine obscuritate turbacionis, nec turbacio sine claritate illuminacionis. Et hoc est quod dionysius racionem radium intimans. *De quo Gregorius Nazanzenus de primis epyphanie sic ait*: Effugit prius quam teneri queat et prius quam apprehendi possit elabitur, tamen se tenerit offerens et hoc si parum sit quantum humanos oculos vix ictus coruscanti perstringentis et cito pretereuntis illuminat. Dicitur ut ego arbitror per hoc quod eo quantulumcumque eius lumine perspici potest admirandum invitat et provocat. Quod enim penitus sentiri non potest nec appetendi aut inquirendi tribuit spem. Quod autem vel ex parte sentiri potest admiracionem et quod in admiracione est desiderium concipi potest. Cum autem desideratur desiderantes purificat, cum autem purificat similes deo facit; cum vero eos similes sibi fecerit tunc eos velut proprios iam et domesticos facit. Etiam in colloquiis et sermone participes. *De quo Richardus super Danielem libro ii.* Colligamus quod sepe totum interioris hominis statum devocio deprehendit et tam presentem destabat quam futurum providet. Unde *secundo Danielis* dicebat da

Amel' regi Aelrotem quam vidisti sub
limem tu es in quo gratia describitur divi
nitus accepta deinde describitur cum cul
pa et postremo ruina quia vera devo
tio complectitur et amorem gratie et fetorem
culpe et timorem ruine ymo qui ado
racionem continuam et cum lacrimarum
devotione purgamur et purgati illumina
mur sequitur invisum esse intelligimus
quod prius totum esse putabamus et quod
violentia animi impetus fieri ante sug
gessit illuminata racio fieri non permittit
Et quid dico de statu interioris hominis
cum anima sublimata per devotam oracionem
usque ad gradum actionum tanta in illo
statu videat quanta sermo vocalis
non explicat Unde Cassianus in libro
de collacionibus patrum Oracio divina
et si videatur omnem plenitudinem con
tinere utpote domini auctoritate suffulta
provehit tamen domesticos suos ad illum
precelsiorem statum ad illam ignitam
vel per paucos cognitam et expertam ymo
ut proprius dixerim ineffabilem oracionis
gradum eminenciori perducat que omnem
transcendens humanum sensum non
dicam sono vocis nec lingue motu
nec verborum ulla pronunciacione distin
guitur Sed quam mens infusione illius
celestis luminis illustrata non humanis
atque angustis designat eloquiis sed con
globatis sensibus velud de fonte quo
dam copiosissimo effundit ubertim atque
ineffabiliter eructat ad deum tanta pro
mens in modo brevissimo tempore percurrit quanta
non loqui facile nec percurrere mens in se
reversa prevalet Quem statum dominus pre
figuravit cum factus in agonia prolixius
oravit guttas sanguinis emittendo
Hec est doctrina de qua Proverbiorum xv. Cor
sapientis querit doctrinam Hic agitur
de iiii^to quomodo debent dotari animas spirituales in gradu
contemplacionis et quod sit quadruplex mentis dila
tacione sublevatione Et sequitur capitulum

Dotz ecciam dominus animas
spirituales in excessu contempla
cionis Sicut autem aliud est o
culorum aspectus aliud visio Nam
secundum Augustinum in libro de quantitate anime
dicitur sicut dicit Bernhardus contemplacionis Pretene
bris enim aspicimus ubi obtutum diri
gimus et tamen in tenebris non videmus
ita Aliud est oculus et aliud contemplacio
docet autem nos in contemplacione et hoc
quadrupliciter
Mentis dilatacione
Mentis sublevacione
Mentis alienacione
Mentis unicione
Mentis dila
tacio est qu
acies mentis
lacius expan
ditur et vehemen
cius acuitur et ad omnem eerudicionem
capaciorem efficitur Unde in Genesi Leva
oculos tuos et vide a loco in quo nunc
es ad aquilonem et meridiem et
occidentem omnem terram quam con
spicis tibi dabo Mens enim agilitate
in similitudinem avis modo se ad altiora at
tollit modo in inferiora dimergit modo
sinistrorsum modo dextrorsum divi
tat modo se in medium suspendit et ocu
los palpitantes inmobiliter intendit
figit sed lumis immensitatis tenebras
supponat ymo dum oculi tenebras lu
men fugit oculus quasi caremus De
unione siquidem anime cum corpore fit
quedam obtusio in vi intellectiva
sicut ex obiectione corporis oppaci vel
lumine generatur umbra Sed occulta sem
piterna luce virtutis ad quam creata
est anima scintillat modicum luminis in
inter tenebras illas in quo lumine cogno
scit anima contemplativa quia lumen illud
tenebras abicit quanto amplius invo
lescit Unde et Dionysius ad Thimotheum ut
et se exerceat ad eandem Sed advice quam
sit impossibile pene cuivis anime seipsam
supra seipsam totam effundere et tran
scendendo supra seipsam ire Hoc enim est atque

cum dilectis in cubiculum ingredi solatque
ei solo morari. dulcedine eius perfrui
et ab eodem doceri. quod utique fiet. si exte-
riorum oblitus totus dilectione summe fu-
eris intime delectatus. Et ex hiis que
in intimis consideras cum tui totus ef-
fectus inflammas. Et ex qua consideratione in
gratiarum actionem assurgis et eum in in-
timo tuo inducas. hoc est ex affectu
intimo modo pro gratia tibi data. in-
comparabilem gratiam reddis
Vere si autem affectionis violentiam et
delectationis habundantiam non sentis.
qui in dei desiderium inardescas. et in eius
amore quiescas quam alibi sensisti in
te. quam plus unquam dilexisti
Certum est quod intimum affectionis tue
sinum nondum eidem expandisti. quod termi-
nus aculeus amoris penetrat quam
alienis affectibus penetrare solebat
Si vero in intimis tuis tantam erga deum
violentiam senseris. quidam aliis ex-
terius fueris non est satis. quia quamdiu
diu volumus possumus ex aliqua cre-
atura consolacionem aut iocunditatem
habere. non audeam dicere dilectum
nostrum ardentissimi amoris intimum
sinum tenere. quia quamdiu consolacionem
alienam queris vel recipis non eum
singulariter diligis. nec ergo dum adimitur
perdimur nec in proximo collocare. Sed si
sic eum perducas ad intima tua poteris
eum sequi ad sublimia sua et sic im-
bueris eius doctrinam. Ex quo colligitur
quod sublimitas divinarum revelacionum mi-
est divine dilectionis indicium. Dicit scriptura
est. Iam non dicam vos servos sed ami-
cos quia omnia quecumque audivi a patre
meo nota feci vobis. Hec est illa doc-
trina de qua Exodi xxxv. dicitur. Implevit
uit dominus Bezeleel spiritu sapientie et in-
telligentie et omni doctrina ad operandum
quod erat necessarium. Nec hoc dico quod

mentis dilatacionem vel per hoc possumus fa-
cere. quia non est eius humane indu-
strie metas transcendere. Mentis sublevacio
in altum se erigit et a plano per quod ince-
debat mentis dilatacio super humane in-
dustrie possibilitatem cum moyse in
montem ascendit ubi et deus descendit
et ei terram promissionis ostendit. As-
cendit per mentis elevacionem et facultate
naturalem. Descendit deus per dona-
tionem sue dignacionem. Ostendit per di-
vinam illuminacionem. Elevatur autem super
omne quod mens actu est et facultate
sine qua creatum posset hic. Unde
propheta. Quis dabit michi pennas sicut
columbe et volabo et requiescam. Super-
est enim est pennas hic ex liberalitatis
arbitrio in altum volare. Nunc enim per
natura animalia esse incipimus qui pigre
condicionis humane mentis contemplacionis
volatu transcendimus. Adhuc modo per-
tinet doctrina prophetie si tamen fiat sine
mentis alienacione. Super naturam enim
humanam est videre de preteritis quod iam
non est videre de futuris quod nondum est
videre de presentibus quod est. sed tamen
sensibus absens est. Videre de alienis
cordis secretis quod sensui subiectum non
est. Videre de divinis quod supra sensum
est. Sine alienacione mentis dixi. quod
sicut mentis dilatacio non attingit
mentis sublevacionem sed ibi sistit ubi
illa incipit. Ita mentis sublevacio
ibi sistit ubi incipit alienacio. prophete
igitur in hac mentis sublevacione didicerunt
quod aliis predixerunt. Nam contemplacione
affectus in deum vivebant et per amorem.
Et sicut ad flammam incensi sunt luce
serena. Ita ad illum amorem irradia-
batur et illuminabatur eorum intelligencia
et ab eorum intellectibus auferebatur ve-
lamen et ignorancia quo sublato vide-
bant res clare ab intellectu prophetico

ps. Ut erudiret principes eius sic
semetipsum et senes eius prudenciam
doceret. Ephe. iiii°. Dedit quosdam
apostolos quosdam autem prophetas alios
evangelistas alios pastores et doc-
tores. Et se. Ut non circumferamur omni
vento doctrine. Quintus alienacio
est qui prioris memoria menti excidit
et in peregrinum quendam statum supra
humanam industriam divine operis
transfiguracione transit qui modo ade-
uocacione incipiens et processum
in quidam mentis exaltacionem perfecti-
onem et consumacionem accipit. i. frequenter
plus addiscit intus quam posset
percipere exterius. Unde Aug. in libro
de cathezi. Nichil ondit cum. quare
non possimus totum proferre. quod sen-
timus. quia ut ipse ait. Ille intus
quasi turbida choruscacione perfundit
animum. Illa autem locucio tarda et
longa est longe quam dissimilis et dum
ista volvitur se iam ille in secreta sua
condidit tamen quia vestigia que-
dam miro modo impressit memorie
perdurant illa cum sillabarum morali-
tate et eis vestigiis sonancia signa
paginis que lingwa dicitur vel latina
vel greca vel hebrea nec tamen alie
gentes sint proprio. sed ita efficiantur
in animo ut vultus in corpore. De hac doc-
trina. Ezechiel viii. Erat docens eos sic
proprietatem hanc quia michil in hac in-
attribuendum est humano ingenio. sed
totum munere divino. hic enim sponsa
extaticis innititur dilecto. hic enim deducit
eam in nube diei et tota nocte illumina-
cione ignis. hec enim accipit vestigiis
in nube contra concupiscencias carnis
et revelacionis lucem contra ignorantias
mentis sicut scriptum est. Expandens
nubem in protectionem eorum et igne ut
luceret eis per noctem. Sextus gradus uni-

cio est qui cum Moyse ascendit in cali-
ginem et nebulam et addiscat misti-
cam theologiam. Ut enim scribit Ge.
Dionisio capitulo vii de divinis nominibus. Oportet
nos habere virtutem ad intelligendum
quam dicere possimus theoricam mentem
perquam mens aspicit intellectualia. Habet
enim unionem qua intelligimus super
affeccionem apicem sic precedentem su-
mam intelligencie virtutem. Hunc ergo api-
cem dilecto dei proprie perficit per
quam mens deo iungitur. Et per hanc
super mentis divina cognoscit non
secundum sobrietatem intelligere mentem
sed statuendo nos super nos ipsos. et
unitos deo tota virtute. Oportet igitur secun-
dum status est nos esse dei per hanc
gratie unionem. quam esse in nobis per
solam naturam condicionem. hic enim cum
deo secrete loquitur sine verbis et sillabis
hic erudimur sacris misteriis hec
est mistica theologia. cum deo secretissima
locucio. non per speculum vel ymagines
creaturarum. Ubi mens creaturas omnes
transcendens et etiam seipsam unitur
abstractus omni virium apprehensivarum
cuiuscumque creature in desiderio videndi
et tenendi deum. et puto sine preiudicio
quod ubi terminatur alienacio ibi inci-
pit ista unicio non quia alienacio
semper non habeat amoris fervorem
et lucem. sed quia nondum ascendit ad
istam perfectam unionem secundum amore
gratiam sine excessivum. per hunc modum
paulus est raptus ut efficeretur per
modum doctor. Gala. i. ad Thimo. ii.
Veritatem dico in Christo Ihesu et non men-
cior doctor gencium in fide et veritate

Sequitur capitulum ultimum in quo subdividit
has iiii^or^ species contemplacionis utpote illum


Doctrinam igitur contemplacionis
vepetentibus nobis a principio
primitus occurrit mentis dilatacio


que tribus gradibus in nos solet
excrescere. Quibus tribus pas
¶ Arte sibus solet mens
¶ Exercitatione et contemplativa
¶ Attentione proficere et similiter
addiscimus qui per plenam sue possibili
tatis et facultatis modum dicimus
in disciplinis videmus. quod primo
ars aliqua vel mera investigatione
vel aliorum traditione discatur. Deinde
frequenti usu et exercitatione roboratur
Deinde studiosa attentione et inten
tione firmatur et formatur. Comprehe
mentia enim attentionis et dilatatur
capacitas mentis. et acuitur viva
citas penetrationis. Post mentis di
latationem sequitur mentis sublevatio
quod fit secundum triplicem viam dic
mens sublevatur Hoc est quod passim
¶ Supra scientiam mens contemplativa
¶ Vel supra industriam revelatione que
¶ Vel supra naturam precedit modum
ipse intelligentie industrie et nature
hoc est quod menti sublevate tribuitur
quod divinitus capitur. ad quod non
sufficiat scientia quam habet. nec industria
quam habere potest. nec modus qui
in natura positus est. Post mentis sub
levationem sequitur mentis alienatio que
similiter excrescit triplici modo. Primo
ex magna devotione quando latens intrin
secus ignis desiderii celestis concu
secus inflammatur amoris excrescit. et ani
mam a statu pristino resolvens in cere
similitudinem liquefaciat et attenuat ut
fumum sursum emittit. Secundo ex
magna admiratione. quando divino lumine
irradiata et in summe pulchritudinis
admiratione suspensa tam vehementi
stupore concutitur. ut a statu suo
funditus excutiatur. et excussa pulchri
tudine quam videt et admiratur
resilit et cadit. et semper tam despi


ciens ex pravitate quam videt secundum
excellit supra se. Et sic reverberata
pro desiderio sursum rapitur. ad contem
plationem celestium. et hoc in modum fulgu
ris choruscantis et vicissitudinis
alternantis. Tertio ex magna exulta
tione mentis sue mente potatur. po
tata inebriatur. inebriata sui obli
viscitur. et oblita sui in quendam supra
mundanum excessum affectum rapitur
transformatur. Post mentis alienationem
sequitur mentis unitio. quia postquam
rapta transformatur in aliquid per
exultationem quam restat insepara
bilis unitio pervenitur unitione de
qua dionysius in primo libro de mistica
theologia. Tu autem o amice thymo
thee circa mysticas visiones. forti
contritione et sensus derelinque
et intellectuales operationes et omnia
sensibilia et intelligibilia. et omnia
non existentia et existentia. et sicut est
possibile ignote consurge ad eius uni
tionem qui est super omnem substantiam
et cognitionem. Et enim excessu tui et omnium
irretentibili et absoluto munde ad
supersubstantialem divinarum tenebrarum radium
cuncta auferens et omnino absolu
tus sursum agens. Distinguit ergo
hic dionysius triplicem gradum
Derelinque inquit sensus et sensibilia quo
ad temporalia. intellectuales et intelligibilia quo
ad potentias anime et earum operationes. Et ideo
dicit munde. Quia sicut ista sensibilia
generant maculas in affectu. Ita ima
ginabilia intelligibilia et humana ge
nerant maculas in intellectu. ne ad puri
tatem intelligentiam veniamus. Tertius
gradus est derelinque existentia et non
existentia. Existentia que auctores produxerunt
in esse per creationem. Non existentia que
in solo verbo supernaturali consistunt et
in ipso contemplabilia sunt. hic processu


mentis . tu secunda sit ut ad super
subalem et supintellectualem vnionem
veniatur . hec est sapiencia christianorum
Et cum tres gradus habeamus usque
ad excessum mentis i remouendo ipsum
aliquis aut omnibus conueniat aliena
cio . Secunt tres in quibus ille actus consistit
vnicio . Primus est superferuidus amor
in deum tendens . Secundus est actualis
omnium ignorancia feruore illius amo
ris non sustinens . Qua sicut vndique
feruens absorbet aquam ita superfer
uida illa dilectio absorbet omnem
scienciam circa creaturam . Tercius est
radius irradians et se uniens hec est
illa caligo intransiensu mentis super
omnia actualis omnium ignorancia super
feruido amore videndi deum absor
bente omnis actus virium apprehensiuarum
et inaccessibilitas diuini luminis
et in illa caligine mens vnitur deo
et per omnium ablacionem a deo laudat eum
sine sermone prolatiuo et in hoc eum
cognoscat quod eum cognoscibilem tamen
non esse intelligit propter inaccessibi
litatem ex parte diuini luminis . et ig
norantiam ex parte videntis Caligat
enim oculus et propter excessum et propter de
fectum . sicut homo visum suum conuertens
eleuans super omnia visibilia corpora
ab actuali visione omnium ocians . et
solem visum suum sine medio mitigante
superexcellentiam claritatis que est
in sole pro inuisibilitatem ex parte super
excellencie solaris luminis et priuacionem
actualis visionis videret quam non
contingit videre solem qui est super
visionem hec esset ei videre secundum
quod posset ibi esse videre Et quia
de hac materia satis determinant tamen
Rychardus in libro de archa mis
tica quam dionysius in libro de mistica
theologia et ideo ad presens supersedemus Et


tercium partem principalem in
tractatus scilicet de modo uel forma doc
trine christiane . et per doctrine competentem
paulatim progrediente a grossioribus
et rudioribus ad subtiliora proce
dentes . ad quartam partem et ulti
mam accedamus etc











Incipit analetica numerorum et rerum in theographia

Capitulum primum

litatis et septimam artis et accommoda-
tum fidei in emendatum et perditum
et hoc autem principium presentandum
in animum quem qui invenerit
secundum huius artem illum corrige et
non erit scripta sed liber omnibus et
veritas una Incipit prologus
in quo materia operis utilitas
rei eminentia numerorum et si-
tuere distinctionis partes apper-
tuit. Capitulum primum Que sit materia operis

Velle adiacet michi
numerorum et rerum significa-
tiones analeticas re-
perta in omni theologia
disciplina ad introducto-
riam de ipsa cognitionis institu-
tionem et in usu ad ipsam institutionis
sua quatinus eandem illuminet vel
etiam amplificet quempiam quidem
theographie presentatione comperi
eciam vicium. Quite vel aliter vix
erat lectio qui non addiderat artes lo-
quendi disserendi et dicendi dif-
ficultate capit utilitatem ceteri
sapientia preceptionibus ad ipsas Eadem
comparationis ratio ceteris videtur
in preta scientiis simul et huic
me que a nobis quasi singulariter
penitus quam destituenda presumpsit
per que dicere aut estimare estime-
mur a neminem nemine aute nos
aliquas numerorum et rerum misticas
tetigisse suppositiones Tetigerunt
autem non negaverunt tamen significa-
tiones utriusque rerum apparuerunt
aliquarum aliquas sed sparsim
et occasione potius aliunde sum-
pte disputationis quam sic
cuiusmodi demonstratione singulari
historia quoque doctrine numerorum sed
paucorum pauca et nulla de multorum
multis inducti in d. aliqua
digressione non ducti in materie
intentionis quam specialiter proposito Et
in huius rebus aliqua certe principia
que perfectionis nec dum summam

consistunt. Preterea pretereunt eos et
ut perspicacius dicam ipsi penitus
preterierunt. ex quo tota manat utili
tas. Racionem colligere significaciones
causas non distinxerunt et species
inceptivas. denique artis introducto
rie non dederunt institucionem. Unde
ad eas conspicacius dinoscendas
credendus accedit. Eius agendi modus

Nos ante ad copiam et dis
tinccionem proposite erudicionis
significancias misteriorum et
rerum curabimus expedire. expedi
.b. re ut nominus. hoc est secundum enu
meracionem causam et genus. Ita
enim et plenius et planius doctrine
quam tradituri sumus racio subibit
animum. creacioremque sui noticiam
comportabit. Secundum enumeracionem
evolvemus scilicet dicemus quot signi
ficaciones suscipiant singuli misteriorum
et singule rerum, de quibus disserere con
tingit. Non enim contigit de omni
bus. Quot suscipiant significa
ciones dixi, quia res una contra
rias quoque non solum dissimiles
subit interpretaciones. Secundum
causam evolvemus scilicet notum fa
ciemus cur eas suscipiant. Parum
enim confertur noticie si scitur sig
nificacio et racio nescitur. Secundum
genus scilicet palam faciemus sub qua
significandi maneria hec aut illa
significacio cadat. Siquidem et
ipsa maneria multiformis est. Et sic
tamen singula ut singulis nomina
notificemus ex distanciis in enu
meracione collectio multiplex. vis
significacionis in causa. ingenerate
modus accipitur. Pluralitas in
enumeracione subauditur. racio com
peritur in causa. distinccio subintelli
gitur in genere. Distribucio et
ordo tocius operis in capitulis

Distribucio autem proposite
operis dupliciter secundum eius
nomen particionem procedet
.c. Racio prime particionis erit signi
ficancias tradere misteriorum, rerum alterius

Neutra tamen tradet omnes omnium
nec omnium aliquas nam forsitan ali
quorum omnes hoc .N. haut fugit
possibilitatem, reliqua duo inter
minabilia videntur. et infinite nec
necessarie negociacionis opus Ni
chil enim in id genus opus recipit ars
aliqua. Quando preceptio omnis certis
utitur innititurque principiis. et fini
ta quasi perceptibilia eligit ad disse
rendum abiudicans reliqua. Preter
ea quod superfluo recreditur a finitis tamen
in uno vel in paucis. quod ad multa
sufficiat aperitur. Quare si eorum
tamen quorum diminissimus canon me
minit significaciones primas et
necessariores. et quibus ad alias
via est. dederimus et quod suscepimus
exequemur ut ad artem et utilitati
providebimus studere volentium etc.
Cur sacramenta misteriis rebus
significaciones aptentur. iiij

Si visum est nobis reputaci
ones misteriorum nomine sacra
menti quasi clariore voca
bulo honorare, representa
ciones vero rerum nomine signifi
.d. cacionis quasi communi appellacione
signare, causa ista est quia prebeque
potior locus et maiestatis primatusque
egregie misteriis extollit. Quod dictum
accipiatur ad presens ad posicionem
sentencie non dum ad discussionem
ad discussionem enim plenius posterius
reservamus. Verumptamen in theologicis eloquiis
ubique laudabilium misteria significa
biles sunt, eciam ubi non laudabilium
significabiles videri possunt. Quod
de rebus omnino negamus quas sic
est invenire in significacione non lau
dabilium. ut in laudabilium nequeant
ibidem transire rerum. Amplius rerum
multe ubique septuaginta ponunt in
partem contrariam tamen, ut sub vul
pes zizania, misteriorum vero missum.

se ponitur quibus. Amplius autem
licet raro et tamen contradictionibus tra-
hantur in acceptionem vituperabi-
lium per se insignia. Res vero in-
merito semper tantum per se tantum contrad-
ictis. Sed sic alicubi ut aliter
nequeant accipi. Et ubi in meri-
to de per se quandis vituperabilibus po-
nuntur laudabilium quoque ratione
incommutabili significabiles sunt. Ut
cum legimus aralia in munda bina
et bina introisse in archam et vii. vir-
gines fatuas. et vii. demonia et
si saga salutima. et cetera in hunc
modum. Sunt quibusque similia si
diligens scrutetur invenies. tamen
contradictis vituperabiliter et aliter
tamen tamen aliter significare videbimus
Ut in hiis exemplis supra positis. quinarius
non significat nisi quinque partium
sentiendi potenciam. et septenarius
non nisi universitatem. Demonstra-
tione tali stat ut diximus. tamen tamen talis
Senarius est etiam tamen contradictis vi-
tuperabiliter et aliter. Binarius enim
haut convenientius exprimit dimissi-
onem quam delectacionem qua indi-
get catholice rectum ingressurus
ecclesie. ut caritas cooperiat mul-
titudinem peccatorum et dimittantur illi
peccata multa. quia dilexit mul-
tum. Quaternarius etiam non am-
plius notat transgressionem quam
progressionem. qua indiget deo re-
conciliandus. exasperantibus penitencie
intervento. quod ad saga ca-lu-
tina. ut qui ausu temerario contra
preceptum peccatis presumpsit in cede.
propter preceptum communis laboret ad-
ire. Sed de huiusmodi plenius a-
lias. Constat igitur unum utrumque et per se
et in admixtis honestatis significa-
biles sunt. res vero nec utrumque nec
per se semper. nec contradictis merito
illis sacramenta huius significaciones
attitulamimus. Diffinitio sacramenti
et significacionis et differencia utriusque

Est enim sacramentum unius ad
aliud connaturali vel contin-
genti similitudine representacio
spiritualis. Significacio totum hoc ex-
cepto quod spiritualis. immo ut vigi-
lancius loquamur totum hoc et hoc
amplius. id est non spirituale. Sacramen-
tum quippe continetur a significa-
tione. uti species eius et significacio
pertingit extra sacramentum ac si
genus illius. Omne enim sacrame-
tum. significacio est quedam. quod
verum est. non omnis quod falsum est
significacio sacramentum est. Sic per
hoc quantum ad eorum dignitatem
sacramentum significacionem superius est
ut quod de laudabilibus solis ac
semper est. quantum vero ad compre-
hensibilitatem. significacio sacramento
superior est. ut que de laudabilibus
et non laudabilibus est etc. Uti-
litas operis insinuatur et divi-
sio rerum significancium et significatarum

Hanc duplicem representacionis
divisionem si nota esse contigerit
luminosior patebit introitus
ad id quod archanis latet in scripturis
que multis significabilibus sese in-
mixtorum ac rerum in voluminis adesse sunt
Sunt enim res que in eis tamen signi-
ficantur. sunt que tamen significant. sunt
que significant et significantur. Res
que tamen significantur. et alias nunquam
non significant sunt pater et filius
et spiritus sanctus et universe virtutes
Res que tamen significant nunquam sunt
tamen significant et que significantur.
ea sunt que facta sunt. Et huius ulte-
rius significacionis duplex est racio quia
eorum que facta sunt alia significant
et non significantur ut celum luna
Sol stelle aer aqua terra et huiusmodi
alia significant ab aliis et alia sunt
ut duo populi hebreus et gentium. spiritus
carnis et coniunx. significant et significantur.

aduocati filios abrahe esau et ia-
cob et sicut tectum operimentum animam
et anima caritatem qua vivimus
movemur et sumus Exemplorum
munitur auctoritate significationes
rerum scripture adhiberi debere

Nam quod significancia rerum
ex aliis in aliud scripturis sit
adhibenda testimonia mi-
nus credibilia habemus apostolos et
prophetas et ipsam veritatem christum
·I· dei virtutem et dei sapientiam asserit
apostolus litteram occidere spiritum vivi-
ficare et multa populo evenisse in fi-
gura melchisedech quoque verum
exprimere pontificem ihesum pastorem
eorum velamen carne christi filios
abrahe duos testamenta duo bo-
vem triturantem predicatorem fide-
lem scutum fidem galeam salu-
tis i. spem quia salvi sumus scuti
gladium verbum dei cingulum lum-
borum veritatem azima sinceri-
tatem et veritatem fermentum ma-
liciam et nequiciam pascha christum
ymolatum unitatem duorum in
carne una sacramentum magnum in
christo et in ecclesia nubem et mare
baptismum manna corpus christi
spirituale petram christum potum de
petra sanguinem christi spiritualem ci-
bum et potum partem diei festi
neomenias et sabbatum umbras
esse futurorum corpus autem christi
animalia in holocaustum multi-
plicesque hostiarum oblaciones unam
et veram exprimere oblacionis hos-
tiam qua sanctificantur salvandi et sal-
vantur sanctificati Johannes quoque apostolus
et evangelista agnum cuius ossa comminui
prohibentur christum interpretatur cuius
ossa milites non fregerunt destruc-
tionem templi mortem corporis flu-
mina fluentia de ventre bibentium
graciam spiritus redundantem in corde cre-
dentium cinctionem petri mortem
eius et in apocalipsi aquas
multas populos multos et plurales

plenas odoramentorum orationes sanctorum
et alia in aliud sensum et modum
Petrus apostolus redemptos ad pristinum
canes reversos ad vomitum lapides
vivos electos lapidem angularem
personam mediatoris Jheronimus prophetici
sermonem interpretatur et alia in aliud
sensum et modum David propheta
comparat lignum plantatum secus decur-
sus aquarum olivam fructiferam pal-
mam florentem cedrum libani oves
pascue beatos et iustos exponit
Pulverem terre lutum platearum immun-
da in superficie aquam decurrentem
ceram fluentem fenum deficientem
fenum et olera et florem agri et
vas figuli clibanum ignis et dorsum
carnes et thauros pingwes aspi-
dem et serpentem arma et sagittas
et gladios acutos rotam stipulam
impios interpretatur secundum diversos
sed instiac modos et mores Eloquia
et argentum igne examinatum
eloquia domini lapides preciosos
mel et favum et abyssum multam
iudicia domini et alia in innumera
in aliud sensum et modum Item li-
bris salomonis huius significancie
varia et infinita est racio et exem-
plorum non est numerus Sed et veritas in
quibus in parabolis comparat regnum
celorum decem virginibus et thesauro
abscondito in agro et homini querenti
bonas margaritas et homini qui
exiit primo mane conducere operarios
in vineam suam et sagene misse
in mare et littus maris appellat
finem seculi pisces bonos et malos
iustos et iniustos Semen quoque se-
minantis interpretatur verbum agrum
mundum terram bonam cor optimum
spinas sollicitudines seculi volu-
cres celi demones zizania filios
nequam messores angelos lucem
mundi et sal terre predicatores Serpentem
per eo exaltatum in deserto et ionam
in ventre ceti se ipsum dicebat ante i.

carne suspensum aut iam sepultum
Unde discipulos erudiens vobis ait
datum est nosse misterium regni
dei ceteris autem in parabolis. Et nos
directo et intellecto intelligimus et
dicimus donum esse dei sensum in
telligendi et inter plebem igno
bilem haut esse mandos quin in
visibilia corporalibus et alia que a
bysso semper illuminate mentis porri
pere sufficiunt. Misteria numerorum
scripturis inserenda rationabi
liter ostenditur

Altitudines quoque et misteria
numerorum in scripturis inve
stigari et adhiberi oportere
veritas ipsa et in actionibus et in lo
cutionibus suis palam fecit et pa
H. tefecit. Quadraginta enim diebus
suo numero dedicavit ieiunium et in numero
eodem probavit se ipsum vivum discipu
lis apparens et loquens de regno
dei. et de quinque panibus et duobus pi
scibus saciavit quinque milia homi
(num) et de septem quatuor milia. et dis
cipulos confirmavit in omnem veri
tatem et locum quo erat ipse ven
turus et apostolos duodecim elegit
et tertia die resurrexit. et nonagin
ta novem oves pro una deseruit
In medio autem duorum aut trium se
promisit et premisit esse patrem
et duos in tres et tres dividendos
in duos. Et dominum suis tribuisse et
distribuisse talenta quinque. Alii autem
duo alii vero unum. et hominem pro
buisse suis pro decem minis decem
civitates quinque pro quinque. et semen
cadens in terram bonam fructum
fecisse tricesimum sexagesimum centesi
mum. Sic sapientia sapientie cuius non
est numerus species per numeros dirigebat
numeros inter verba premebat et verba
que spiritus et vita erant. Moyses
quoque eruditus omni sapientia numerorum
divinorum quam recepit et factus deo iubente
et erudiente admirabile composuit
quoque tabernaculum et vasa in opus et
in decorem illius. multiplicans particas J.

vinculorum multitudines et quali
tates magnifice illius compactionis
secundum exemplar in monte sibi mon
stratum. in numero firmavit sacra
mentis numerorum sacratissimis et occul
tissimis legibus ac si quibusdam
radiantibus stellis ornavit. Sed et
genera oblationum sacrificiorum quae ritu
divina et sacerrima numerorum maies
tate sanxit disposuitque. Hoc quoque
intellectuales numerorum intuitus conse
cutus regulas in archa grandi et
mansionibus eius secundum illas porre
xit lineas mensuras tetendit et
ad finem opus suum usque perduxit
animalia quoque et volucres diversi
generis divino sacramento introdu
xit sobolem seculi et generationes
mundi servaturus. Hoc etiam celebra
tissimus Salomon universas distinctio
nes preciosissime domus et quidquid
illius augere gloriam et plenitudine
videbatur afferre numerorum estimavit
potentiis distinxit complevit. Sic
vidit Ezechiel in spiritu et sic descrip
sit totum civitatis edificium vergen
tis ad austrum. taliter vidit Iohan
nes et taliter descripsit structuram
civitatis nove Ierusalem et divinissimas
speculationes apocalipsis. Quare ac
ne in operibus ceteris et scripturarum locis
multo assiduo vel lector labore fa
tigetur et vagetur in aperiendis
et reperiendis ubicumque occurrunt
significationibus rerum et numerorum
opere pretium est eas investigare et
colligere in unum et in commune duc
ere ut tractatus facilior et commune artis
disciplina eruditio comparetur

Difficiliores esse significa
tiones numerorum significationibus rerum

Grandis quippe conatus ar
duumque negotium nobis incum
bit in tradendis significatio
nibus numerorum. tum quia scientiam
novam et intactam et sine magistro
magisterium instituimus. tum quia

subtilitas et va(rieta)s n(umer)or(um) (con)clusas sub
tiliores (et) questiones etiam mag
nor(um) viror(um) magnis ingeniis o-
briat et induxit. Sic rer(um) (com)pa(rati)o(n)es
ut litteras i(n)spexite canonicas (et) ut
attractatoribus carmin(um) sc(ri)pte compi-
entius facilior(em) querentibus pa-
raut et (com)planat viam. Non
minimas s(e)mp(er) addiscendi offendo
nobis occasiones p(ro)prias s(imi)lia
(com)similibus et m(agistr)is dicta (com)para-
ndis et (com)parans in minucia (con)-
parem(us). Hanc qui p(ro)prio (com)mendat
in sensu, neq(ue) non indiget erudi-
tionis non indiguit nobis (con)-
rem agreditur nova nec illu-
dat sane cupientibus qui a nobis
efflagitant ea(m). Hi materia pro-
bet opus, ma(nu)m indicet artibus
res non (ex) sensu suo, sed (con)cta(n)s
maiestate consideret. (Con)tempta
me(n)te agat ut volet dampnet lau-
det acceptet reprobet arrideat
subsannet quia nos nec d(omi)nu(m) sa-
cramento firmamin(us) usq(ue) adeo
reputamus aut cuiusq(ue)nam estimaci-
onibus cede(re) aut sanire quominus
ad id quod utile cre(di)tum (est) pa
rebit animum inclinem(us). **Du-**
plicem esse ra(tione)m cur res p(re)sen-
tur artibus origine(m) et simili-
tudinem

Racio enim cur res p(re)sentent(ur)
artibus: faciendas a s(an)ctis
ea est quia visibilia (con)ti(ne)n(tur)
visibilibus (con)ficiu(n)t et (con)cenas
inde traxerunt formam (et) sp(eci)es
que diligenter inspecta s(un)t ar-
tificem prodit et probat eius
potenciam qui tanta molem de
nichilo fecit et comendat sapi(enti)a(m)
eius qui diversa locis disposita
singulis omnia nexu(n)t efficacissimo
iungit et adorat bonitate eiusdem
qui utilitates vires efficacias re-
bus et om(n)ib(us) assumpsit. Hinc est q(uod)
invisibilia dei per ea que facta s(un)t

intellecta (con)spiciu(n)t(ur), sempiterna q(uo)q(ue)
virtus eius et divinitas. Quod ve-
tere significant. Ac t(er)tias (ex) cognatione
similitudinis surgit usq(ue) ad alia
ut quod dicitur prudencia i(n) mundicia
sus columba simplicitate dolosita-
tem vulpes significat (et) affinitate
mor(um) et s(imi)litudine natura(rum) pro-
cessit. Similitudo enim duor(um) aut
plurium est in eandem qualitatis
p(ar)ticipio nativa vigibilitas. Ideo
cautissime sc(ri)ptura divina p(er) s(imi)litudi-
nes rer(um) loquit(ur) nobis ut p(er) illas
moneat nos ad fidem, formet ad
pietatem, erudiat ad sc(ienci)am, inducat
ad veritatem et ap(ro)llor(um) ratione que
facta sunt convincamq(ue) (ex) p(ro)p(r)iis
que facienda (et) no(n) facienda sunt.
Maiores esse res in eo quod re-
p(re)sentant quam in specie quam
visibiliter presentant

Unde et maius est (con)siderare
res in eo quod protendunt q(uam)
in eo q(uo)d p(re)tendunt q(uia) inde
instruimur ad veritatem. Hinc sedu-
cimur in errorem et inducimur ad
peccandum. Hinc e(st) (quod) sup(er)ficies la-
bimur ac turpiter detinemur artibus
quas cordi et quibus apponimus cor
quia pluris facimus pulcritudinem
et delectacionem que in rebus et arti-
bus est quam eius a quo illa sunt

et quidq(ui)d iocunditatis in illis e(st). Si
enim ydonei sumus estimatores, sci-
mus potius oporte(re) niti et p(er)gere
in illum ubi copia totius volupta-
tis spiritualiter (et) substancialiter est quam
in rebus ubi p(er) sum ubi semp(er) inc(on)sul-
est. Denique sicut creatura no(n) sibi
dedit ut esset, sic quidq(ui)d placet i(n)
illa aliunde accepit ut haberet. Preter
quod egregie sc(ri)ptura divinitus in-
spirata rer(um) species in quibus sic locucio(n)es
assumit innatur magis capiens
(con)futuras species rer(um) quam species
ut tali (con)sideratione pulsati s(e) moveri

delectatione carnis, si sciendi conti-
nuum aviditate, si potestatis ambitione
torquemur, ab illo speramus qui habet
delectationes incogitatas supra usque in
finem, qui docet hominem scientiam
quam nec auris audivit nec in cor
hominis ascendit, qui dedit potestatem
filios dei fieri hijs qui credunt in nomine eius.

Duas esse causas cur res putentur amice: paritate et similitudine.

·m· Alia sane ratio est qua res
putantur amice quia quedam res
presentantur artubus. Amplicte
quippe componentes rationem predixi-
mus res artubus significari, partim
propter principium originis, parti propter
propter plenitudinis. Sic due ratione
cognationis plenitudinis. Hic due cause
sunt cur res notentur amice: una
secundum paritatem, alia secundum similitudinem,
et quamvis prima contraria sit prime
secunda tamen secunde similis est. Nam non utique
secunda invisibilia in visibilia putantur, quia
cum illis conveniunt ita numeri componunt
res, quia ab illis effluxerunt; sed
potius ideo quia res amice probantur esse.
Senarius binarius ideo putatur creaturam
rationalem, quia ista creatura
est condita germine nature corporis
et anime et supra simplices origine tem-
peramentum. Quaternarius mundum,
quia cognatior elementorum concordia
ratione comparatione perficitur. Istius modi
significationem puto esse secundum paritatem
in qua res numeris conveniunt, et consti-
tutas parium appellatione denominantur
numerorum ut ita intelligamus, quinque
nominatur a certis ad corporum rationem ori-
gine habuisse dispositionem. Secundum
similitudinem vero sic est que secundum
proprietatis induat affinitatem, que-
admodum si dicas quindenario pacem
et concordiam denotari spiritualis, quia
septenario et quinario unus alium mul-
tiplicatione complectitur, quorum ille animam,
comprimit rationalem propter tres eius po-
tentias: memoriam, intellectum et
voluntatem; iste corpus propter quinque

potestatem sciendi potentia. Et sicut
tac quinque quindecim efficiunt ita si
potentia sensibus corporis potentia
interiori dedicata regitur, efficitur
pax et concordia duorum in unum. Item
quod secundum similitudinem si dissimiles
quod quemadmodum quaternarius inter
vementes impedit, ne binarius et
quinarius naturali sibi invicem affinitate
iungantur, sic vite carnem ac temporis
mutabilitate facit ne corpus et
anima plena sibi societate misceantur etc.

Digniores esse significationes minorum significationibus rerum, quia antiquiores, quia semper fuit.

·n· Diligentius tamen subtiliusque
Diligentius comparationis aspectu in-
uentes adducentes res vi-
deor michi videre fortes carum sig-
nificationibus carum autem fieri secundum
antiquitatem quia sunt numeri qui
semper fortes sunt. Nonem binarius
creatura rationalem fuit semper
neque quaternarius mundum semper, quia
illa non semper fuit, et iste non semper
fuit. Neque obiciendo maiores potentie
fuerunt quia non hoc semper expres-
serunt quippe qui semper inter virtute
sunt. Unde semper hoc significare
quererunt. Ternarius tamen significatio
- unquam non fuit quia trinitas semper
fuit quam ille semper expressit.
Ternarium porro significationes nulle
semper fuerunt neque ille que sumuntur
secundum naturam, neque ille que inter
adiunt secundum contingens. Prime si-
iunguntur secundum naturam propterea non
fuerunt semper quia res non fuerunt
semper. Sol enim non semper expressit
Christum neque luna semper ecclesiam neque
stelle semper beatos, quia fuit quando
non fuit sol, luna et stelle. Secunde
vero adveniunt secundum contingens
ideo non fuerunt semper quia occa-
sio temporis actionibus que per tem-
poribus contingit, quando non dum contin-
gebat nichil exprimebat, et cum
presentes fuerunt quoque cum ipsa recessit.
Non enim quidam quo fuit, Christi

passione et exceptione lateris
eius generationem expressit sed quando
in immisso sopore in illum ablata est
una de costis eius et edificata
in mulierem tunc hoc expressit quod
non prius potuit nec post ea fecit
Et digniores esse secundum electionem
quia de laudabilibus sunt
Ex electione etiam antefferuntur
o. significationes misticorum significa-
tionibus rerum quia ille quantum
quod per se est laudabilium rerum
semper significabiles sunt. Res vero
etiam quantum per se ipsis est non
sepius in laudabilem quam in
contrariam partem invenimus
et sunt multi loci in quibus non
nisi in contrariam partem receptibi-
les sunt 2o Et digniores esse
secundum interpositionem quia si-
gnificationes rerum sine signi-
ficationibus misticorum non sunt
Interpositione quoque potiores sunt
significationes misticorum quia licet
non omnia indicant significent
omnia ipsis tamen rerum omnium significa-
tionibus sese inmiscent intimum ut
quod res exprimunt et non illi
p. non tamen exprimunt sine illis Si-
gnificationes etiam rerum sine in-
terpositione misticorum nequeunt habere
potentiam quia ad minus due
res sunt de quarum una significatio
transit ad aliam potentie quidem
ab una ad plures et a pluribus ab
una sed ad minus qua inter duas res
significatio nequit haberi Ergo tripli-
citer misticis rebus secundum honorem antefe-
runtur in quantitate quia plures sunt
et ex electione quia de laudabili-
bus sunt et in interpositione quia
ubique conveniunt ut res que si-
gnificant et que sunt denominationem
sue quantitatis ab eis accipiant
Potiores esse misticis rebus se-
cundum virtutis potentiam

Et iis modo in misticis sermonibus
v. virtutem etiam impotentia vir-
tutis misticis rebus potiores
q. predicamus quia nam corpus immuta-
bilis non est capax subiectum que
dissimilitudinis per vicissitudines temporum
et rerum contrariarum occultis Nulla
quippe naturarum omnium colorem et spe-
ciem suarum proprietatis vim retinet
eandem Que acquiritur Alia et aliter acquiritur
procedentium vicissitudine temporum rerum
que obiectione contrariarum Primum pa-
que verus terra gelida tremebunde
hyemis domicilia et perrigentibus fri-
goribus eorum subacta quartis floribus[1] flore-
scentis vidiatur fructiferoque deco-
re Sustinens sustinet. arida fri-
gora emergentia anni magne
te septemplici arturo tacito que
albentium nivium lapsus contrapiens
solatur spe future generationis gra-
nes acervi temporis minias Sed et
liquidi latices in lucentem redac-
ti et durati glacie splendentis ni-
tescunt nemore officiantque Hono-
ri nemoris virides comas et
lacteos lilii tepandi et rubicunde
rose sanguineos et utrosque con-
sanguineos coronari | Sempiterna
que paparis coloris aliorum de-
nique florum multicoloriis distinctio-
nes quibus annatim perducunt hiemi
facie festive vestit | pingit et stel-
lat Tacio artificis nature pro si-
tuum A sinistra frigoris labefactat
autumpnus Hos tunc non est cerere
flavescentes tristitate segetis culmos
eorum villosis duplicibus que semper ame-
nis nec rigide quatuis galeatas[2]
glandes atque bimembres a sangui-
los et duplices sub hirto cortice
fructus latere fagi | octoque mi-
tes dona quidem omnis [illegible] quasdam
tegumina duplicitatis Nemon ce

[1] Eos eorum significatur i. pl. vel crescens

[2] hic villus i. pilus vel flaccus lane omnis vel quorumcumque pilus

rea coctana / et concordes olive
et matrone lauri ac malipuni-
ci et bicoloribus granis / aliorumque ab
aliarum arborum pendentes racemi-
fructus vitreas demumque gemmas
bibuli autumpni multinagisque te-
mulente vitis palmitibus con-
iugas ulmos / torpidi frigoris
senecta tollit et inmite hyemis
hirsuta effigies cano cum gelu
mortificans abacter abdit obtuti-
bus. Sed hec omnia ad tempus. Nam
.8. post tempus succedente veri temporis sem-
temperie rerum que viduarum nectore de
corum et vestium in spem quasi paradisi
similitudo renascentem. fetusque
fundente pulcrimos ingreditur
mundum et sensim astringere vapor
igneus orbis fecundusque estatis
anhele sudor in belles anpus et
inmates. Vertus sublate hyemis
opera mundi confinia relegat. Equo-
ris etiam altitudo remulci modo
crispantia terga longissimis lig-
nis nemorum secanda properibusque
carinis sulcabilia clemens incli-
nat et placide sternit modo vo-
lubili sibilantium ventorum flamine
tanta belligeros furentium undarum
certus acuit et spumeos fluctus
ad conflictus concitans contrariosque
discordes mutancia iam potius que
natancia inter teterrimum chaos et iras
latrantis procelle navigia intercorpor-
as sorbet. Suspensus et immique ac-
modo tristem turbatur faciem pi-
ceas ymbrificas que densatur in
nubes et horrisona sub gutture
rauco tonitrua gemebundaque elides
aut turbulo gurgite aut crebris
lapidee grandinis ictibus aut
caduci fulguris letiferis faculis
dorsa terre patientis fedas verberat
urit. Et exigione nubibus emotis
formosa ora natiuo decore resig-
nans festiuos telite puritatis a-
mictu letus serenat aspectus
Gloria celi sydereumque decus a-
ureomus tytan neque continue u-
que paribus momentis flammeos
voltus ymagine aureaque cesa-
rie radiorum polos terras que venustat
Tardius estivis temporibus celerius
hibernis ardentem quadrigam et
anhelos tingit alipedes rugien-
tibus undis immersus occeani pe-
que certos ambitus primicam stellan-
tis emisperii regina noctivagis
bigis maculose phebes lune no-
nusque lampadibus rutilantium
cedit astrorum. Sepe etiam celestis
syderibus. hinde noctis tenebras
suo fulgore solantibus vim rape-
re aspera sede diurnum venit et rue-
re aurea fila per flammeos depicti tra-
mites etheris alternando perducat
Et si non cadit potuit cecidisse
videri. Demumque audiunt defectus
solis varios lune que labores. Et
ut de illis que generalitate impe-
diuntur disputemus ignem extin-
guit unda et vicissim ipsa ab ig-
ne premitur. Lapis magnes qui
ferrum quasi predo rapit et retinet
non modo nequit rapere sed et
raptum linquere cogitur se rapto-
re adamante manente. Solidus
adamas qui nec ignibus nec tun-
dentis acuto certe ferri leditur ictu
cruore hircinus natiui robo-
ris duricia vidnatur. Igneo ardo-
re animalia cetera quibus vivitur
serpens salamandra patitur et inter
eos et operis nichil patitur parum est
extinguit eos. Sic certe ceterarum
rerum vires minime auferri possunt
aut mutari temporis qualitate quantum
rimus Non est impiis gaudere
dicit dominus Ergo lumen rationis
quia ut dicit scriptura lex lux
est et lucerna pedibus meis ver-
bum tuum domine et lumen se-
mitis meis / et leticia congruit
voluntati que gratulatur cum
sanctificatur Unde est illud Le-
tamini iusti in domino et con-
f. e. Et doctores iustitiae domini
r. l. c. p. d. l. il. o Hinc est quod
ratio dicitur super nos et non
super me / et leticia dari in corde
meo non in cordibus nostris / quia
ratio generis est / et ad conditionem
pertinet gratia singularis et
ad unitatem pertinet Diver-
sitas eiusdem expositionis

q Quamquam et omnino sic possi-
mus intueri simul vultus
enim resonat voluntatem
et voluntas est spiritus sancti qui
manifestat beneplacitum dei quia
nemo scit que sunt dei nisi spiritus /

dei. Tinus limen signatur super
nos. Dum bone voluntatis af-
fectus signatur in nobis. Donis
gratie et visitatione spiritus sancti. Quod
signati spiritu sancti sit opus inde
monemur. Nolite contristare spi-
ritum sanctum dei in quo signa-
ti estis in die redemptionis. Quod
quod limen videat gratie qua iu-
stificamur inde probamus. Iustorum
autem semita quasi lux splende-
scit et crescit usque ad diem perfectam.
Et inde lucerat lux vera coram ho-
minibus. Inde etiam lucerat lux vera
et addatur quasi limen misticiam
tuam et iudicium tuum quasi meri-
diem. Leticia vero que cordi tri-
buitur intelligentia est qua ratio
illuminatur. Quod enim cor sedes sapie(ntie)
sit inde eo quod in corde pru-
dentis requiescat sapientia et indoc-
tos quoque erudiet. Inde etiam
in corde meo abscondi eloquia
tua ut non peccem tibi. Quod
enim leticia in sapientia et de sapientia
sit [illegible] illud audemus et dicimus
Letatur homo in sententia oris sui
et sermo oportunus est optimus.
Et inde letabor ego super eloquia
tua s. q. in. s. m. Et ob id gratia
signatur super nos et non super
me. et sua tribuit cordi meo
et non cordibus nostris quia gra-
tificabile bonum est. ac sociabile
sciencia spiritualem et singulare. Cum
enim inspiramur sociamur multis
deo et angelis proximis. Cum
erudimur autem nobis ipsis il-
luminamur. Gratia enim communissime
quod ad multos et ad diversos pri-
mum benignum extendit affectum
sapientia unicuique suam singularitate illu-
minat animum. **De aliis ad eandem
significationem exemplis.**

Respice ad hunc ymaginem
nasus tuus sicut turris
libani que respicit contra
damascum. Nasus quo odoratur
et quasi fragrancia diiudicantur
voluntas est qua resprimitur vi-
cia virtutes amantur. Turris
que eminenciam habet et fortitu-
dinem splendor est angelice
pulchritudinis alta conditionis
principio fortis gratia confirmatoris.
Ergo veluti angelica creatura in
libano candidationis fundata
deum unum adorat et odorat
sic humana si puram et detor-
sam dei contineat ymaginem
ut ei potem fetear et virtus fra-
graret. deum unum colit deum eun-
dem intentione eadem diligit
fetori carnis et sanguinis omnino
contraria. Haec enim respicit contra
damascum qui interpretatur
sanguinolentus vide consequenter
similitudine. Caput tuum
ut carmelus. Ratio enim que prin-
cipatur in nobis sciencia habet
consideracionis que dicitur car-
melus. Si discernit inter diversa
et similia inter contraria et con-
venientia inter equalia et in-
equalia inter superiora et inter
inferiora inter dubia et certa
inter noxia et condonabilia.
**Item de aliis eiusdem signifi-
cationis exemplis. sequitur**

In capite etiam libri qui sapie(ntia)
tytulo superscribitur de eadem
ymagine et similitudine le-
gitur sic. Diligite iustitiam
qui iudicatis terram. Sentite et cornpt.
Diligere enim opus et effectus
est voluntatis. Iudicare ratio-
nis officium. Sentire etiam de
domino in bonitate est opera-
cionis officio investigare et intel-
ligere deum esse bonum. In sim-
plicitate cordis querere est affec-
tiones cordis puritate diligere il-
lum. Ergo diligere enim iustitiam et
ex simplicitate cordis querere deum
spectatur voluntatis ad virtutem
ex moderate terram et ex sentire.

ex domino in bonitate, illuminatur
ratio ad veritatem. Unde etiam
dicit apostolus: Si consurrexistis
cum Christo, que sursum sunt queri-
te, ubi Christus est in dextera dei se-
dens; que sursum sunt sapite, non que super terram. Non
est dictum si resurrexistis, sed si
consurrexistis. Sic alibi non di-
xit: surge qui dormis, et sufficit,
sed adiecit: et exurge a mortu-
is. Consurgimus enim nec surgi-
mus et exurgimus, sed in ratio-
ne pariter et voluntate resur-
gimus et utraque pariter re-
surgimus, si nec illa fallimur
nec ab ista polluimur; propter illam
erudimur ad discernendum, propter istam
ordinamur ad diligendum. Hunc
enim sensum signat quod sequitur:
que sursum sunt querite, quod
sensum est rationis, et sursum sunt
sapite, quod sensum est voluntatis.
Sapere enim est saporem et dul-
cedinem sentire, quod solam ad
voluntatem liquidum est pertinere.
Anima hominis boni sic plangit
sub titulo ascripsit(?) qui vo-
catur in congregacione: Et tradi-
dit in captivitatem virtutem eorum
et pulchritudinem eorum in manus inimici. Virtus enim tradi-
tur in captivitatem cum voluntas
noxiis agitata desideriis tur-
batur in concupiscentie servitute,
et pulchritudo in manibus inimici,
cum lux rationis veritate ce-
catur consilii. In altero prostituitur
consensus, ac sensus in altero
subvertitur. In utroque feliciter
se sensit qui dixit in dedicatio-
ne domus David: Domine in volun-
tate tua prestitisti decori meo vir-
tutem. Talibus et similibus
exemplis probatur anima duplici
vigere potencia (ymagine et
similitudine) signo luminis et
leticia cordis, naso et capiti, di-

v

lectione et iudicio sensus(?) et sim-
plicitate, inquisitione et sapore,
virtute et pulchritudine seu virtu-
te et decore. **De septima significa-
cione binarii cur corpori conveniat.**

Factura eadem temporis
humani binarii se confite-
bitur et non negabit amicitiam
a summo usque deorsum partes cor-
poris illius. Habet in culmine
suo ad duas officium geminos et
teretes orbes. Habet caminas du-
as patulas sonis excipiendis.
Habet olfactus et pungendi fla-
matis unum quidem sed bimum instru-
mentum. Habet labiorum duplicem
seperem(?) armaturam, dentium gemi-
nam, genas duas, et pares eodem
numero humeros, brachia, ma-
nus, mamillas, femora, genua,
tibias, pedes. **Cur similiter pro-
pter duplicem potenciam ani-
me comparetur, sequitur capitulum.**

x

Apostolus etiam sub mentis
et spiritus appellacione bipar-
titam anime rationalem al-
ter alteramque describens potenciam
secundum ordinem inquid: Si orem lingua, spiritus meus
orat, mens autem mea sine fruc-
tu est. Quid ergo? Statimque: orabo spiritu, ora-
bo et mente; psallam spiritu, psal-
lam et mente. Hec duo licet in
una eademque ymo in una eadem
sint anima, non sunt tamen
unum in anima una, quia sane
differentia dispensantur. Ubi autem
ex apostolice lectionis intelligenciam
et circumstanciam comprobamus.
Instruens quippe predicatorem et
predicationis utilitate aperiens
culpavit(?) indiscreta visiones misteriorum
sine interpretacionibus visionum
et enarrationem(?), difficilemque exposi-
tionem rerum inutilem et re-
prehensibilem esse in celestibus mi-
steriis ad noticiam auditoribus exposuit.

eam pericia predicatoris Si enim
sola ymagines corporum que dicuntur
volvuntur in animo auditoris
frustra sermo sonuit nec habita
nec proveniente intelligentia
post quam sola predicatio sonu-
it Unde idem apostolus Si nescie-
ro virtutem vocis ero ei cui loquor
barbarus et qui loquitur michi
barbarus Cum simile est quod
predixi si orem lingwa spiritus
meus orat mens autem mea
sine fructu est Appellatione lin-
gwe pergram signa sola verbo-
rum vel verba formantur quamlibet
obscuram et significationum rerum
prolationem sine expositione
nia aplica sensit auctoritas
Tunc quippe id est si orem orans
lingwa id est cum sola signa rerum
proponimus et non exponimus
spiritus orat mens est sine fructu
quia ymagines versantur sed
intelligentie non sequitur fructus
Hac igitur acceptione apostolus
accepit mentem superiorem ani-
mi vim que rerum veritatem acci-
piens latentem etiam in rebus
dubiorum quotiam post formarum
obiectionum attingit Spiritum vero
inferiorem anime vim ubi ipso-
lens fantasiarum congeries vel
simplicitas rerumque discolor vel
tur ymaginalis obiectus fa-
ciem veritatis nec parere sinit
nec parere permittit Etiam vero
nomine spiritus commune est etiam
bestiis Dicit enim spiritus ratio-
nalis et hominis mentis proprie vo-
cabulum quod est nature rationalis
Ideo etiam anime vir vim que
nobis belvis quod communis est spi-
ritus appellatione que vero nobis
singulariter et excellentia est

electiore mentis appellatione
signavit Non absurde igitur
post istam etiam anime duplicem
potentiam spiritus scilicet et mentis
binarius anime comparatur

De octava significatione bina-
rii cur naturam humanam signi-ficet

ij Natura quoque humana bi-
nario decenter exprimitur
quia ex duabus subsistit
essentiis visibili et invisibili
corporea et incorporea exteriori
et interiori corpore et spiritu Cetera
etiam invisibilia quecumque binaria
connexione sibi iunguntur binario
sine contradictione et omni am-
biguitate notantur Hec sunt
que vel federe nature sibi soci-
antur ut corpus et anima a-
processu inchoatum se committa-
tur ut dei et proximi dilectio
timor et spei compunctio et devo-
tio fides et operatio et actio et
contemplatio aut sibi comparat
ut testamentum novum et vetus
aut invicem concluduntur sine
in progressu temporis ut presens
et apparata vita et mors et vita
que nunc est et futura sine in
conditione ut visibilia et invisi-
bilia sine in contrariis ut para-
disus et gehenna aut spiritualiter
fiunt unum aliquid ut Christus
et ecclesia unum corpus et iudei
et gentiles et homines et an-
geli ecclesia una Hec invisibi-
lia si exprimimus propriis signare
vocabulis corpus et animam ap-
pellabimus humanam naturam
dilectionem dei et proximi carita-
tem timorem et spe affectionem
compunctionem et devotionem operam
spiritualem fidem et operationem iu-
stitiam actionem et contemplationem
perfectionem vite testamentum novum

et veteris scriptura divina per ppa
radnersa vitam et mortem· va-
riabilia· vitam que nunc est et
futuram statum vite totius·
visibilia et invisibilia· vrinat-
statem· paradisum et gehennam
incarum iuste retributionis per
et ecclesiam· integerrimi ppm
iudeum et gentilem· vel homi-
nes et angelos celiam Et
non modo hec invisibilia qui-
bus res due diverse sibi invicem·
tur binario significant· hap
ciam res multe ut timor so-
lus et spes sola· et fides sola
et contemplacio sola· et fait
scriptura dominus· anima sola
et corpus solum et penitencia
sola binario exprimitur propter
quasdam tamen divisiones et pro-
tates que secundum binarium
in eis considerantur Exem-
pla quibus eadem natura
diversis exprimitur nominibus

a Exempla quoque quibus
corpus et anima singu-
lis misticisque nominibus
exprimuntur de multis ista sunt
Scriptum est in Job· homo na-
scitur ad laborem et avis ad
volandum· Loquitur et Job de
de impiis desiderabile argentum
eorum vitia hereditabit lap-
pa in thabernaculis eorum
Amos quoque Percuciet domus
domum maiorem ruinis et do-
mum minorem scissionibus Et
paulopost Induistis super omnes
decorum vestrum et supra-
caput vestrum calvicium Dicit
psalmista similiter Etenim pas-
ser invenit sibi domum et turtur
nidum ubi ponat pullos suos
Et nomine domus hic sensus
est et racio talis Cur nomine
hominis corpus et avis nomine significatur
anima·

b Nomine hominis corpus intel-
ligendum· genesis dicit· cum
dicit deum formasse hominem
de limo terre quod utique de corpo-
sola et non de anima dicit Et ita
enim opportet racienti materia non
convenit Exterior autem homo ut
de limo formatus id est formatus fuit
prime originis ut terra et in terram
ibit Anima porro privilegio na-
ture felicioris similis est avi quia
intellectu et iusticia ac si dua-
bus pennis sursum evecta celo-
stes auras et plagas involit
de terras intellectu veritatem ius-
ticia pietatem concipiens Unde
ille Quis dabit michi pennas
sicut columbe et volabo et requi-
escam· Iterum si sumpsero pen-
nas meas diluculo et habita-
vero in extremis maris Dicit
eciam ad sanctos Si dormiatis
inter medios cleros erunt pen-
ne columbe de argentate Et
quia exterior homo corrumpitur
ideo homo nascitur ad laborem
quia vero interior renovatur
ideo avis nascitur ad volandum
Labor tamen hominis penitencie
cruciatus intelligitur Ut legitur
in primo tytulo pro octava· Lla-
boravi in gemitu meo· la per sin-
gulas noctes lectum meum lacrimis meis stratum meum rigabo
Volatus autem anime intencio
et aviditas eternitatis accipitur
ut ait theologus noster Si
consurrexistis cum christo que
sursum sunt querite non que
super terram que sursum sunt sa-
pite ubi christus est in dextera
dei sedens Cur argentum area
thabernaculum corpori similetur

c Argentum lucentis natu-
re est et sonore et anima
lucet per illud quod signa-
tum est in ea lumen sonora vero

habetur per eam unde significatur graciam. Corpus propter corrupcionem et mutabilitatem tabernaculo comparatur. Quod ad tempus erigitur et diruitur ad tempus. Unde Ezechias cum convaluisset ex infirmitate. Generacio mea etc. Dem quod tabernaculum peregrinancium est et militancium et quamdiu sumus in corpore peregrinamur a domino. Et milicia est vita hominis super terram. Unde Petrus Certus sum quod velox est deposicio thabernaculi mei. Signum autem corpus dicebat. et quia scriptura dicit Qui in sordibus est sordescat adhuc. ideo desiderabile argenti ab urtica hereditatur. quia virtutes interiores captivantur a vicijs que quidem instar urtice pungunt per suggestionem. Urunt autem per delectacionem. Vel pungunt per consciencie stimulum. Urunt autem per consciencie desiderium. Lappa enim herba mordax et a vestimentis quibus inheret ad evellendum difficilis. Oritur in thabernaculis si regnat peccatum in corpore sensus eius corporei qui sub natura vestitur ingenuitatis germine maculantur. Desiderabile argenti anime fidelis ab urtica non hereditatur quia ea habet in promissione. Emissiones tue paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Sed nec lappa oritur in tabernaculis sanctorum quia vox exultacionis et salutis in tabernaculis iustorum. Unde ille. Ego autem sicut oliva fructifera in domo dei.

Cur domus maior et domus minor in eadem veniunt significacione

Non sic autem impij non sic sed quorum desiderabile argenti ab urtica hereditatur et in quorum thabernaculis oritur lappa. eorum gemina domus maior percutitur ruinis cum anima polluta delectacioni turpi cedit et cadit lapsibus viciorum. Et domus minor scissionibus cum caro dissolvitur separacione peti et sensus carnis dividitur per copula carnis. Domum esse corpus inde docemur. Et si terrestris domus nostra corrumpitur scimus quia habitacionem habemus adeo non manufactam eternam in celis. Quia vero veritas dicit spiritus est deus et eos qui adorant eum in spiritu oportet adorare. Et veri adoratores adorabunt eum in spiritu. Et domus ea domus oracionis vocatur colligitur quoque spiritum dici domum et esse. Sed quia maior est anima corpore non solum quantitatem quam habet nullam sed secundum dignitatem quam habet multam. ideo ipsa quidem maior. corpus vero minor dicitur domus. Domus porro iustorum integre perficiant fundate enim sunt super firmam petram. Et fundamenta eorum in montibus sanctis. Unde nec maior domus ruinis percutitur quia is qui interior est homo renovatus de die in diem in divinam transformatur ymaginem a gloria in gloriam tamquam a domini spiritu. Nec domus minor scissionibus quia mortale hoc induet immortalitatem et fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum quod utique de corporis gloria dictum accipitur si se-tenae sensus intelligitur

Cur dorsum et caput eidem

significacioni respondeant
Quorum dominus maior in
imus, minor vero superi
bus percutitur. corpus eciam
dorso induatur saccis et prope
caput calvicium. Per dorsum
posteriorem corporis partem ea
que posterior et abieccior est
in nobis pars, corpus videlicet
et totum significatur. Nam
utique in dorso posteriore corporis
parte nec partes operative ut
organa sensuum inveniuntur,
sic ut apostolus dicat et nemo
contradicat. Scio quia non ha
bitat in me hoc est in carne
mea bonum. Saccus tela vilis
et ignobilis, et qui in merore
et confusionis indicium vestie
batur indicium, typus est pecca
sicut dicit david in decoracione
domus sue. Convertisti planctum
meum in gaudium michi concu
disti saccum meum et circumde
disti me leticia. Quod est quia
peccatum disrupisti, planctum con
vertisti in gaudium desperacionem
vertens in spem, tristiciam in
leticiam commutans, sicut et
in promissione tua. sed tris
ticia vestra vertetur in gaudium
Et circumdedisti me leticia. in
terius scilicet et exterius. in
fide et operacione. Et enim neque
planctus neque gemitus. sed
nec confusio postremo nec ulla
omnino dolor esset, si non ob
esset peccatum. Igitur cum ablata
preciosa veste salutis et iusticie,
sordibus et ignominia peccati
corpus amicitur, induatur
super dorsum saccus, induitur
que caro sicud diploide confu
sione sua. Induatur et super
caput calvicium, cum decore
virtutum ac si nitore crinium

F

facies nudatur, decoreque spoli
atur interior. Crinibus quam
maxime vultus ornatur et
splendor colleccio. subtilitasque
virtutum concupiscibilem ge
nuit et ingenuit ipsi anime
decorem et graciam. Hac vero
racione per caput exprimitur
anima, quia ut caput altius
est ceteris partibus. et toti corpori
principatur. Unde dicitur caput
a capiendo, quia capit et re
tinet in se omnes sensus. Sic
anima sublimior est corpore
et princeps et capud totius
sensum corporis. Saccus non ami
citur anima fidelis. sed veste
regia et egregia. Sicut dicitur
de ea in canticis predilecto. As
stitit regina a dextris tuis in
vestitu de aurato circumdata
varietate. Unde gratulatur et
ait. Gaudens gaudebo in domino
et exultabit anima mea in deo
meo. Quia induit me vestimen
to salutis et indumento iusticie
circumdedit me. Denique qui
non habet vestem imperialem
a communio regis excitur, eicitur
que ligatis manibus et pedi
bus in tenebras exteriores. Pro
pterea monet auctoritas. omni
tempore vestimenta tua sint candi
da. Et alias beatus qui custodit
vestimenta sua ne nudus am
bulet et videant turpitudinem eius.
Sed neque calvicium induatur ca
pitibus electorum. quibus dicitur
capillus de capite vestro non peribit.
Et capilli capitis vestri omnes numerati
sunt. Qualiter passer et turtur
idem ipsum significent. Cap.

G

Passerem et turturem pariter
ponimus et carne, quia

levis est illa et agilis ad vo
landum intencione superiorum
hoc predicatur merito et castitate
virtutis beata cum paucis moratur
et vivit multitudines fugitans
exemplum. Probat hanc interpre
tacionem premissa sententia ubi dum
dixisset cor meum et caro
mea exultaverunt in deum vivum
hanc subiecit supplicatur passer
invenit sibi domum et turtur ni
dum sibi sed premisit etiam quasi
probare volens rem manifestam
per obscuram significatam per
significantem, cor scilicet et car
nem exultasse in deum vivum
quia passer invenit sibi domum
et turtur nidum ubi ponat pul
los suos. Hic enim passerem ad cor
et animam, turturem retulit ad
carnem. Cor enim pro anima accipi
endum sub titulo presencia matu
tina dicitur laudabunt domi
num qui requirunt eum vivent
corda eorum in seculum seculi. Pulli
passeres memoria intellectus
voluntas et cetere virtutes tam par
te et non pariture scilicet iusticia
iusticiam non peribit sed manet in
seculum seculi et pacia pauperum
que non peribit in finem, et hec
domus sancta qui permanet in se
culum seculi et caritas que nunquam
excidit. Pulli turturis continen
cie rigor opera iusticie. Sicut
vero caro et cor in unum sunt
sic una eandemque rem passer
et turtur sibi invenerunt, sed ille
in domum ista in nidum. Hinc
est igitur domus hec et quis
est iste nidus. Non est domus
hec humane creacionis sed quam
sapiencia sibi edificavit sed quam
decet sanctitudo in longitudine dierum.
Domus denique patris quia man
siones multe et maiores multi

sunt. Liquet iam quia Christus est
in quo habitat omnis plenitudo
divinitatis corporaliter qui quidem domus
est in quietem inhabitancium, nidus
ad exemplum continencium. Domus
in firmitate et structura virtutis
nidus exaltatus super arborem
crucis quia caro manere pacien
tis efficitur in gracia continentis.
Sic celestem carpens originem struc
turam respice dei verbum plenum
gracia et veritate et sume inde
quod vis et quantum vis quia
de plenitudine eius omnes accepi
mus continenciam in cruce graciam
veritatem in fide, disciplinam in
opere. Est enim domus arti
ficis structura et pictura mul
tiplici firmiter edificata subsis
tit, nidus ad tempus struitur et
destruitur post tempus, sic opera iusti
cie persistunt virtutes vero cum
celum et terra transibunt non tran
sibunt. Sed hec respicit quod Christus
semel oblatus est ad multorum
exhauriendam peccata. Peccato mortu
us est semel quod autem vivit
vivit deo. Resurgens enim ex
mortuis iam non moritur mors
illi ultra non dominabitur. Et si
mortuus est ex infirmitate sed
vivit ex virtute. Duos qui si
bi consenciunt super terram
idem ipsum exprimere. Capitulum.
·h· Et consencientes duos proba
bilitur corpus et animam sen
timus. Si duo ex vobis aut
vacitas consenserint super terram
de omni re quamcumque pecierint
fiet illis a patre meo. Ubi con
siderandum quia non dicitur sim
pliciter consenciunt, sed scribitur
et adiungitur super terram. Contra
enim quociens est consensus corporis
super terram fructuosus. Contra non
est peccatis minimum iunxere consensum
quia terra serpenti cedit et con-

reditur in abyssum. Unde dicitur illi
terram manducabis omnibus
diebus vite tue, et iudicium pri-
me sustinens maledictionis per
fructu spinas et tribulos ger-
minat. Caro enim concupiscit ad-
versus spiritum et spiritus adversus
nervus spiritum. Consentire autem debent
ad invicem spiritus corpori, corpus
sibi invicem spiritus corpori, corpus
spiritui, ille corpori in debito ne-
cessitatis, hoc spiritui in pietatis
obsequio. Et ideo non in terra sed
propter terram debet celebrari con-
sensus ut quicquid agitur ab
eis in laudem dei et fructum
ordinetur iustitie, et non humana
in sensibus preceptis opinio sed
divine denunciationis beneplacitum
citum appetetur et applicetur.
Hic quicquid patitur ab eis
concreditur eis et post spacio
disciplina fides pietatem puri-
tatem vita intellectus veri-
tatem fidem denique concludit
certitudo salutis. Idem.

i D Uo quoque passeres qui
venerunt asse uno, cor-
poris et anime suscipiunt
interpretationem. Utrique enim dicitur
passer, prima sue dignitatis
gloria, peregrina et illud sine
gravi pondere primitive corrup-
tionis, et ea propter turbacionis
molestias naturaliter quasi volatile
pennatum supernum scandit. Eadem
aut venit et duo dicuntur in uno.
Hoc as et dipondio inpondere
ribus. Hiis igitur fides est
quia pretium est nostre salutis et
una est quia de uno est. Et
quia iuxta apostolum fides est rerum
sperandarum. Passeres duo ve-
niunt asse uno, cum corpus et
anima divino cultui mancipantur
propter promissiones sperandarum.
Et unus passerum ca-
dit in terram quia corpus mo-
ritur, et in eam dei sua sump-

tum est. Initiatur et redditur
terra nec sine patre quia non
sine voluntate dei et iudicio.

k B Urdones eciam duos in
quibus naaman syrus
tollere volebat terram israel
ut in ea deo sacrificaret
corporis et anime accipimus.
Terra israhel caro christi est, quam
beatificat sanctus in principio
cuiusdam psalmi. Unde ipsa
in quirens domine terram tuam
et in fine, etenim dominus dabit be-
nignitatem et terra nostra dabit
fructum suum. Beatificanda enim
est et in principio et in fine, id est in
conceptione et in morte, quia in
illa nostram naturam assumpsit
et sanctificavit, in hac liberavit et
redemit. Hanc portare debemus
id est per eam et secundum eam con-
tinentiam in carne, graciam in
anima presentes. Sic enim pre-
cipitur psaltere de terra sanctis in
Quod tunc facimus si fidem et
memoriam incarnati verbi et
per devotionem fundamus in corde
et per disciplinam demonstramus
in opere. Et hoc quidem mone-
mur in canticis. Pone me ut
signaculum super cor tuum, ut si-
gnaculum super brachium tuum.
Debitores duos sub eadem
significatione cadere, capitulum

l D Uo debitores quibus debi-
torum partem remittit
villicus apud dominum diffa-
matus corporis et anime quenit
gerere racionem. Homo enim di-
cebus mediator est. Homo quia
caro, deus quia verbum. Is
villico spiritui racionali tradidit
bona sua, dona nature et mu-
nera gracie, ut operis sensum
et intellectum, conscientis graciam
retineret et iusticiam. Sed vil-
licus naturam corrumpens

et graciam, cum in honore esset
non intellexit comparatus est iu-
mentis insipientibus et similis
factus est illis. Unde merito dif-
famatus ab acerrimis mordaci-
bus que testibus conscientia propria
et operibus vite, stat reatus et
opacatus ante tribunal iudicis
metuendi, iussus reddere racionem
villicacionis sue, colligere sub-
itum rememoracionis apparatum
expressum et cursum vite prioris
quid cur qualiter quantum ubi
quando cogitaverit dixerit egerit.
Tempus autem reddende racionis
post peccatum est, et ante mortem.
Iam enim id est ultra post peccatum vel
post mortem nemo poterit vil-
licare, pro eo potestatem tollere
impeccandi qui enim facit peccatum
servus est peccati. et morte tempus
operandi, et locum eripiente pro-
merendi. Et quia iniquitas gra-
vi pondere premit agentem
et confitentem rubore suffundit.
ideo villicus viribus se dolet
destitutum. Fodere valens, sub-
vertere et colere terram corporis
penitenciam et pudore suffu-
ditur mendicare erubescens co-
ram plagam et implorare medi-
cinam. Remare prudencie prin-
cipis consilio debitoribus singulis
debitoribus domini sui corpore scilicet
et anima remittit uni dimidiam
debiti partem alteri quintam reci-
piendus propter hoc in taberna-
culis eorum cum exultacione
et salute, vero enim exultacionis
et salutis in tabernaculis iustorum

Sacramentum utriusque debi-
ti et debitoris capitulum sequitur

Hoc est autem utriusque
debiti sacramentum. Iam
debet centum cados olei
perfeccionem gracie. Corpus centum
choros tritici perfeccionem iusticie.
Perfeccio gracie in cognicione
et perfeccione subsistit. Cogni-
cionem exprimit oleum eo quod
lucet, perfeccionem eo quod pascit.
Porro prima et altera pars huius
perfeccionis que in cognicione et
perfeccione subsistit, fides est et di-
leccio, quia fides intelligit cari-
tas firmat. Dimissa igitur resti-
tucione debiti plenioris, altera
pars corrigitur scilicet cognicionem
que nec dum perficitur in visione
contineat in fide, et societate quia
nec dum repletur in perfeccione,
recogitet in dileccione. Sic enim
fidem idem cum dileccione tenetis
scribimus. Quod qui completur quin-
narius caritatis significativus, et quin-
quinarius significante fidem cum
duo partes sub quinque reperies quorum
significaciones minorum cum racionibus
suis, suis dicemus in locis. Sa-
ne perfeccio iusticie triticum ex-
primitur, quia granum hoc elec-
tus et mirabilibus est aliis
et iusticia ceteris bonis anteferatur.
Triticum seminatur intacta ut
multiplicetur, iusticia per corpus
corporis sensibus operetur. Centum
perfeccionis quasi quintam partem
haberemus, si delectaciones nullas
sequeremur. Quatuor tamen eius
partes habemus si exhibemus
corpora nostra hostiam vivam sanctam
deo placentem, racionabile obse-
quium. Racionabile obsequium in di-
screcionis consideracione, hostiam
placentem in oblectacione virtu-
tis, sanctam in intencione interiori,
vivam in retencione proposita. Di-
missa igitur quarta parte id est viginti
choris remanent quatuor partes
id est octoginta chori, si iusticiam inte-
gritatem quam nec dum habemus
in perfeccione corporeis tamen sensibus
operamur in operacione. Sic
quippe sedentes in humiliati scribi-

nuis b xxx qui exequatur
iusticia secundum premissum ex
emplum significaute exemplum
tio quoque sensum interprete com
pletur cum de eis quater qui
quies quatuor Sub tercia diff
finicione continet nona dua
litas significatio et decima et
undecima cum capitulis suis
Nona significatio cur caritati
ascribatur dualitas j
Duplicem esse materiam in qua
caritas operatur ij
Cur in flatu et igne spiritus
dilectionis est datus iij
Duo esse signa quibus dilec
cio dei cognoscitur iiij
Quod nobis deum esse diligendum v
Quod speculacione facture attol
limur in laudem dei vj
Quod beneficia gracie exigunt
similiter in dilectione dei vij
Qualiter opera caritatis bina
rius significet caritatem et du
plicem eam esse pacientem viij
Duobus etiam modis carita
tem esse benignam ix
Quatuor esse in consuetudine de
paciencia x
Diffinicio paciencie et opposite
diffinicionis xj
Generiorem esse pacientiam
contrariorum que ex difficultate xij
Quibus ex causis paciencia
impeditur xiij
Quibus ex causis principa
liter oritur xiiij
Duplicem esse fructum cur
paciencia adscribatur xv
Compassionem et dilectionem
utramque ex duplici causa procedere xvj
Decima significatio cur beni
gnitati asscribitur dualitas xvij
Quid sit iusticia et quid consi
stat breviter diffinitur xviij
Undecima significatio cur dua
litas caritati ex affectione scita xix

Diffinicio timoris et spei et
quid utraque efficiant xx
Duas species esse timoris xxj
Quod ex duplici causa procedat
prima timoris species xxij
Quod duplici ex causa procedit
secunda timoris species xxiij
Duas esse species spei xxiiij
Quod duplici causa procedit primam
speciem spei xxv
Quod duplici causa similiter proce
dit secundam speciem spei xxvj
In quo sit prior spes timore
et in quo timor prior illa xxvij
Differencia timoris et spei
secundum effectus xxviij
Diffinicio affectionis et diffini
cionis oppositio xxix. Nona
significatio cur caritati asscri
batur dualitas Capitulum j

Caritati etiam bi
narius compa
tur tam secundum
materiam quam
secundum operacionem
operatiam caritatis
sicut diciturque vero
habetur ipsa operacione quod agit
ipsa. res ea quam amat et ad
quam suum committit et mittit
affectum. materia eius est res ad
res per quam et prodit affectum
et ad effectum procedit. operacio
eius est. Est est caritas ordinata
si materia et operacio est ordinata.
Potest enim esse materia ordinata.
licet ordinata non sit operacio. Si
non e contrario. Si materia illa di
gitur addiligendum que dili
genda est. et non diligitur ut
est diligenda est caritas ordi
nata secundum materiam. secundum
operacionem non est ordinata. Re
quirit porro operacio esse ordinata
si materia non est ordinata. id
est. si non eligitur addiligendum

quod digne eligitur et diligitur.
Duplicem esse materiam in qua caritas operatur c. ii.
o Hiis dictis dicimus quia
materia caritatis deus
est et proximus. Deus
enim diligendus est propter se ipsum
proximus non propter se ipsum sed propter
ipsum. Unde bis dedit spiritum semel
in terra per emissionem iterum celo
per missionem. In terra per flatum,
celo per ignem. Cuius cause
hec michi videtur causa et est
ignis ad superiora contendens. di-
lectio accipitur dei, deus unus ut
legitur in scripturis et sentitur
in cordibus ignis consumens
est, flatus oris dilectio accipitur
proximi, quia anima ipsa flatus
appellatur. Quid inde docemur
Omnem flatum feci ego et propter
modicum quid contristavit illum.
Denique in prime conditionis ex-
ordio cum inspirasset deus in
faciem hominis spiraculum vite
factus est homo in animam viventem.
Et quia instaurandus homo meri-
to prevaricationis perdiderat spi-
raculum vite, non enim permanebit
spiritus dei cum homine quia ca-
ro erat, ideo post resurrectionem
insufflavit in faciem eius spira-
culum vite spiritum sanctum hominem intro-
ducens ad cor, talique docens
misterio quoniam qui erat creator
is redemptor erat, et qui dede-
rat spiritum in conditione, idem
eundem restituebat in reparatione.
Quare diligendus est in terra
quia caro est et redemptor. Di-
ligendus est in celo quia deus
est et creator. **Cur in flatu et
igne spiritus dilectionis est datus**
p. Dicentur autem per duas res
que sine aliis esse non
possunt, spiritus dilectionis
est datus quia nemo ad perfectam
caritatem pervenire dicatur hic, sed si

eam habet ad alium peccatum in-
greditur egrediturque, quemad-
modum flatus ab alio flatur in
alium. Et ignis ut sit, preter se
semper exigit aliud. Denique spiritus
sanctus per ignem caritatis datur
in quo et accipitur non est uni-
us, sed duorum, patris videlicet et
filii, a patre procedens et filio. Ideo
hic ignis nominatur et flatus,
unde Ignem veni mittere in terram.
Et moyses in cantico Flavit spiritus
tuus et operuit eos mare. Postre-
mo in celebri illa missione factus
est de celo sonus tamquam
advenientis spiritus vehementis, quo
flatus erat qui videbatur et ap-
paruerunt illis dispertite lingue
tamquam ignis quia hic erat
qui mittebatur. **Duo esse signa
quibus dilectio dei cognoscitur**
q Duobus etiam signis
est cognoscere si dei dilec-
tionem habeamus. Si fa-
cimus scilicet quod precepit, et si
quod promisit amamus. Unde
veritas Si diligitis me man-
data mea servate. Et alibi Primum
querite regnum dei et iusticiam
eius. Si facimus quod precepit
exhibemus obedientiam. Si quod
promisit amamus, suspiramus
ad gloriam. Et licet per preceptum
veniatur ad regnum, datur enim
genti facienti fructus eius
amor tamen regni implet au-
steritatem precepti, et quo ar-
dentius gloria appetitur eternitatis
hoc vehementius sustinetur labor.
In ... difficultatis vilis ex-
ortatio et promissio terminis dissol-
vit robustissimas vires. Preci-
si maris et polliciationis singula-
ris ... quoque ad ardua
provehit. Duo sunt igitur que
precepit deus, credere et agere.
Fides enim sine operibus mortua
est. In fide habemus accessum

in operatione colligimus meritum fides dirigit intencionem. operacio vitamque remunerat. Item duo promisit resurreccionem corporibus et hereditatem incorruptibilem. conservatam in celis. Sed resurreccione reparatur humana / in hereditate natura glorificatur. Sic igitur facimus quod precepit. et si quod promisit diligimus. vere deum diligimus quia et precipienti obedimus et promittenti gratias habemus.

In quibus deum esse diligendum.

.v. Diligimus autem deum tum in se tum in operibus suis. Et modo quo enim est diligibile dei ad naturam eius spectat et ad opera. Potius autem ad naturam quam ad opera suis. Ideo potius ad naturam quam ad opera / quia et si mirabilis est in suis, mirabilior tamen in se. Dicto vero suis ad opera quam ad naturam quia invisibilia ipsius per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Diligendus est utique in operibus suis quia cuncta que operatus est ipse modo sola bonitate et nulla vi nullius operatus est merito et erant cuncta bona valde. Diligendus est etiam diligentius in sui natura, cum si opera nulla et opem suam sui nullus conspicit / quia magnus dominus noster et magna virtus eius et sapientie non est numerus. Tria posuit et trinitatem expressit. Magnus dominus refertur ad patrem, magna virtus ad spiritum / sapientia innumerabilis ad filium. Patri enim ascribitur potentia / sapientia filio / virtus spiritui sancto. Illud etiam simile est. Quis similis tui in fortibus domine / quis similis tui / magnificus in sanctitate / terribilis atque laudabilis et faciens mirabilia / fortitudinem dicimus et dicimus ad hunc referendam ad patrem. Sanctitatem filio comparari. filius ipse dicit. Et pro eis ego sanctifico me ipsum ut sint et ipsi sanctificati in veritate. Terribilem atque laudabilem spiritum intelligimus / quia spiritus nomen est terroris et pietatis. Utrumque dicimus / quia utrumque legimus. Alibi quidem legimus. spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Alibi misisti iram tuam que devoravit eos sicut stipulam / et in spiritu furoris tui congregate sunt aque. Et ideo spiritus furoris dicitur terribilis / spiritus bonus laudabilis. Porro quod sequitur et faciens mirabilia. vel communiter ad totam trinitatem refertur / vel specialiter ad eundem spiritum. de quo ipse filius / in spiritu dei eicio demonia. Deum igitur super omnia diligere et singulari debemus affectu. tamquam super eminentissimam naturam. potentissimam. pulcherrimam / singularem / mundissimam / sempiternam. sibi ipsi de se ipsa sufficientissimam. Diligere deinde debemus ea que fecit quia ea ipsa quoque diligit sicut scriptura dicit. Et vidit deus cuncta que fecerat. Per visionem enim amor intelligitur. .8. Communiter quia id cuius amore trahimur sepius intuemur. scriptura idem ipsum testificante ubi amor ibi oculus.

Quod speculatione facture attollimur in laude dei

Item duobus modis attollimur in dileccionem dei speculacione facture / et beneficio gratie. Speculacio facture sic nos attollit intuente in dileccionem dei partim secundum statum. partim secundum simulacrum. Status consideratur in natura et officio nature / id est in perfectione generis et usu utilitatis. Hoc est quod sit et ad quod

Simulacris cognoscat in signi
ficatione quam gerit. Sicut
enim omnibus factura excellencior
ymaginem picta, in ipsa picta et
licet magni estimetur vina
citate in generum celestiorum acti
gere condiciones corporis et vires
incomparabiliter tamen excelle
cius est cernere quid significat
cum sermo ante andiacomi cum cir
cle significande germanitate
similitudinis comparentur. Si
natura enim considerat res in se
in significatione propter se summa
in significatura quid valeat ipsum in signi
ficatione quid valeat sensum
edocet. In uno ad quid proficiat
in altero quid proficiat intel
ligo, Item fidem, item mores
item officia honestissime vite
natura corporis si tu ea diligenter
deliberes, inspirat, instruit, or
dinat. Denique invisibilia dei
per ea que facta sunt intel
lecta conspiciuntur, sempiterna
quoque virtus eius et divinitas
nec modo conspiciuntur verum
etiam diliguntur. Unde quia
delectasti me domine in factura
tua et in operibus manuum tuarum
exultabo. Nam velud a pictu
ra quam periti manus artificis
eleganti forma composuit et
multiplici colore beavit animus
et tu spinimus in admiracionem artis
et artificis celebramus indus
triam sic arcubus extollimur
propter res clamante factura
mundi in mensam eius pote
nciam, qui fabricam tante molis
solo nutu ex non existentibus
fecit existere. Immutabilem quoque
et immiabilem cognoscimus esse sa
pienciam, qui remota et vicina
similia et dissimilia sibi lege
regit et dirigit. Predicabilem

et amabilissimam bonitatem
eiusdem qui tot comoditates
vires medicinas sola bonitate
rebus et nationibus affixit.

Quod beneficias gratie cogi
mur similiter in dilectionem dei

x. Beneficium gratie ut dicat
apostolus in divicias bonitatis
et longanimitatis divi
ditur. Longanimitas ad primam
quantum ex se est peccatorem addu
cit, quia deus nec pie voluntati
affectum patitur ire et transire in
effectum nec statim subito fecit
complementum peccantem hortatur pe
nitencie longanimitatis pacie.
Similiter bonitas colligitur ex
beneficias gratie, sive corporis et
anime, sive presentis et future
sive quod per se ipsum operatur in
tecmis, aut visitacione inspira
tionis occulte, aut exhibicione
virtutis exterius per miraculum
exhibite, sive quod per nos et
quod occasione sumpta ex nobis
operatur sive deum parcis iam
bonus supplicacionibus et divi
ne laudationis officia et cetera
iusticie opera actiamus. Sepe
enim cum hoc facimus comprit
ex improviso et visitat nescien
tes gratia divine operacionis.
Ergo quia memoria beneficiorum
beneficium in memoriam reducat
et votum gratia muneris de
vota largitorem benedictione
concelebrat et forma parcium
rerum forma est non apparen
cium, et laus facture factoris
est titulus, optime sensimus
et dicimus ex speculatione fac
ture et beneficio gratie attolli
dilectionem nostram in illius diligi
bilis invisibilis quoque nature sem
piternam et super eminentissimam ma
iestatem.

Qualiter ppter opacionem binarii
us significet caritatem et du
plicitate eam esse pacientem

x. Propter operacionem binarius
caritati comparatur quia
caritas paciens est beni
gna est. Paciens parata tante
mentis industria sufferat si
quid inferatur, benigna prom
pta impendere celari et devota
liberalitate si quid exigitur
paciens ad convicia, benigna
ad pietatis officia. Paciens de
niqz nitatur per sufferenciam
temptacionum, paciens optat se
ad tollerantiam immutari. In
tra se ne quibus impetitus et in
peditus furenti et urenti tur
bine temptacionis cedat et va
dat querulus in pelagus pal
lentis tristicie et cure morda
cis fluctibus absorptus spem
operarum amittat et vitam.
Optat se ne victus ab agone
resiliat, et abeat retrorsum
aut estum concepti furoris
igneis oculis. et timidis la
biis ... honestatem pur
purei pudoris amictu, improp
bris et imprudens offendat et de
sciat. Degentibus et contra quos
prius ... facie proposita
fervescat sanguinis et ira scin
tillant oculi ... facies
qz quod ipse, non iam esse
hominis non sanius ... o
rescens. Archi quoqz anathe
ma est vir frontis attrite
umbram etiam horreo eius
cuius vultus sanguinea pu
doris nube velatur. Sic ...
tur anima mea. Hinc vene
ratur. Quatuor autem modis
adversantur inimici nobis, voto
affectu actu pertinacia. Unde Cri
pe me de operantibus iniquitatem
et de viris sanguinum salva me
Inimicos voto insurgentes affectu
operantes iniquitatem actu viros
sanguinum pertinacia intelligimus
Duobus etiam modis cari
tatem esse benignam, cap

ij Benigna est quoqz caritas
tum in se per affectionem
bonam, tum in alium per compassionem
per affectionem ut prima sit inte
rius respectu retribucionis et volun
tas ordinata, dispositio opera
cionis. Quia deus in causa est prin
cipalis, si res per dignitatem singu
larum operum ordinata est. Be
nigna in alium per compassionem
ut condoleat miseris, compatiens
tibus affectu. et subveniat bene
ficencie fructu. Ergo sufferto
molestias. quia caritas paciens
est impende beneficia quia caritas
benigna est, unum sine altero
minimum est, nec in foro nec in urbis
venit asse uno aut sufferat eis
non diligas. aut diliges que
non sufferas. Deo utrumqz exigit
et utrumqz precipit. Date et quid
... qui cuncta bona dat et da
bitur vobis. dimittite et dimit
tetur vobis, date dimittite pe
tentibus ledentibus beneficia
offendentibus. quia caritas beni
gna est, et paciens vincens a
maciam, discordias mitigans
unum bonum inter duo mala ma
ior est autem caritas in eo quod
paciens est quam in eo quod be
nigna est. Paciencia enim species
et affectus benignitatis est. Beni
gnitas non est species et affectus
paciencie. Nam qui paciens est be
nignus est etiam eo ipso qz

paciens est, sed non convertit.
Paciencia enim infert et diuidit
benignitatem ut speciem generis
sui. Benignitas et si faciat non
infert tamen pacienciam. **Qua-
tuor esse inquirenda de paciencia**
De paciencia dicere debemus
a quid ipsa sit, dicere quid
eam impediat, dicere unde
oriatur, dicere propter quid ad hy-
beatur. Sic totum hoc faciemus,
faciemus naturam, faciemus re-
pugnanciam, faciemus causam,
faciemus utilitatem. **Diffinicio
pacie et oppositio diffinicionis**
Paciencia est difficilium et con-
b trariorum quidem tercium simplex
diligens quidem perpessio. Pro-
terimus verba et rerum verita-
tem inspiciamus. Difficilium
dixi et contrariorum rerum quia
cum res difficiles assumitur
et non contrarie, est etiam cum
contrarie et non difficiles, est
cum utraque vel utrarumque assu-
mitur species. Difficultas consi-
deratur rerum quantum ad eas ip-
sas, contrarietas quantum ad vo-
luntatem subeuntis eas. Dif-
ficilis est virginitas quantum ad
se ipsam, quia in carne vivere
et contra carnem, esse hominem
et angelum vincere, ardua et
predicanda est vita hominis prop-
terea. Sunt tamen quibus dif-
ficultas hec non invenit contra-
ria quia sine labore carnis vir-
ginitatis labore suscepto, con-
tinencie trahunt odore, et ut
ita dictum sit, rem bellicam
sine bello tuentur et assequntur.
Calicem porro aque frigide
pietatis intuitu porrigere, non
est ardua difficilis quidem res, eas
tamen contraria et opposita, qui
exultant in rebus pessimis
et letantur cum male fecerint.
Pro hac distinccione diximus
difficilium contrariorum quidem tercium.
Non modo enim sollicitudini
debet esse nobis res subire di-
ficiles, que apud multos mul-
tum contrarie non sunt, verum
etiam et non difficiles, que a-
pud multos multum contrarie sunt.
**Seueriorem esse pacienciam
contrariorum rerum quam difficilium**
Nam licet pluris estimetur
c et grandior appareat pa-
ciencia difficilium rerum quam
contrariorum, seuerior et verior
tamen est in rebus contrariis
quas sibi opponitur. Quibus cont-
rarium, et fiat spontaneus, quod
non vult angariatus. Melior
est enim paciens viro forti, et
qui dominatur animo suo, expug-
natore urbium. Virum fortem et
expugnatorem urbium eum intel-
ligimus, qui res arduas ope-
ratur, pacientem et dominatorem
qui contrarias. Sic est
animi, qui contrarias. Sic est
quod Symon Cirenensis an-
gariatus legitur post Ihesum
tulisse crucem, quia qui propter
hereditatem incorruptibilem
sibi vim infert ad passionis
obedienciam, crucem tollit post
Ihesum, non post se ipsum, preceptum
illud adimplens. Qui diligit
me, me sequatur. Symon
enim vertitur in obedientem, Cy-
renensis in hereditatem. Qui ideo
dicitur angariatus, quia regnum
celorum vim patitur, et vio-
lenti diripiunt illud. Igitur
paciencia in arduis maior, in con-
trariis seuerior, in utrisque sim-
plicior invenitur. Dicatur quo-
que simplex propter intencionem,
diligens propter voluntatem. Sim-
plex quia sine intencione racio-
nabili irracionabilis esset, si co-

gaetur quod dicit et est. nec
dicetur nec esset. Si necessitate
vel timore trahitur volunta-
ria non est nec diligibilis. hy-
larem enim datorem diligit deus
Si quantitas peccati demum est in cau-
sa rationabilis non est crux
cum non faciat pena sed causa
Causa deus solus debet esse,
ut scriptura testatur. Deus
meus et dominus meus in cau-
sam meam. **Quibus ex cau-**
sis paciencia impeditur.
Impeditur autem paciencia tum
ex re ipsa tum ex persona. Ex re
cum res quidem vel ipsa vel
d. estimacione difficilis vires
deerat intuentis et se metien-
tis, aut tepide voluntatis au-
ctet assensum, contractas operas
mollioris. Ex persona tum agen-
tum ab alterius ex parte cum sic
quam habet aut putat iure
iusticie et dignitatis elacionis
graviter elapsus, et turpiter elu-
sus torquetur dolore cordis,
contra ius et phas de se aliquid
fieri vel sibi aliquid inferri.
Nulli enim irascenti sua ira
e. videtur iniusta. Videtur sane
si videret. Cecat oculum, atque
si vapor ire firmatus. Unde et
impedit ira animum ne possit
cernere verum. Sacramento si-
quidem testabit iracundus se
racione moveri. Multos quos
natura vel virtus facit dissi-
miles, hoc una passio una
ymagine concolorat. Tabes
pestifera que primo sibi se inde
tollit ceteros, virulenta lues
que livore cordis exstincta, in
impar vultum humanum beluina
facit effigie. Hec ubi nature
decus nitet ingenuus ibi te-
trior iracundie macula patet
et patet oculis alterius persona paciencia
impeditur cum vita prelati vel

opere vel alterius comparacione oc-
casione cuiuspiam et quacumque lo-
cum apiens auctoritatem per-
dit et famam, que custodita mul-
ta custodit, neglecta desperatum
est et ruine. Non est despici-
endus rumor. optimus prepo-
na fame celebris rem minime
utilitatis promeruit. Ipse vero
quisque perdit auctoritatem cum
vita eius vitanda reputatur et
turpis. Potius quam digna
cuius quam vis. Ex comparacione
cum vita arguentis submissi-
or est vita sustinentis arguicionem
Et si non submissior utique non
superior. Ex hiis causis insanit
qui corripit et movetur qui ar-
guitur. Sic veluti cum lateribus
et fundo pendentis aeni, copio-
sus flamme voracis congeritur
ignis, singultat primitus fluitans
unda vago concavi vasis am-
bitum. Tumultuatur. Deinde
post albescentes spumas ter-
ras fimbriunda dat strepitus et
luctantes ac saltantes evomit
latices. Tremulisque flammis illap-
sa frenetos bibit ignes. Sic
litigiosus mordaci sui dolore
sauciatus egreque torquetur. Demum
multo sepius dedecore finit et
erit in vultu alterius vultum
pudicius et ore. **Quibus ex cau-**
sis principaliter oriatur.
Oritur etiam paciencia in
f. re difficili vel contraria tri-
a consideracione proprie originis
tum a dignitate auctoritatis
Ex consideracione proprie originis cor-
pore et multum adhibita racione
verum ipsam a primis intuentes pri-
ncipiis clarissime cognoscimus
aut peccati rem aliquam, nobis tam
inferri et iudicio legibusque divine
sanctionis operire et sunt eam
que capi videntur. Fieri et fieri

et vniuersaliter magna esse opera
domini exquisita in omnes volun-
ista et iste sanguis totaliter no-
sic corruptionis compulsima pa-
cientiorem et potentiorem sibi
communicantibus in vestimt valitudi-
nem et salutem Magnum est
omnium modo pietatis sacramentum
angelice attestationis oraculo
quod inquid in ea natum est de
spiritu sancto est de ipso ipsa vivi-
ficat Spiritus est enim qui vivifi-
cat / caro non prodest quidquam
Hoc nunc os ex ossibus meis
et caro de carne mea Hoc gra-
tanter accepto / et hoc concepto
quod cordibus singulorum visitacione
familiari benignius illabitur
ad consolacionem et ad illuminacionem
fervoris irradiat et ludit in or-
be terrarum et delicias eius esse cum
filiis hominum / Unde et Ysayas Se-
cretum meum michi / secretum
meum michi Ex hoc secreto illu-

stracionis gaudens se scitis signi-
ficans providebam inquit d.
in. con. m. s. q. a. c. m. ne. convone
ac Propter hoc letatum est cor
meum et exultavit lingua mea
Significatio commocionis est cum
quis preter expectatum ac solitum
cognitam complicatur omnia sibi
unde tepor pusillatus in flamma
nigram pinguescat affectus
in laudem deniqz exhibentis
et exhibitionis ammiracionem iam
corda precepit ac novos stupore
tollimur Quod contingit / tum se-
veritate timoris / tum pietate
misericordie illa feriente ma-
los ac operante inter bonos bona
De illa psallimus Dedisti metue-
tibus te significacionem ut fugi-
ant a facie arcus De ista mag-
nificavit dominus facere nobiscum
facti sumus letantes Et alibi
operibus / fac mecum signum in bono
ut videant qui oderunt me et
confundantur quoniam tu domine ad-
iuvisti me et consolatus es me
Quod geminus et si aptavit non
separatur tamen quasi singulatim
volunt impensi titulis et am-
vanius moneam et movem-
ab eis que evenientibus obvient
quam ab eis que remota et ex
antiquo cedentibus evangelizant

De quibus consultato preparationes

6 Sic et sic magnificat dominus
facit nobiscum magni-
ficabit et magnificencius
in futurum per preparacionem quiete
absolucionis / claritate resur-
rectionis eternitate visionis Si-
ciebat quietem absolucionis qui
cupiebat dissolvi et esse cum xpisto
Idem resurreccionis desiderans
claritatem Salvatorem inquit
expectamus dominum nostrum ihesum xpistum
qui reformavit corpus humilitatis nostre configuratum
corpori claritatis sue Et excellentissimus

theologus videns visionis
eternitatem similes inquit om
nibus ei qui v. e. s. est. Nam
veluti massa inquitatis ferri
ignea virtute coris forme speciem
induat et videtur pegna trans
figuratione non ignea sed ignis
tantum ita cum mortem ab
sorbuerit vita tamquam transibunt
toti in deum qui videbunt eum
Deus enim ignis consumens
est Et sicut helias quoque sig
nificavit qui exaudierit per ignem
ipse est deus Distinctio igitur
novem cause sunt quibus
admiratione compunctio deduca
tur forma ymaginis quo festi
nationis longanimitas sub
ventionis effectus sacrame
tum fidei sacrificium illustrationis
significatio commotionis quies
absolutionis claritas resurrec
tionis eternitas visionis Cum
bus appositis coribus sepe qui
devarius multas graciarum sa
cramentis ydoneo speculatori
cumulat in imagines Compunctio
has duas species pro aliis
quoque non solum pro nobis assu

Comminiscen- mendas.
dum etiam. quod habun
das compunctionis species
indignationis et gratulationis
non modo pro nobis verum
etiam pro aliis assumere de
bemus unde apostolus Gaude
te cum gaudentibus flete cum
flentibus Sed cum eas sive pro
nobis sive pro aliis assuminus
aliquando singillatim aliquando co
niunctim assuminus Singillati
assuminus cum vel amaritudine
sola torquemur pro indignatione
vel cum consolatione sola reple
mur pro gratulatione Coniuncti
assuminus cum comparamus et con
sideramus bona que contulit

deus et promisit et mala que
nos fecimus et promeruimus
Tali enim comparatione strictius
mordetur animus et acrius
in se ipsum plangendo validius
armatur cum sub eo respirat
intuitu et gratiam bonitatis quam
delatam et oblatam sibi per peccatum
esse despexit et saltem horrende
temeritatis considerat quod sub
oculis benivoli et beneficia pa
rentis in patris presentia sus
pendere perfecit. Inquod signum to
tus matris ecclesie conventus
diebus illis quibus celebrem
pascha celebrat adventum re
fugat quoque se ieiuniis tam
quam iudicio bonorum vel in memoria
malorum. et tamquam carnes agni
cum lactucis manducamus agre
stibus. Inquod etiam signum leuiti
cus postea quam hec ipsa fes
tivitatis die precepit offerri deo
te mentis compunctio lucem
tunc demique sine sermonem
interserens. facietis inquit
sacrificium peccato Unde sit ori
go lacrimis que pietatis illarum
et que portio spiritualis ad eas

Inadit animus in se tamquam
progressione Unde sit origo la
crimis que illarum pietatis et que
ad illas portio spiritualis Cor
huanum per passionibus gaudii
vel tristicie tangitur. dissili
semper ac naturali fatigatione
ropatur Dilatatur gaudio. tri
sticia stringitur. Ut utriusque
passionis agitatum fumigat
Cum fumus superiora cerebri con
scendens et humoribus omnibus in
mixtus lignatur in aquam et per
oculos lucifereos faciens viam
egreditur pro contra fortasse dicat.

dependit humus in terra eius / quod
compunctio que humus dicitur quia
ex humo nascitur terram mitigat
creatoris De decem proprietatibus
lacrimarum / sequitur capitulum
x. His quinque naturalis lacrime
principaliter habent / et secundum
eundem numerum consimiles
gracie spiritualis retinent effectus
Naturaliter humide sunt / calide
sunt salse sunt Ab eminenciore
semper procedunt / faciem attenu-
ant oculos vermiculant / visum
obnubilant / mitigant tristicias
turbant capud provocant sompnum
Proporcio prime proprietatis ad efficaci-
am spiritualem / sequitur Capitulum
y. Humor rigat arencia ignea
extinguit purificat immun-
da. Sic lacrime eo quod
humide sunt desistentibus com-
puncionis ariditatem in fundere
et rigare sufficiunt ut succedente
copia / segetes morum / et flores virtu-
tum in disciplina agriculture
celestis exuberent et proventus
preciose germinis vinearum ac-
cionum nostrarum. fluens operiens
splendidam virentibus paradisi
ymagine concoloritur in nobis
effigiet Sic enim dicitur ad nos
Emissiones tue paradisus malorum
punicorum cum pomorum fructibus
Dicemus et nos Etenim dominus
dabit benignitatem et terra nostra
dabit fructum suum Item eo quod
humide sunt intelligi datur
contrarie fortitudinis ignitis
immissionibus tales esse quia eas
Igneumque libidinis qui deprehendi-
tur in eis usque ad predicacionem de-
vorans et omnia eradicans ge-
mina non ardere in nobis
nec urere nos sed madenciu
lacrimarum rivulos stringimus

ei Necnon eo quod humide sunt
continuus eas tergere et abigere
turpitudines sordium ut spirituali
et tali lavacro pro restaurata
decori amatorie laudis eulogia
despe et ad se fidelis anima can-
tari letatur Quam pulchra es
amica mea quam pulchra es
Et rursum Tota pulchra es amica
mea et macula non est in te
Proporcio secunde ad suam proprieta-
tis efficienciam sequitur capitulum
a. Calide enim sunt quia calore
cogente egrediuntur ab oculis
nam et olla septa candenti-
bus flammis passione concepti
ardoris respirantes latices per ora
rotunda clamorem expellit / sic spi-
ritus subite commocionis calore
concussus / calentes et per duplices
ces ortus oculorum ruentes un-
dulas subtrahit pendencia porta vo-
lutat / Sequitur calida replica come
datur usum cauda coquit / infir-
mitates lenit / frigus expellit
Hoc modo lacrime calidas cogita-
tiones coquunt infirmitates tem-
ptacionum temperant. noxiam inor-
tiam et malicie frigiditatem
excludunt Spiritus vis aque ca-
lentis una cum tacta relidit
et ledit et compunctionis ardor
carnalibus viciis imitatur et obstat
Proporcio tercie ad suam efficaciam
b. Salse sunt pro condimento
corporis optimum cum saucies
docentium oblectacione dulcedinis
multe de multis Cibi cocti no-
salsis laticibus respuuntur non sapit
cordi / faucibus non rident /
fastidio denique sunt / Hoc modo
oracio leccio operacio si precedunt
compunctionem precedunt oblectacionem
Unde legis auctoritate legis pro
hiberi sacrificium ut fruit sale conditum //

vidit quidam cum aspiceretur
et effunderet precem quem sense-
rat saporem in lacrimis et pocu-
lum meum cum fletu miscebam
Proportio quarte ad quartam
·c· Abominatione semper depen-
dunt ut hec emissione
sequente sunt dignitatis et glorie
significatur aut ut saluus p[ro]p-
ter curiositatis qua mulier
acta vidit lignum quod pulchrum
esset ad aspectum et bonum ad
escam culus diluuerunt taliter in-
primetur Scriptum est enim per
que peccauit homo per illa pu-
nietur Proportio quinte ad quintam
·d· Faciem attenuat qui
speciem timide cernis
absumpta summe cogni-
tioni subtilitatis acumen dominum
largiuntur intelligentie prioris
faciebus enim typus est cognitionis
quia corpore et per eam alius
ab alio cognoscatur Nam licet
et actibus probus a faciebus cu-
tionis et plenius actibus discer-
nimus cum cernimus faciem
Et propter diu conpunctionis
cognitionem summe gratiam intelli-
gencie prioris adiungere Quia
principium cognitionis est scire se-
ipsum et quisque hoc cognoscitur
se vacuus quo fuerimus dolere
conpunctionis afficiatur Sunt
contrarie faciebus attenuat quia
quidquid magnum utile secundum
carnalem habitum estimatur
exprimant Quia enim pars potior
est in homine tum utilitate
tum dignitate et si decus fac-
tum in optatis anatura primant
cultibus aptatur ornatur stu-
diosius Proportio sexte ad sextam
·e· Oculos vermiculant diuinis lu-
cidos casti amoris affectus
decore purpurei coloris aug-
mento gratie prioris coornant
Inde significande declaratur oculos
formam amoris habere quod eos
ad eos quos multo cotidianus amore
clementer et frequenter aspicimus
vertimus et auertimus ab eis
quos odio habemus aut despi-
cimus Scriptum est enim ubi a-
mor ibi oculus Et econtrario
dici possimus ubi non est amor
non est oculus Unde de quibus-
dam proicientes me post terga
dederunt me oculos suos statue-
runt declinare in terram Et con-
trario sanctus Oculi mei ad fide-
les terre ut sedeant mecum Denique
in lectione veteris testamenti assidua
repetitione locutio ista vulgatur
ut dicatur quis gratiam habuisse
vel quesisse in oculis alterius
taliter significante scriptura
eum dilectum fuisse vel quesisse
dilectionem Hinc est etiam quod
videns dominus ciuitatem fleuit
super eam et visus ab eo petrus
fleuit amare et aspiciens oculos
in discipulos docebat eos Eo quod
his et quorum similibus colligitur
visus oculorum affectus exprimere
animorum vel amorum Igitur
oculi et qui exprimuntur ab ocu-
lis casti amoris affectus pul-
criores et rubicundiores effici-
untur lacrimis Proportio vii ad septimam
·f· Visum obnubilant quia
ne detineantur in minus ne
temporalibus inhereant prius obtu-
tus aciuerunt Que enim videntur
temporalia sunt que autem non viden-
tur eterna dicit Iob Pepigi fedus
cum oculis meis ut ne cogitarem quidem de virgine
Et iterum Si vidi lunam incre-
dentem clare et solem cum ful-
geret de super et per duo maio-
ra luminaria quandoque magnifica

decoris et glorie estimari in mun
do pt se respuisse significans
Unde propheta Averte oculos meos
ne videant vanitatem Et vanitas va
nitatis vanitatum et omnia vanitas

Portio octave ad primam :–

Mitigant et tristicias huma
.g. nae secularis tristiciam lacri
marum corporaliter tempestas
per dolorem prorsus suggestione
conceptam. Ex remissionis fidu
cia blande deliniunt et tristiciam
prolongati incolatus spe futurae
repromissionis remissiorem faciat
emissio lacrimarum unde fuerunt
michi lacrime mee panes die ac
nocte etc. Plane tristicia lenitur
cum voluntas impletur et vo
luntas adimpletur cum ei quod
vult et quantum vult et quo modo
vult plangere et lugere conceditur
Unde quod cor novit amari
tudinem a. b. m. g. e. n. m. e.

Portio none ad primam :–

Turbantur et carpunt etiam
.h. sensus in capite ideo quod
caput sensus rationalis
exprimitur Ut illud actus partibus
sic his actus anime potencie an
fatur ac per hoc dolore capitis
dolorem intelligimus rationalem
dolorem optimum dolorem denique
spiritualem ratione dignum et hone
stus sequitur compunctionem que
ex compunctione oritur quia qui
apponit sciam apponit dolorem
Dolor igitur capitis dolor ratio
nalis et signum et effectus est
validissime compunctionis Multi
sunt quorum compunctionem dolor
non sequitur capitis quia sub
emite occasione vacant mollescunt
sciunt turbant securitate lenitate
cuius tepefacti pectoris discretio
Denique qui dolore puerili et se
culari movetur dolore capitis
dolore non rationali turbatur

Video alium sensum nec invideo
videnti Caput viri Christus qui
ius capitis dolor sequitur com
punctionem quia duo latere et
alatere lacrimarum gurgite ora
vultus eius natant. Hoc fortiore
rememoratione dolores quos
pro nobis mediator sustinuit
revolvere et sentire debemus Con
sonat huic sensui quod Iob qui
dicitur dolens dicitur habitare in
terra Hus que vertitur in consola
torem quia terram consolatoris
et spiritus sancti incolimus qui
cumque doloribus capitis fideli
pia fide et fideli pietate condo
lemus Non est vehemens com
punctio que dolorem huius capi
tis sentire non facit Quare fa
sciculus mirre dilectus meus
mihi inter ubera mea commorabitur

Portio decime ad primam :–

Nocentissime sompnum provo
.i. cant non modo naturalem
sed etiam spiritualem famis sa
cietate quietem querit lassitu
do Natura fatigata de se ipsa
et intra se ipsam requiei appe
titu venit in soporem et provo
cans amica tacentibus sompni
suavitate recreanda sepelitur
Hic spiritus religiosa vocatus an
xietate a strepitu mundane solli
citudinis sensus avertit et grato
quiete contemplationis sopore
solutus dormit cum Iacob in Be
thel et sub umbra inimicorum cum
Ecclesia et dormiens ymagines
speculatur angelicas et misticas
visiones amirantur Dicat ergo Ego
dormio et cor meum vigilat
Necnon et illud In pace in id
ipsum dormiam et requiescam
Et de ea adiuro vos filie ierusalem
ne suscitetis neque evigilare

satiatis dilectam quousque ipsa
velit. Hii ergo effectus spirituales
secundum suas naturas conve-
niunt in elevationi et gratula-
tioni tamquam irriguo inferiori
et irriguo superiori que suspi-
ravit Axa cum aspectus et petiit a
patre suo Caleph ut in uno
corpore secundum titulum dedicationis
ad vesperum demorabitur ei fletus
in altari ad matutinum leticia
et in vespere ad altare sacrificium
in matutino ad altare thimia-
matis accedat immolatura

De duplici impedimento compunc-
tionis et de duabus speciebus
primi impedimenti Capitulum

Impeditur autem compunctio
tempore et occupatione Tempor
oritur ex corruptione ymagina-
·k· tionis et ex immissione spiritua-
lium speculationum propterea ymag-
inationum trahitur in aliquam
tam ludificatione tam impu-
ritate Quibus enim modis
munditia cordis acquiritur eis-
dem per contrarium amittitur
Corrumpitur autem per varium est
et ab illicita immissione cogi-
tationum et a fantasiarum con-
·l· gestione multiplici Cogitatio
indicatur reprehensibilis per mo-
ram et per assensum. per moram
cum non repellitur statim ut
concipitur sed per aliquantulum
moram quia sicut eius produ-
cit molli cor delectatione pun-
git voluit ac mulcet Quod
et si non comitatur nec parvatur
assensum dico tamen haud dum esse
ferendum sed statim offendum
et defendum ad confessione
propter quod dicitur Quousque
morabuntur intra cogitationes
noxie Per assensum est cogita-
tio condempnatur ad ea opere
complenda animo inclinato
Et hoc quoque arguitur cum dicitur
Auferte malum cogitationum vestrarum
ab oculis meis Psalmus dixit
cogitationum non cogitationes
malas Malas autem cogitationes
quia impossibile est auferre
non est reprehensibile sentire
tamen moras tollamus eis et
·m· assensum Non modo enim cogita-
tiones illas que peccata mittunt
verum etiam illas que ad peccatum
non movent ut sunt fantasie
multiplices reprehensibiles dicimus
Cum moras eis ex industria facient
sicut enim locutio ociosa non
fugit reatum sic ociosa cogita-
n· tio sub culpe indicio cadit Cum
inimicus igitur multis simulacrorum
dolorum formis fugiat quemlibet
captatur ad fletus se non esse
flexibilem pasceris enim mille
figuris sine specie pietatis simu-
lent sine fortitudinis sine sapie-
ntie sine honoris sine cuiusquam offi-
cii sine in plenae aut levitatis

Item de aliis impedimentis speciebus

o Succedit desine spiritualium
speculationum intermissio
quia qualiter cogitamus
taliter actitamus et unaquaque
arbor de fructu suo cognoscitur.
Si filii inquit Abrahe estis opera
Abrahe facite Sed qui soliditate
destitutus ventibus agitatur
interius et turbine curiositatis
afflatus sensim vadit et cadit
indissolubiliter et condunabilia
deserens nec mollit potentes/o-
ciosis actitandis proximus in-
sistit et incorrigibilis Intermissio
enim indicatur tam in officiis quam
in studio Non enim quotiens sic
quam studium deserimus deserimus

·/· sensim ad verbum i. paulatim est enim ad verbum remissivum quia qui moriuntur et paulatim tendunt sensum faciunt et sensum sunt secundum Hugonem

officium. Nam in studio notatur indu-
stria ipsa et diligentia, executor vero
in officiis ipsa materia rei. Unde
hoc faciamus que facienda sunt
ni tamen ut sint facienda faciamus
stipendia maledictionis exprobra-
tionis quoque referimus timentes scrip-
tum est enim Maledictus qui opus
dei facit negligenter. Et alias vult
et non vult piger. Etenim cum primo
di est incumbere supplicationibus
officiis vacare divinis, operam im-
pendere lectioni, ceteras promisse
religionis observancias, arta de-
bite devotionis custodire desistit.
Deinde iactatur ex hoc in illud
ad omne negocium curiositatibus undique
auffert. Silencium pena, disci-
plinam tormentorum vice compensat
Oculis quibus certa respiciat se-
pelitur non respicit Capillos
curat, et linguam loquacitate
ingerit. Hoc laqueo antiquus ini-
micus mulierum infelicem decepit,
que levitate oculi volubiles ocu-
los manusque rapaces ad arbo-
ris interdicte ramos tetendit. Et
uti iracundos ardores rogi in-
plicantis cum grandem viribus
collectis involuerit materiam di-
ficile est gelidis aquarum fluen-
tium undis extinguere sic nec di-
citur nec mundatur acceptis aquis
eius et tot mendacibus delusi-
ymaginibus picturis volunt-
inanes, et corpus assidue rota-
tur ad discolas ineptias gestuum
et gaudiorum indecibiles usus.
Aufert itaque tepor compunctionem tollitur
quia nec madidos vultus leni-
tate nec secretos gemitus yma-
ginationibus reddit. Dimissaque enim
teporem in levitate et in yma-
ginationem, et rursus levitatem
in officio et studio intermissionem,
iterumque ymaginationem in ludifi-

cacionem et importunitatem. De dua-
bus secundi impedimenti qualitatibus

.p. Occupacio similiter tollit compunc-
cionem. quia cura rei fami-
liaris et compunctio spiritualis
non diu conveniunt, nec in una
sede morantur. Dum enim sollici-
tudine curis distrahitur quem
familie cura et provisor eligitur
Et quid agat, qualiter ordinet,
qua vertat et convertat disciplina
rebelles, qua gratia decibiles
decibiles quoque conciliet, pertinet necessi-
tate rerum pertinet estuante caritatis
affectu providere compellitur. Sollici-
tatur ergo et turbatur erga plurima
sepe et plurimum et quasi per calamus
duobus unus tenuissimum et an-
gustissimum rotundeque longeque ca-
vitatis foramen habente alio patu-
los meatus vel hyatus et lar-
gissimi oris patente introitu
haurire volens de duobus vasis
vinum et aquam, incipit utrius-
que liquoris per illud tamen, que
fistula capacior habetur sentire
liquorem, sapori poculis cure
famulantis correspondeat, incipit
dulcedinis percipere gratiam, nec est
nectareos festine compunctionis
bibere liquores. Deinde venera-
ciones divini officii recte quidem
sed non devote celebrantur. Sic in-
quietatur cum compunctio est. Dividi-
turque occupacio in privatam et
publicam. Privata est que propter
alios non spectatur, que propter
alios spectatur publica. Et ut
electiore signemus appellacione,
occupacio dividitur in negociacionem
et amministracionem. Negociantur
enim qui ceterorum vite magiste-
rio discipline invigilant. Am-
ministrant vero qui operis pu-

famulatu, preter circam alterius ad alterius vberrimam obedienciam inclinant. Utraque occupacio tollit comprimitionem. aut propter assiduitatem aut propter in mensitatem propter assiduitatem si frequencior sepius quam oportebat, propter in mensitatem si ponderibus virium conatibus excedat. Unde comprimacio oriatur per remocionem sequitur capitulum

·q· Ex predictis eciam est colligere causam unde comprimacio reasatur. Si enim sibi providenti ad torridos ignes et violenti graviam aeris hyeme temperiem, dicitur calorem impedire temperiem, intelligere utique debet ignes extinguendos vel muniendos aut fugiendos iniectione laticis, disposicione lignorum mutacione loci. Sic pariter hoc quia comprimacio tempore et occupacione reliqua languescat auferat illa et illa non auferat dimoveat illa et illa non moveatur. Disciplina querit optimus interius puritatem. habens siquidem manus et oculos integre. Continet enim scriptura Omni tempore sint vestimenta tua candida et oleum de capite tuo non deficiat. Et in canticis Pone me ut signaculum super cor tuum ut signaculum super brachium tuum. Primi vero ipsius por disciplina exterius. altera monet interius mundiciam. Item vero alius ordine ubi ideo quod qui comprimacionis donum incipit habere primum sibi faciat consuetudinem reluctetur antique, faciat quod non vult, quod vult non faciat. Assidue peccatis et teneros diminuat. occupet oculos litteris. vinciat manus pedes in hibeat sedens non facile purgat firmat quiescere.

linguam et oculos Semper omnia aliquid corporis utilium sibi proponens inaciam sepe memoriterque retractet. Interdum aliquando lacrimas violencia talis una torquente per oculos sanguineos fundit lignorum. Taciturnus mole corporis et corporis inconveniam minuit grana farinam, laboribus laboriosa comparanda sunt venalia, queritur fori tumultus. Nos secreta loco singulari letatur. Sed quia hiis dictis animus satis liquet de paucis et perpaucis binarium comprimacionis esse significativum transitum ad cetera faciamus

Sub quinta distinctione continetur significaciones a tercia decima usque nona decimam cum capitulis suis que sequuntur.

Tercia decima dualitas ecclesiam significet et exempla significacionis cum expositione exemplorum capitulum primum

Alia eiusdem significacionis exempla et exposicio exemplorum II

Item alia racio cur binarius comparetur celo III

Quarta decima significacio cur Christum integre significet binarius IIII

Quinta decima significacio cur merita actionum binarius signet V

Sexta decima significacio cur unitatem comprimat binarius VI

Septima decima significacio qualiter regnacio unitatem binarius comprimat et cur celebretur in aqua VII capitulum

De comparacione aque et spiritus VIII

Octava decima significacio qualiter binarius divina scripturam significet IX

De sermonibus significacionis exemplis et exemplorum exposicionibus X capitulum

Item alia exempla et exposi-
cio eorum XI
Deinde exempli alia exposicio XII
De quodam ydiomate grece
et latine locucionis XIII
Alia racio quia scripture divi-
ne dualitas assignatur XIIII
Scriptura novi testamenti distinctio XV
Semina veteris instrumenti
divisio XVI
Nona decima significacio cur
fidelium ordinibus duali-
tas adaptetur XVII
Exempla istius significantie
cum exposicione XVIII
Itemque alia exempla et expo-
sicio eorum XIX
Item de aliis XX
Amplius etiam de aliis XXI
Adhuc quoque de aliis XXII
Explicit registrum capitulorum
Incipit binarius ecclesiam si-
gnificet et exempla significa-
cionis cum exposicione exemplorum capitulum I

Electorum beata societas
ecclesia vocatur
et ea est iudeorum
et gentium. De quibus
cum loquitur apostolus
iudeos circumcisionem
gentes appellat preputium. Et mi-
nus populi et si diversi sunt non
tamen diversa sed eciam una sunt
nec duos aut diversos sed deum
unum modo uno colunt. Et quod
totum opera et mea sunt cogno-
scatur. Alias oves habeo que
non sunt ex hoc ovili et illas
oportet me adducere et fiet unum
ovile et unus pastor. Diversi-
tas enim per alias, unitas eccle-
sie per ovile unum, deus unus per
pastor unus exprimitur. Et itaque
abili coniuncture feminum duorum
sunt monilia que fabricata sunt
manu artificis. Coniunctura enim
feminum duorum, duorum est socie-
tas populorum. Qui comparantur moni-
libus expressio fidei, et caritate
iusticie. Sed manu artificis fab-
ricata dicuntur quia per morte filii
qui unicus est patris in eandem
fidei ac vite devocionem coadu-
nantur. Artificem enim patrem
verbi intelligo, quia in principio fe-
cit deus celum et terram et cetera
que genesis scriptura prosequitur.
Quod autem filius manus dicatur
et sit inde docemur. Levabo
ad celum manum meam et dicam
vivo ego in eternum. Hinc est quod
soli deo alta promissionis loco
innocte tulere quia non est sacer-
utriusque populi societas donec cru-
cifixus et iusticiis Kotaus
in cruce pependit, quia nec duos
parietes nisi per lapidem an-
gularem potuere coniungi. Duorum
sane porticorum prior est populus
iudeorum qui quod ferebat non
videbat, sequens gentilis qui
videbat quod ferebat. Unum
multi reges et prophete voluerunt
videre que vos videtis et non
viderunt. In eandem convenit
explanacionem turba que seque-
batur et que precedebat dominum
ierosolimam introeuntem. Et filii
abrahe duo et filii ysaac duo,
et filii noe duo, differentia tamen.
Filii enim noe duo electos, abra-
he autem et ysaac filii duo
electos et non electos ex utroque populo
figurant. Sem enim noe filius
qui dicitur nominatus electos
illius exprimit populi de quo dicitur
Notus in iudea deus in israel
magnum nomen eius. Japhet
vero qui dicitur latitudo cum
ad quem dicitur longos fac fu-
niculos tentorii tui et pelles
tabernaculorum tuorum dilata. Red-

desponsatam eam et ad lenam pace
tribus et semen tuum gentes
hereditabit. Hec et due virge
que dicuntur in zacharia una
decor et altera funiculus eidem
sponso subserviunt. Cui enim dicitur
Audi filia et vide et inclina
aurem tuam et concupiscet rex
decorem tuum. ipsa est virga deco
ris. Pars autem domini populus
eius. iacob funiculus hereditatis
eius ipsa est virga funiculi. Illi
quoque duo petrus et iohannes
qui currebant simul. eandem
utriusque populi significationem gere
bant. Johannes enim qui gratia
interpretatur et petro citius ve
nit ad monumentum non tamen
introivit. Synagogam expres
sit que dei gratiam in lege re
cepit et prophetis que prior populo
gentium venit ad fidem non tamen
prior vidit illum ad quem per
veniat fidem. Petrus autem
qui dicitur a petra super quam
ecclesia edificatur. et qui monu
mentum ingreditur primus ty
pum gerit ecclesie novissime
quidem venientis sed prime
ingresse sanctuarium dei per me
resurrectionis agnoscentis
locum misteriumque ut glatur
et dicat Introibo ad altare dei
ad deum qui letificat iuventu
tem meam. Et in cantico a
moris Introduxit me rex in
cubiculum suum. Alia eiusdem
significationis exempla et ex
positio exemplorum. capitulum iij

.6. Hanc utriusque populi unita
tem taliter describit ysa
ias. In die illa sibilabit
dominus musce que est in extre
mo fluminum egipti. et api que
est in terra assur. Egyptus vitet

in tenebras. flumina autem colluvies
criminum et viciorum operariis
inter omnia flumina egipti nil
lum longinquis ydolatria.
Muscam igitur intelligimus
populum gentium in mundum carnis
et sanguinis sectatorem, seden
tem in tenebris et in umbra mor
tis servientem creature potius
quam creatori qui est benedictus
in secula. Assur interpretatur in ar
guentem. Id est spiritus sanctus
qui arguit mundum de peccato.
et de iusticia et de iudicio. Apis
iudaicum populum exprimit custodem
utique per cultum unius dei et
auditum in lege et prophetis
sed tamen que retro sunt respi
cientem pro carnali permissione
temporalium. Apis quippe tria hec
significat quia et sine coitu
nascitur et mella condit ore
et cauda pungit aculeo. Hec
quidem habuit seorsum in deserto ubi
terra assur erat qui tabulas
scriptas digito dei acceperat. et
gentilis in extremo fluminum e
gipti erat cum procul a cre
atoris creatore recesserat. U
trique sibilavit dominus utrosque
per gratiam inspirationis occulte
ad fidem unam vocato et gra
ciam. Impios etiam quos per
sepultura et divite quem de
dit dominus pro morte sua gen
tili et iudeo quos acceptamus. Nam
et illum tamquam sine cultu dei
et sine pietate et istum divitiis
legis. et prophetarum habundantem
virtute crucis et sepulture tra
xit ad se. Peccator etiam ac
menstruata in quorum ablu
cionem dicit zacharias egre
di fontem de domo david iu
dei et gentilis subeunt in baptismum

Item alia racio cur binarius
comparetur ecclesie. c. iij m.
.t. Nec tantum hec ipsi domino sub fide
dei unius una ecclesia est
sed etiam omnium electorum eciam
et immortalium hominum ordo spiritum
ecclesia una sunt Nam ut ecclesia
una esset angeli et homines / fac
tus est homo conditor angelorum
et hominum pacificans que in celis
sunt supernis et que in terris decor
sunt Unde in cantico filiorum chore
vie secunda [illegible] Montis syon latera
vero aquilonis civitas regis ma
gni Montis syon firmitas est an
gelice celsitudinis. latera aqui
lonis successio mortalis que
per peccatum mota erat et in hoc
sperat ei qui sedere elegerat
in aquilone sibi Nunc autem
et montis syon et latera aqui
lonis non civitates due sed ci
vitas una sunt / et cultu et
agnicione unius dei Inde
rei signum celebre illud ymnum
in misse sacramentis compositum
est et canit ecclesia cum per tem
porem chorum angelice multi
tudinis cantare audiunt ympnos
et suscipit / sequente obviam
turba domino velud introeunti so
llempni voce canit Sanctus
sanctus sanctus dominus deus et cetera usque
in excelsis Igitur quoniam ut ex
collatis docemur exemplis
ecclesia considerata in natura
sone et personas ut in hominibus
et angelis conveniens sit quod
scripturarum exegit locus bina
rium ecclesie comparavimus
Cur propter integritatem sit binarius
.v. Christum etiam integrum
exprimit binarius quia
christus est non modo caput

ecclesie / sed etiam fideles Unde
Nolite tangere christos meos Id est
si fideles christi christi sunt ymmo
quia sunt christus est etiam
unus cum ipsis fidelium / unde Jo
hannes apostolus ad fideles /
Vos unctionem accepistis et unc
tio docet vos de omnibus / Christus
enim a crismate dicitur Inde
in distinctione vero quod caput
et membra unum sunt / et christus
unus illud profertur quasi plu
Quasi sponsum decoratum
corona et quasi sponsam or
natam monilibus suis Et
illud Iterum sponso alligavit
michi mitram et quasi spon
sam circumdedit me ornamento
Inquibus verbis dum eadem
persona sponsus dicitur et sponsa
manifeste christus integer spon
sus innuitur in capite / spon
sa in corpore / quia caput et
membra non duo sed unus est
christus propterea binarium il
lius esse significatum Cur
vita actionum binarius significet
.x. Meritum actionis et re
tributio totius operationis
et vite in duo dividitur in gloriam
regni / et in duriciam tormenti /
Qualis actio talis retributio
Qui bona fecerunt ibunt in vitam
eternam / qui vero mala in ig
nem eternum Unde veritas cum
premissis quibusdam parabolis
doctrinisque vite invitamentum
fecisset subiciens per omnibus ait
ait scriba doctus in regno celorum
.ij. similis est homini qui profert de
thesauro suo nova et vetera
De thesauro enim suo profert
nova et vetera qui verbum fa
ciens exhortationibus / terrorum
ordinibus [illegible] per /

variat et in istis proponit premia
regni que mulceant, in ministris
tormenta que terreant. Et iste
premia in storum nova dicuntur
quia innovatis et novum indue
tibus hominem promittuntur et
tribuuntur. Tormenta vero vete
quia facientibus ymaginem vete
ris hominis inferuntur. Denique
quia que vetera dicuntur et sunt
corruptionem habent, que nova effi
caciam et utilitatem. Dicit enim
de impiis Quamplurimum corpus vete
rescet in inferno a gloria eorum.
De gloria quoque sanctorum Vidi ci
vitatem novam sanctam iherusalem
descendentem de celo. Et alibi
Qui vicerit faciam illum colump
nam in templo dei mei et scri
bam super eum nomen meum
et nomen civitatis nove ihe
rusalem. Ergo omnis actio no
va erit retributio nova erit
Et omnis actio vetus erit remu
neratio vetus erit. Et utraque
recompensatio iusta erit, quia
ut bono bonum malo malum
retribuatur, bonum et iustum est.
Merito igitur per binarium
meritum intelligitur actionis
quia meritum actionis et re
tributionis dicit et est in novis
veteribus que subsistit. De in
vinusitate exprimat binarius

a Vinusitas partim secundum
processum temporis, partim
secundum statum consideratur.
Secundum tempus in prosperis
et in adversis in vita et in morte
Secundum statum in vita que nunc
est et futura in visibilibus
et invisibilibus. Processus ille
rerum qui est in prosperis et
in adversis in vita et in mor
te exprimitur in scripturis appella
tione diei noctisque, adversa

caliginem et mesticiam in simili
tudinem noctis, prospera serem
tatem habent et lucem in simili
tudine diei. Item vita est tempus
operationis sicut dies, mors tempus
otii veluti nox. Unde de mor
tuis Amodo iam dicit spiritus
ut requiescant a laboribus suis.
Item in vita spiritus regit corpus
ut sol mundum in die, in morte
occumbit, quasi sol in nocte
neque tamen iterum iste processus
nomine diei et noctis, verum etiam
per mane et vesperam eadem
ratione exprimitur. Verum etiam
ille processus qui secundum statum
vite qui nunc est et future vel
visibilia et invisibilia conside
ratur. Eadem nichilominus
appellatione figuratur. Vita
enim que nunc est nox et vespera
est respectu illius que futura
est. Nam quod vita que futura
est dies sit et mane, et ratio
natis liquet et hominis probatur
exemplis. Quia melior est
dies una in atriis tuis super
milia. Et mane astabo tibi
et videbo. quoniam non deus vo
lens es. Visibilia quoque nox sit
et vespera respectu invisibilium
eo quod in illis nec decor sit nec
species in istis utrumque. Denique
si auctoritas taceret ratio pro
baret. Processus rerum secundum tempus
et secundum statum dividi sicut
diximus oportet. Varius enim et
instabilis rerum eventus sibi succe
dunt prospera et adversa vita
et mors, presentia et futura
visibilia et invisibilia. Qua
liter regenerationis misterium
exprimat binarius et cur ce
lebratur in aqua

b Regeneratio que secunda vel altera generatio intelligitur. Et merito. Nam natura humana que primam nativitatem sumpsit ad penam, alteram recepit ad gratiam. Dignior est porro subsequens, quia quod de carne natum est, caro est, et quod de spiritu natum est, spiritus est. Hac modo dignior sed et felicior, quia illa fit in dolore et in inquinatione peccati. Hec celebratur in leticia et sanctificatione virtutum. Leticia pellit dolorem, sanctificatio tergit iniquitatem. Unde et sacramentum regenerationis in elemento natura dispensatur illius, cuius liquoris horum utrumque congruentissima sue proprietatis similitudine figuratur. Motus enim aque currentis typus esse videtur leticie consolantis. Quod quia inmunda decorem restituit et contingit calida, species est gratie que spem auget et addit, et passionum igneos estus contingit. Preterea et facies visus humani ymmo formas rerum universaliter ea semper astancium effigiat. Misterium est eiusdem gratie spiritualis omni inest, quando quod inest aliis in qua et per eam cognoscitur ac videtur qualitas nature. Spiritualis enim iudicat omnia et ipse a nemine iudicatur. Propter quod merito potius celebratur sacramentum regenerationis in hoc quam in alio elemento, quia hoc potius quam aliud elementum gratie significat sanctificationem que habundancius in hoc quam in ceteris manet tribus misteriis.

De proportione aque et spiritus

c Ergo in sola aqua est regenerationis misterium et non in sola aqua. Dum necessaria sunt hec d sed nichil utrimque. In sola aqua est quia in hoc solo elemento dispensatur et non in ceteris. Terminatio est et in spiritu, non est in sola aqua. Quod autem sit et in spiritu veritas dicat, cuius verba spiritus sunt et vita: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non introibit in regnum celorum. Et itaque: Qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit. Fides enim vel credere donum et opus est spiritus sancti, dicente apostolo: Altera fides in eodem spiritu. Tamen ipsa que gratie dicitur baptismus ex aqua fit et per aquam. Hoc enim id quod visibiliter facit et est operatione facit et est. Quod vero fit sacramentum et virtutem sacramenti facit, ex virtute spiritus fit et facit. Nam spiritum sanctum diligere et eligere aquas scripturarum testimoniis sufficienter insinuamur. Unde est illud: Flabit spiritus eius et fluent aque. Et illud: Qui descendunt mare in navibus facientes operationem in aquis multis, ipsi viderunt opera domini et mirabilia eius in profundo. Denique huius sacramenti ymago dum rudibus mundus prius occulte vultus dividebatur creature, quibusdam pingebatur coloribus, et creat et potuit videri in generatione, quod nunc in regeneratione potioris celebratur virtute misterii. Spiritus inquid domini ferebatur super aquas. Et hoc vobis signum, quod ex aquis primitus species illa creature processit que spiritum vitalem accepit, multiplicationis insuper beneficium promeruit. Proinde in aquis et super aquas spiritualia celebrantur sacramenta mirante. Ex-

Iordanis qui fluuius
habet duo capita
vz yor et dan vnde
componitur

thel scilicet fluuium chobar celos
vidit apertos et visiones mira-
biles et multiplices. Eodem die
et mense super aquas baptismatis
xpi vidit iohannes spiritum descen-
dentem sicut columbam cuius
super quem illa descendebat
plenum gracie et virtutis eiusdem
incepit in vndis. Exinde nobilium
aquarum cetera fluenta gratis
obediebant et ad spiritualem
officium contra naturam. Legimus
campanas cereas consumpsisse per
capites et pallio dimissos et sor-
dentis lepre vlcera tulisse etiam
cecis pristinum reddidisse et sa-
porem et calorem indidisse
vitri lignoris. Hec operatur maius
qui ferebatur super aquas vnus
atque idem spiritus. Quod intelligens
vir theologus non dixit patres
nostros baptizatos in mari sed
primum in nube et post modum
subiecit. Mare enim spectat ad
aquam nubes ad spiritum. Nubes
enim vmbraculi vite et virtute
feruidi temperat solis ardorem
et intemperacionis sue tempore
solatium refrigerii largitur et
obicit estuanti. Sic quia nube
obumbratam esse marie gabriel
significans spiritus ait sanctus
super veniet in te et virtus altis-
simi obumbrabit tibi. Denique
tanta coniunctio est inter aquas
et spiritum sanctum vt aquarum appel-
latione spiritus sanctus significatur
veritate ipsa dicente. Qui in me cre-
dit sicut dicit scriptura flumina de ventre eius
fluent aque viue salientis
in vitam eternam. Quas aquas
exponens ewangelista. Hoc
autem inquit dicebat de spiritu quem
accepturi erant credentes in eum.
Ex nomine igitur sacramenti
regeneracionis ex aqua consistit
et spiritu. Vel secundum apostolum

ordine non eodem sed semper eodem
in nube et in mari non venimus
signis scripturarum corrigit pater
tuus ne locus binarii regeneracionis
compare sacramento. Qualiter
binarius scripturam diuinam facit

Scriptura diuina in vetus
testamentum diuiditur et
nouum. Scriptura illa que
sacramenta signabat et pro-
missa petebat prius domini enim
domini aduentum dicitur vetus
testamentum. Scriptura hec que
sacramenta fideles emulantur
et promissa per aduentum domini
dicitur testamentum nouum.
Vterumque dicitur id quod dicitur
et secundum tempus et secundum simi-
litudinem et secundum operacionem. Se-
cundum tempus quia illud datum
est multis ante temporibus. Hoc
nouissime diebus istis. Et ideo
illud dicitur vetus hoc nouum quia
illud prius hoc posterius. Secundum
similitudinem quia sicut vetera
deficiunt noua vigent et per-
manent sic lege prima cessante
noua virtutis sue peragit et susci-
git tempora. Et licet lex prima
in sacramentis et in promissionibus
deficit et periit in preceptis tamen
viuit et permanet. Vnde sponsa
poma noua et vetera dilecte
mi seruaui tibi. Et veritas. Non
veni legem soluere sed adimple-
re. Secundum operacionem vero quia lex
prior veteres id est infirmos debi-
les que facit in ingerens tamen et a-
periens quod faciendum est quia
enim nouit quod faciendum est et
ad id faciendum virtutem se non
sentit hec in firmum se debilem
que cognoscit. Sed lex altera no-
uos id est stabiles facit et fortes

dicens vel docens quod faciendum
est et dicens gratie beneficio
ad id quod faciendum est Dicit
et facit docet et adiuvat impa-
rat et obedit iniungit et operatur
Testamentum enim vetus intelligi-
mus cognitionem solius legis sonantis ex-
terius sine gratie operante in-
terius Testamentum novum
gratiam innovantem cuius
aspiratione et auxilio in nova-
tur homo interior in agnitione
eius qui creavit eum De hu-
ius significationis exemplis
et exemplorum expositionibus

f Hiuius significatoris gra-
agar que vertitur in ali-
enationem signat testam-
tum vetus quia dum cogno
scimus et non facimus quod
faciendum est prevaricatores effici-
mur et hoc est vetustas et
servitus et alienatio Sara vero
que interpretatur princeps seu do-
mina exprimit testamentum novum
quia dum per gratiam implemus
quod per preceptum accipimus
novi efficimur et hec est liber-
tas principatus et virtus unde
etiam erant sub lege sancta
et sancta sanctorum Erant et vela
duo unum interius aliud ex-
terius Erant et cherubin duo
mutuis se vultibus respicien-
tes et stantes super propiciatorium
Sed per sancta figurabatur lex que
lex quidem sancta et mandatum
sanctum et iustum et bonum si-
gnificabat et per velum exterius
quia tunc pene visibilibus cohi-
bebat peccata taxat exteriorem
effectum interiorem vero non ordi-
nabat affectum Et quia lex
nova data est ut habundaret
gratia ideo per sancta sanctorum Et

quia interiorem cohibebat affec-
tum ideo per velamen interius
Quia vero in utroque testamento
est scientie plenitudo ideo per che-
rubin Et quia dei nobis inspira-
tionem propiciationemque commendat ideo
stant supra propiciatorium Et ma-
vero utrumque sibi invicem attes-
tatur et consonat ideo mutuis
se se conspiciunt Abyssus enim a-
byssum invocat in voce cata-
ractarum
Scribitur ait zacharias collecta aque dece-
ncialem pars exibit ad mare
orientale et pars ad mare no-
vissimum Mare orientale testa-
mentum dicimus vetus vel quia
prius vel quia a conditione mundi
et novi lucis exortu narrationis
sue sumit initium In principio
fecit deus celum et terram Et dixit
fiat lux et facta est lux Mare
novissimum testamentum novum dicimus
novissimum vel quia novis-
sime datum fuit vel quia spirituale
est Non enim prius quod spirituale
sed quod animale Novissime quod
spirituale Sed et dum ovine loquitur
in zacharia una a sinistris lampadis
alia a dextris duo testam-
ta significantes vetus ex eo quod
promissiones habet terrene felicitatis
quasi sinistram Novum ex eo quod
futuras et celestes tamquam dex-
tram Item alia expositio et exposito eorum

ẞ De eisdem loquitur sanctus
Si dormiatis inter medi-
os cleros pennae columbe de-
argentate et posteriora dorsi eius
in pallore auri Cuius verbis or-
do verborum et subaudicio hec est
O fideles o sancti qui habitatis uni-
us moris in domo si dormiatis
inter medios cleros eritis ut
penne columbe deargentate
et posteriora dorsi eius in pallore
auri Sub auditum erunt Cepisti
cuius quoque sensus hic est Cleros

em grece latine dicatur sors
Sortes due testamenta duo
Sors utraque scriptum sunt i. de
lectacionem presentem habet et presentem
quietem Scriptura prime sor
tis promissiones sunt eterne
felicitatis Scripture secunde sor
tis promissiones vite future
Animus vita carnalis semper
delectatione fruitur dormit
inspiciendus in sorte prima
Animus conscia spiritualis spirituali
semper iocunditate letetur dor
mit devotus in sorte secunda Peri
culosus scripturis est in sorte
prima gloriosus in sorte secunda
Ibi dampnatio hic remuneratio
Est autem scripturus inter utrasque
scripturas et inter duas sortes
et inter medios cleros id est de
lectacionis iusticie Unde in pace
in idipsum dormiam et requiescam
-h- Iustus enim nec eterne prospe
ritatis successibus emollitur quia
beatus est nec future coronatur
gloria felicitatis quia non dum
beatus est Presentia ordinat fu
tura expectat Nec quia assumit
ista tepescat nec quia desunt
illa deficiat et ille Nec istis
cor apponit nec deponit ab
eis inter utrumque temperat vitam
dormit enim inter medios cleros
Et nichilominus sic dormit penne sunt
columbe i. ecclesie que quamdiu non
est adeptus argentata sunt i. in lit
teris offendimus omnes propter si
dixerimus quia peccatum non ha
bemus ipsi nos seducimus et veri
tas in nobis non est et propter
quos conabitur castum se exhi
bere aut mundum se esse aptatur
sed deargentata quia sicut pos
sibile est in hac vita vitam
suam et mores ad eloquia scrip
turarum colorat et ornat Nam ar
gentum habet formam sacri
eloquii unde docemur Eloquia
domini eloquia casta argentum
igne examinatum Posteriora vero
dorsi eius in pallore auri continet
Summa finis tollerantie et optre
mitas laborum in claritatem
divine contemplacionis et sapi
entie mutabitur ac transibit
capud enim est aurum optimum Sa
nus enim quia cum hoc aurum
apparuerit similes ei erimus
quoniam videbimus eum sicuti est

Eiusdem exempli alia expositio

i Vel alio sensu non multum
tamen ab hoc differenti
dormire inter cleros est modo ad
recordationem peccatorum tristes fun
dere fletus modo pro celestium ex
pectatione promissionum Uberrimis
et dulcibus maxillas abluere
lacrimis Nam ut sanctus apostolus
testamentum vetus generat in servi
tutem et eam comitatur timor
Servi enim sunt timet et si non
aliud ipsam tamen servitutem
Illud autem nova generat in liber
tatem et libertatem comitatur
amor Servi enim liber est diligit
et si non aliud utique ipsam li
bertatem Inter igitur utrumque
testamentum vel inter medios
cleros dormimus si dormimus
inter timorem et amorem et in
ter timore et amore dormimus
si nunc pro timore amoris conciis
si singultibus moveamur ad
compunctionem nunc pro amore
sublevemur ad devotionem Sem
per curramus inter timorem et
amorem si neque timore precipites
feramur in desperacionem neque nimie
fiducia solvamur in dissolutionem

De quadam ydiote grece et latine locutoris

Intuendum est hic quia quod
usu latinitatis dicatur inter me
et te, et inter nos et illos, hoc
ydiomate greco inter medium
mei et tui, et inter medium nostri
et illorum enunciatur. Unde etiam
ut dicat Augustinus si veritas
grece locutionis consideretur in
latina translacione parebit quod
legitur inter medios cleros
non aliter quam inter medium
clerorum intelligitur. Proinde sunt
potius quam scripture sensum
secuti, qui propter hoc quod dicatur
inter medios cleros laboriosa in
terpretacione vagantes, quatuor
cleros adinvenerunt inter quorum
primum et quartum alios duos
medios constituant. Dicunt enim
quia non possunt esse medii
nisi alii sint et inde sint ad
quos sint medii. Et verum dicunt
quia nichil est medium nisi inter
duo sit medium. Denique probabile
esse potest quatuor aut sex
cleros invenimus sic communiter
quod in suo sensu semper habet. Et
sic dictum est ad talem inter
pretacionem propter hoc non impel
limur, quia qui sensus efficitur
apud nos per inter cleros, idem effi
citur inter apud grecos per inter
medium clerorum. Igitur et cleros du
os et olivas duas et maria
duo et duo vela et duo cheru
bim et siquid est simile ad testa
menta duo fideli et simplici
interpretacione coaptamus

**Collacio qua scripture di
vine dualitas assignetur**

Aptatur etiam binarius
scripture divine commodo
tractandi que sequitur. Unde
liber ille quem vidit Ezechiel
scriptum intus et foris, totaque
sacre scripture interpretacio est
que scripta est intus et extra.
intus quidem per misticum, foris
autem per hystoricum intellectum
vel intus dum format fidem,
foris dum instruit operacionem,
seu intus disserens de natura
deitatis, foris disputans de
sacramento incarnacionis. Aut
intus describens que futura sunt,
foris describens que facta sunt, unum
locucionis sue corpus dissimiliter
tegens. Totus igitur divinarum
scripturarum canon unus liber
est et scriptura una. Licet mul
tiplicitate partium locutionumque
multiplici differencia varietur.
faciam quemadmodum arte fa
brili virgula candentis ferri
altari iungitur virgule ad faci
endum mordacem forcipem
et compingitur ambabus vir
gulis in stemmate unum non
duo, sic veteris legis auctoritas
ac sanctio nove legis amico
sibi federe copulantur et fit
ex eis liber unus et scriptura una

Scriptura novi testamenti distinccio

Quomodo nova lex in evan
gelicas et apostolicas litte
ras et vetus in legem et
prophetiam quadam distinccione
dividitur. ideo superfatus sum mul
tiplicitate partium ac locutionum
scripturam variari divinam.
Evangelicam scripturam eam di
cimus cuius principalis
intencio est fidem rerum gestarum
hystorice narracionis explana
cione proponere, et opponere quid
deus factus sit pro nobis et fac
tus pro nobis quid fecit nobis
usque in diem quia suscipiens apo
stolis per spiritum sanctum quos elegit
assumptus est. Apostolicam scrip
turam eam intelligimus.

cuius capitale propositum est
de fide fideique misteriis de cultura
dei veri, et promissionibus eternis
de institucione morum et regula
iusticie et de omni puritate ka-
tholice religionis fidelem et omni
acceptacione dignissimum ferre
sermonem **Gemina veteris**
instrumenti divisio / capitulum
n. Si vetus eciam sub lege
et prophetia non tenentur
non esse dictum lex et prophe-
te usque ad Iohannem quod non est
aliud quam testamentum vetus
usque ad graciam Et abraham
addicium habent moysen et
prophetas audiant illos Certe
utrumque tali racione secernitur
Lex imponebat facienda prophe-
cia denunciabat futura Legis
erat conpellere moribus lineas
formare virtutis et discipline
Prophetiam pertinebat velare sa-
cramenta et per laudacionum rep-
que figuras de futuris oraculis
replere misteriis Igitur testante
tamen illud per legem quibus in-
formabat operacionem per prophetias
preparabat ad fidem Unde in
monte thabor qui dicitur
lumen exaltatum visi sunt
cum domino moyses et heli-
as, quorum unus legislator
alter prophetarum fuit eximius Et
quod adhuc helias vivit sed
restituturus est omnia nature
nobilissimum signum est, quia
prophetie sensus adhuc vivit
sed ait quia sciencia destruetur
et prophetie cessabunt Similiter
quod moyses mortuus est, sed
nemo novit eius sepulchrum,
argumentum est, quod legis doc-
trina quantum ad sensum secularem
et cerimoniarum observaciones,
cecidit, sed quantum ad precepta
nature que vivit adhuc, et quasi
non estimatur sepulta cuius
observat iusticia **Cur fidelium**
ordinibus dualitas adaptetur
o. Fidelium duos ordines ha-
beri ex scripturis habemus
convictumque, unus ordo eorum est
qui annos et tempora sub spiritus
amaritudine terminant qui operis
sui et reatus severiore morum
et operum disciplina corripiunt,
qui divina surgencium et urgen-
cium pondera temptacionum dura
cervice sustollunt Enbarmis
sunt sermones, sermo hic est quod
inpugnent, quod expugnet
Unde scriptus cum fugeret a facie
absolon Domine quid multi-
plicati sunt, qui tribulant me multi in-
surgunt adversum me Multi dicunt anime mee non
est salus ipsi in deo eius Vox iste expul-
sus est nam et querela eius ma-
nifestum facit illum Alios
vero alius felicior quam solatur
eventus Sunt enim quorum vita
quantum mortalis natura patitur
non patitur iam colluctacionem
vite carnalis, sed desursum actis
ex pociore parte temptacionibus
victorie trophea ferentes con-
prehendis et retinendis virtutibus
sub gaudio consciencie incessus im-
gunt mensibus ipsa temporibus
copulant De quibus dicitur
Et iusti epulentur et exultent
in conspectu dei et delectentur
in leticia **Exempla istius**
significancie cum expositione
p. Hoc sane exemplo ordo si-
gnatur utriusque veritas dicatur
Cui similem estimabo
generacionem istam Similis est
pueris sedentibus in foro qui cla-
mantes coequalibus dicunt
Cecinimus vobis et non saltastis
lamentavimus vobis et non planxistis

stus. Unde verborum coniunctiones et
comparatione unius rei ad
aliam subintellige. Saltatio
concentui, planctus vero debet
lamentationi, ut corporalem cor-
poralis, sic spiritualem spiritualis.
Nam uti ad resonantia cantica
gaudiorum et canoris vocis tym-
pani flatibus agili gestu circum-
flectuntur membra ludentium, sic
in denuntiatione pacis et gratie
ad eulogia venture felicitatis
et glorie, cor gestire letitia sin-
gularitatis operum demonstrari per sig-
nificatio denique dulcedinis mag-
ne debet accedere. Et itaque cum ali-
ter narratio tristis auribus illap-
sa concutit animos ad dolorem
et suspiria excutit a pectoribus,
sic ad sonum transgressionis audi-
tum tristitia contrahi et ad de-
nuntiationem horrende damnatio-
nis planctus mororem more
lugubris. Precinit causa miste-
rium misit dominus discipulos
binos in omnem civitatem et
locum quo erat ipse venturus.
Ut unus coram cantu preciperet,
alius alios emitteret, et essent
auditores qui saltatione can-
tantibus sibi, planctu tunderent
lamentantibus sibi. Sane quod
vitalis in superna posite comparationis
exemplo subiecit. Venit iohannes
non manducans neque bibens
et dicunt demonium habet.
Venit filius hominis manducans
et bibens et dicunt hic vorax
videtur pueros coequalibus ac-
clamantes se significasse et io-
hannem. Hec quidem convenite
qui cibos et epulis charitatis
officia in commune deducens
per easdem epulas gaudia
quoque future vite figuraliter

expressit. Iohannem vero lamen-
tantem qui austerioris continen-
tia vite et duritia predicationis
exemplum penitentie reliquit
et sacramentum. Quod si lau-
dabilibus assimilari est esse
laudabilem, sequitur in decorum
generationem esse laudabilem si
laudabilibus iohanni videlicet
et christo similis estimatur. Sed
hoc non estimatur et ideo illud
non sequitur. Filius est enim
sensus comparationis istius et
non iste, est autem iste et non
alius. Id mihi gaudium inniti-
anti et exhibenti in mari do-
mino, et iohanni deviranti
et predicanti penitentiam exhibet
generatio est, quod exhibent
pueri pueris non saltantibus
cantantibus, nec plangentes
lamentantibus sibi. Gaudere
enim cum gaudentibus incitatur,
hoc est saltare cantanti. Simili-
ter tristari cum tristitia predica-
tur, id est plangere lamentanti.

Rursus alia exempla et ex-
positio eorum sequitur capitulum m

q. Alia quoque auctoritate
eidem ordines intrantur:
expressius viri niniuite sur-
gent cum generatione ista
et condempnabunt eam, quia
penitentiam egerunt in predicatione
ione. Regina austri surget
in iudicio cum generatione ista
et condempnabit eam quia
venit a finibus terre audire
sapientiam salomonis. Nimirum
civitatis grandis itinere dierum
trium similitudo est anime
rationalis civitatem totam

qui vitam dicta scilicet memoria
intellectu et voluntate conti-
patibus Denique interpretatio vo-
cabuli significationi alludit
Sunt vestitur enim in speciosa et
et speciosa est anima secundum nature
prime conditionibus facta ad yma-
ginem et similitudinem eius
omnibus pulcritudine sol et luna
mirantur Tunc ad predicatio-
one qui vtitur in columbam
comitatur ad primam scilicet ad
vocem gratie inspirantibus celitus
asperitatibus et humilitatis innate
dimittit operibus vite peccatricis
Est regina austri non est mota
ad penitentiam ut niniuite sed
mota desiderio prime venit a fi-
nibus terre audire in ierusalem
sapientiam salomonis sic perfecte
et perfectionem incipientes acquirere
finitis iam cupiditatibus et
passionibus ex aliquibus gradiuntur
et ingrediuntur ierusalem cum ma-
gno comitatu intentionis
bone et semper multitudine
spiritualium cognoscere secreta in-
time pietatis audire sapientiam
in misterio absconditam quam
nemo principum huius mundi
cognouit Niniuite quidem
in sordibus et in cineribus simul pe-
nituisse feruntur terrore potius
quam amore sed amore po-
tius quia terrore huius regina
suos opinionem et venit in ierusalem
quia penitentes sub peccatorum
adhuc passione vel recorda-
tione morantur sapientie
vacantes egrediuntur de terra et
de cognatione sua et gloriantur
et aiunt Nostra autem conuersatio
in celis est Unde dicitur et
talibus Egredimini et videte
filie syon regem Salomonem
in dyademate quo coronauit

eum mater sua Hec in niniuitis
labor penitentie sapientie ocium
in affectu regine signatur que si-
mul colloquia cum salomone
audit in cetera tribuit et accepit
mutua Astat altare regis et di-
citur de ipsa Astitit regina a
dextris tuis in vestitu deaurato
circumdata varietate Item de aliis

Eiusdem etiam sententie ve-
ritatem veritas distinguit /
cum dixit apostolis vos estis
sal terre et vos estis lux mundi
Quod est vos estis sal terre quia
niniuitis predicatis penitentiam
vos estis lux mundi qui regie
manifestatis sapientiam. Lux se
manifestat et alia Sal dupli-
cem habet naturam efficaciam tri-
plicem Expurgat et preseruat
conficitur ab eis condit carnibusque
humorem tollit ac fecunditate
Ita penitentie caracteres ex ardore
spiritus et compunctione lacrimarum
efficitur / corporalis spiritualibusque in mit-
tit gratiam / flumida desideria car-
nis ex siccat fructus fecunditatis
et opera mundi ad germen ope-
ris non patitur Amplius etiam de aliis

.B. Hos eosdem vates optime
ysaias predicabat cum dice-
bat Qui sunt isti qui ut nu-
bes volant et quasi columbe
ad fenestras suas In nubibus
trina significationibus habetur
proprietas Humide sunt leues sunt
condense sunt Ex humore sunt
pluuiales ex leuitate volantes /
ex condensitate refrigerabiles Non
pluerent nisi haberent humorem
non volarent si non haberent leui-
tatem Et si condense non essent
solis ac celi non temperarent ardorem

Solis enim et celi non iuste sed in
nobis temperant ardorem non
ut minor sit sed ut a nobis
sentiatur minus Forma ista
t. est penitencium qui pluviales
sunt compunctione delictorum
volatiles intencione superiorum
condense firmitate animorum Con-
stancia namque apposita ipsa est
condensitas ipsa munit contra
temptacionis ardorem estus carna-
lium refrigerat desideriorum Unde
per diem sol non uret te Vel
pluviales sunt emissione lac-
rimarum volatiles temptacionum
agitacione condense lucis dimi-
nucione Condensitas nempe nu-
bium facit refrigerium obviat estuan-
ti sic plenitudine luminis subdu-
cit speculanti Columbe a multa
prole susceperunt vocabulum Dicun-
tur enim columbe quia colunt lumbos
Est volucre eciam iste quietissima
ut felle carens racione causa et sede
que dupplex natura merita re-
mendat eorum quos virtutum
proles innumerosa letificat et in
quibus puritas cordis dispar-
sis perturbacionum pacificat
Unde et columbe dicuntur vola-
re ad fenestras suas non videlicet
ad alienas quia intueri alie-
na curiositatis est vicium non
mansuetudinis ac pacate men-
tis indicium Quanti dicuntur
columbe et volant sed non ad
fenestras suas Vidit enim aliquis
pullos ad aspectum et domum ad
estam et volavit ad fenestras al-
terius et violavit suas Fenestre
autem nostre sensus nostri et cogi-
taciones nostre sunt fenestre item
nostre introitus et aditus est celorum
Omni custodia custodi cor tuum
conversacio tua sit in celis

et avis quasi columba volans
ad fenestras suas non quasi dina
egrediens ut videret mulieres
alterius regionis volavit ad fe-
nestras alterius et violavit suas
Sequitur quoque de aliis. Sed(?)
Ordines hii quoque fidelium
v duo sunt quasi parietes
duo quibus ecclesia constructa
crescit in templum sanctum in domino
Unde et canit in cantico amoris
Nigra sum sed formosa filie
ierusalem sicut tabernacula cedar
sicut pelles salomonis Nigra
sum in parte et ex opposito formosa
Nigra sum in eis quos contrarie
penitencie et meror decolorat
assiduus formosa in illis quos
decor illuminat gracie ac celestis
desiderii color adornat Nimirum
quidem horum alterum preciosius
est et speciosius sed tamen pro
magnifice laudis insignitur
et illud quod videtur in fetibus
Quam rara et quam cara est
forma nigredinis que taberna-
culis cedar similis estimatur
Nigra enim sum refertur ad ta-
bernacula cedar formosa ad pel-
les salomonis fortasse qui est
cedar ipse est et salomon se-
cundum aliud tamen cedar et se-
cundum aliud salomon Cedar ob-
scurus salomon interpretatur pa-
cificus Ethymologia nominis
nimis occulta pandit ecclesiam
Secretum meum michi secretum
v meum michi Qui intus virtus
est et cum hominibus conversatus est
ipse est habitu et estimacione
cedar quia putavimus eum quasi
leprosum et percussum a deo et
humiliatum Deus pariter in qua(?) est
quem vates ut loquitur ysaias

non erat species ei neque decor
Denique dicebatur vorax / pub
licanorum et peccatorum amicus et
inde cedar inde obscurus. Vere
languores nostros ipse tulit et
dolores nostros ipse portavit et
inde cedar inde obscurus. Tha
bernacula eius corpus et humili
tas. Multa in eis nigredo obscuri
tas quia fuit in eis tamen habi
tavit et ibi requievit ab omni
opere quod patrarat. Erat locus
unus et altus ubi posuerat
eum. Sed surrexit et iam non
est hic. Thabernacula enim ad tempus
struuntur et post tempus destru
untur. Sic Christus resurgens
ex mortuis iam non moritur
mors illi ultra non dominabitur.
Resurgens porro factus est Sa
lomon in resurrectione / qui fu
erat cedar in passione. Cruci
fixus est ex infirmitate / fuscavit
ignominia sepulturam at ho
nore celebri resurrectionis claruit
nec caruit gloria triumphali
carnis assumpcio / adeo totam
deitatis in corpus. In hac carne
et tunicis pellium amictu
regius honor illuxit triumphus
advenit et pax. Unde ait Pacem
relinquo vobis pacem meam do
vobis. Plena plane pace potitus
est et fremitu cessante bellorum
factus est in pace locus regni
eius ex quo sevissimi inimici
et omnibus hostilem mortem
triumpho mirande resurrectionis
et ascensionis magnifice gloria
potentie subegit et redegit ad
nichilum. Pelles enim eius re
surrectio et ascensio. Pelles
humanitatis carnei nichil habent
respondentes sic et nos et si novimus
Christum secundum carnem / sed
nunc iam non novimus post
resurrectionis primicias et ascen
sionis mirabile novitatemque mis
terium. Sunt pelles et ambi
cionis colore depicte fastusque non
indecibiles regio / et quibus ce
lestem decuit amiciri pace Sicud
hystoricus Salomon in omni
gloria non fuit coopertus pelle
simili uni istorum. Similis est
istis fidelium catholica societas
in eis qui audiunt quod dicitur
eis. Si consurrexistis cum Christo
que sursum sunt querite ubi
Christus est in dextera dei sedens
Illud etiam. Quemadmodum
Christus resurrexit a mortuis per
gloriam dei patris ita et nos in
novitate vite ambulemus /
Emulacione et imitacione tali
efficitur formosa sicud pellis
Salomonis. Nigra porro sicut
thabernacula cedar / in eis qui
adhuc sapiunt carnem suam cum
viciis et concupiscenciis passi
onis exempla sequentes in
eis quoque ad quos dicitur mor
tui enim estis et vita vestra abscon
dita est cum Christo in deo. Sic et
nigredinem et formositatem
ab uno tamen sumere debemus Christo.
Enim traditus est. Haud dubium
quia in mortem propter delicta
nostra et resurrexit propter iustifi
cacionem nostram. Carne non in eum
accipienda sunt sensum quia
si mors non profuerit facta
ad remissionem et ad iustifica
cionem nostram. et resurrectio
similiter / ad eadem ipsa domino sed
quia mortificacio peccatorum et
penitencie cruciatibus victimis //

passione carnis / nominis at
vite splendorque virtutum religi
gloria resurrectionis oppressi,
que signatur ideo mortuus propter
delicta nostra tantum / et tantum propter
iustificationem resurrexisse pre
dicatur. Sub scripta distinctione
continetur significationes a
vicesima usque vicesimam secundam
cum capitulis suis et sequitur
Cur iusticia qualitate signetur I
Exposicio ad singula exemplorum II
Quomodo racione differat fi
dem et operationem III
Quam pure altera promini
nis reputari IIII
Alia ratione iusticiam dividi
bipartito capitulum V tantum
Sed hunc aliter posse dividi
iusticiam capitulum VI tantum
Descripcio confessionis et de
scripcionis opposicio VII
Exploracio premisse descrip
cionis VIII capitulum
Divisio confessionis in
suas species IX
Qualiter sit facienda confes
sio et qualiter impleatur cul
pa circumstancia reatus X
Qualiter circumspecta XI
Qualiter ab exemplo XII
Qualiter item sit facienda
confessio pure reputacionem tacita XIII
Qualiter item sit facienda
pure intencione humili XIIII
Qualiter quoque assumpci
one simplici XV
Qualiter etiam sit facien
da pudibunde et quibus XVI
Quare i. qua iusticia secundum
racionem obedientie sit facien
da confessio XVII
Quare item i. qua iusticia
secundum consilium pure XVIII

Quare etiam i. qua utilita
te que est absolucio XIX
Quare etiam i. qua est bipar
tita alleviacio XX
Correccio premisse distribucionis XXI
Quibus sit facienda con
fessio i. de sanctis XXII
De passionibus etiam
ampliatur XXIII
De actum quoque multiplicitate XXIIII
Qualiter tria hec redigantur
in duo et exempla racio
nibus istius XXV
Quibus modis impediatur
confessio ab impietate XXVI
Quibus quoque modis acci
piditate XXVII
Qualiter operacioni qualitatis
conveniat vicesima prima
significacio XXVIII
Alia racio qua etiam operacioni
qualitas ascribitur XXIX
Quia que sit prior et pocior
accio aut doctrina XXX
Cur oracio qualitate signetur
propter significacionem XXXI
Descripcio oracionis et descrip
cionis opposicio XXXII
De prima specie oracionis et spe
ciebus eius exclamacione
et postulacione XXXIII
De secunda specie oracionis
et prima eius specie et dua
bus speciebus eius XXXIIII
De secunda specie et duabus
speciebus eius XXXV
Cur sit oracio facienda i.
qua racione XXXVI
Unde adiungitur oracio ut fi
at unde adiungitur oracio ut
perveniat XXXVII
Oracio ante fides et humilitas
prima sint et sola sufficiat
XXXVIII

Unde admittetur oratio ut
perveniat xxxix
Unde impediat ne fiat xxx
Iusticia similiter per bi
narium opponitur scilicet per
fidem et operacionem in que
duo dividitur quod
locis per scripturam in
innuitur multis unde
est illud Dominum deum
tuum adorabis et illi
soli servies Et illud Femina
mea illi vincet et semen meum
serviet ipsi Necnon et hoc Ospee
Seminate in veritate iusticiam
Illud quoque Omni tempore vestimen
ta tua candida sint et oleum
de capite tuo non deficiat Po
simus exempla exemplorum
a primo ad novissimum In secundo
eius expositionem Ex
posicio ad singula exemplorum

Dominum in quo est po
testas imperii deum in
quo altitudo consilii tu
um in quo libertas beneficii
adorabis fide servies operacione
Dominum quem metuere deum
quem colere tuum quem dili
gere debes adorabis interius
servies exterius Hanc faciunt
et innuunt nobis scripture di
stinccionem In domino potestas op
ponitur imperii ut inde doce
mur Dominus deus tuus terri
bilis rex magnus super omnem
terram In deo altitudo consilii
ut ibi Venite et videte opera
dei terribilis in consiliis super
filios hominum In tuo liberali
tas beneficii ut ubi Ego enim
sum dominus deus tuus qui
eduxi te de terra Egipti dilata
os tuum et implebo illud Quibus
bus distinctionibus recte conso

nant quia metuendus est quia
magnus est colendus qui con
siliarius est diligendus qui
beneficus est Quod in reliquis
subicitur exemplis · anima ma
illi vincet scilicet ad fidem quia
fides anima est Iustus enim ex fide
vivit Semen vero serviet scilicet
ad operacionem quia obediencie
operacionis seminimus operacione
etiam semina multiplicamus
Unde Euntes ibant et flebant
mittentes semina sua Hic enim
seminamus in veritate iusticiam
cum in fide multiplicamus operacionem
Operacionem enim iusticie nomine si
gnificari sufficiat duobus Attendite
attendite ne iusticiam vestram
·i· opera iusticie coram hominibus
faciatis Veritatem loco fidei
accipiendam inde colligimus
Qui dicit se nosse deum et man
data eius non custodit mendax
est Nosse enim posuit pro credere
quia noticia dei que hic habetur
ex fide et in fide possidetur Quo
circa fides veritas est in eo quod
noticia est aut in eo quod noticia
veritatis per ipsam est Quibus
sic dictis novissimum proponitur
exemplum duobus quod cum opera
innocencie puritatis colorant
vestimenta candida sint et quod
cum fidei devocio mentem letifi
cat oleum de capite non deficiat
Opera vestimentis significari ver
sus ille significat Beatus qui
custodit vestimenta sua ne nu
dus ambulet et videant turpi
tudinem eius Fides quoque ex
conspicua similitudine dicitur oleum
quia ut illud omnibus superfer
tur liquoribus sic hec est victo
ria que vincit mundum fides nostra
Omnibus in unctione petrus circa

liquantibus elementi, fremitibus ter-
ga pressit vestigiis, sed cum ab
omnibus carpite deseruit elemento pas-
sus est naufragium et audivit
salvatorem dicentem Modice fidei
quare dubitasti Crisostomus. Si elemento
fide retinuisses invium tumidi
equoris ita tremulis undis
super latus complexisses **Trimo-
da ratione differre fidem
et operationem capitulum tercium**
d Trimoda ratione de-
scribimus differentiam
fidei et operationis,
secundum naturam secundum offi-
cium secundum dignitatem. Secundum
naturam quia prior est origine
fides quam operatio. Fides enim
parit operationem. operatio non fi-
dem. Operamur quia credimus,
non credimus quia operamur.
Quare non modo operatione fides
prior est sed origo quoque illius
est. Differt et officio. quia officium
fidei est dirigere intentionem ut
sciamus quid, propter quid agimus,
officium operationis ut habeamus
unde meritum habeamus. Ope-
ramur ut operatione nos ipsos
et alios ad pietatem provoce-
mus, credimus ut ad finem
et summum bonum quidquid ope-
ribus agitur dirigamus. Digni-
tas quoque est alia fidei alia
e operationis. Fidei dignitas est
quod opere occasione necessitatis
impedito, sola sufficiat ad salu-
tem. Ea vero absente cetera opera
magnifice virtutis non compu-
tantur ad virtutem. Omne enim quod
non est ex fide peccatum est. Hec
est autem victoria que vincit mun-
dum fides nostra. Denique non le-
gitur qui opera non fecerit
condempnabitur, sicut legitur
qui vero non crediderit condempnabitur
**Unam sine altera proxi-
mo reputari, capitulum quartum**
f Verumtamen et si opu-
lentior sit fides operatione
hominibus triplicis differentie
gradibus, una tamen sine al-
tera si tempus est proximo
reputatur et est. Nam uti sine fi-
de impossibile est placere deo
ita fides sine operibus mortua
est. Quod non est dictum ea si-
militudine, qua dicitur corpus sine
anima mortuum est, quia non
ut anima vitam corpori sic opera
dant vitam fidei, cum omne opus
bonum operetur a fide et fides omne
opus bonum vivificet. Sed quia
opera bona communiter vite fidei
et fidei sunt signa viventis,
propterea fidem sine operibus mor-
tuam scriptura testatur, quia
in operibus videtur sensus et mo-
tus que duo omnem rem vive-
re demonstrant nec tamen faciunt
quod demonstrant. Spiritus enim in-
teriori sensus et motus tribuitur,
non ea accidentibus. Unde verius opera
sine fide mortua sunt, quam ea
sine eis. Omne enim quod non
est ex fide peccatum est. **Alia
ratione iusticiam dividi scriptura**
g Distinguimus quoque iusticiam
in cogitatione et operatione
unde ydidas Pone me
ut signaculum super cor tuum, ut
signaculum super brachium tuum.
Et Ieremias Levemus corda
nostra cum manibus ad deum
Et Iacobus Emundate manus
et purificate corda duplices animo.
Et alia innumera quibus mo-
nemur esse iusti et servare iusti-
ciam, cum puritate cogitationis

cum honestate operationis Utrum
qz utile ad fidem, utrumqz ne-
cessarium ad salutem Cum enim cul
tum religionis custodimus in
operatione, et turpitudines fornica- ·i·
tionum vecamus et sinamque
in cogitatione, speciem pietatis
habentes virtutem eius abne
gamus, ut filie eorum composite
circumornate ut similitudo templi,
Ut pharisei qui mundant id
quod foris est calicis et catini
interiora plena rapina et in
iquitate Contra hec affecta cuiusdam
vaticinatur Amos dicens qui
transit per eam sibilabit mone-
bit manum suam Sibilabit
enim misticus coluber cum pol
lute suggestionis afflatu cor-
rumpit cogitationem Sed movet
manum cum completione turpi-
tudinis tabescunt opera eorum
Contra sibilum huius sibilat, qui
sibilat musce et api et contra
manum qui mittit manum
suam per foramen Adhuc a-
liter posse dividi iusticiam

Iusticiam in fide et in confessione
·h· statuimus iusticiam ut
corde creditur ad iusticiam ore
aut confessio fit ad salutem
Fidei quippe devocio cum cor
commitit ad fidem consequenter
os aperit ad confessionem Quod
dulce est ad cogitandum dul
ce est quoqz ad loquendum
De consuetudine lingwa vo-
cat quod conscia fuerat Ex habun
dancia enim cordis os loqui-
tur Nos quoqz quod corde con
cepimus ad vitatem hoc eciam
ore confitemur De confessione
ad edificationem Primo quidem quid
sit confessio que species eius
qualitas sit facienda, et cur,
et de quibus et unde ne fiat
impediatur Descripcio confess-
ionis et descripcionis expositio
Confessio est manifestatio
latentis malicie in solius
sui accusacione Sequemus
diffinicione partes suas expo
nentes ne forte viciosa plus
minus ne contineat, triplex di
finicione ipsa se committit Se-
cundum genus secundum materiam secundum
causam Genus ostendit quid sit
materia unde sit causa ad quod
Genus per manifestacionem materia
per maliciam causa per sui
accusacionem subintelligitur Hoc
est aliquid est, de aliquo est,
ad aliquid est Manifestacio est
de malicia fit propter sui accusa-
tionem fit Nam quia quoqz ma
nifestamus sensum nostrum et velle
nostrum ac multa eorum que fiunt
sub sole, et neqz adhuc dicamus
facere confessionem respectu dic-
talis subicit latentis malicie,
volens eam removere ab his
de quibus non est, et de quibus
est capienens adiungere Quod quidem
sequitur in sui solius accusacionem
optime sequitur Tamen enim pro
laudis sue commoda, aut
improvocationem eiusdem, plus ve-
malicie sua secreta prodit, nec
dum virtutem confessionis assumpsit
et fructum confessionis optinuit
tus os fecerit et vitam Iustus
porro in principio sermonis accu-
sator est sui nec alii reputat vel
alii vel persone, sed sibi, et tamen est
sine accedit, sine accedit sibi
quid Cum aliter confitetur et
aliter sentit de quo se confitetur
eorum quoqz vivus vocatum sui
in milicia, in superante altera

ore suspicabis retorsit. Hec stat
distinctio parium. Explanatio
premisse descriptionis
.b. At continentia diffinitio-
nis brevior iusto. nec
ad suos usque terminos operte ul-
tra videtur. Confitemur enim
temptationes et perturbationum
incursus sepe nimio manifes-
tamus, non solum malitiam
statis confitemur premisso e
temptationes pro alleviatione
temptationes
Ut pax sit nobis temptationes
manifestamus, culpas ut i dul-
gentiam. Confessionem aperte sig-
ravitas, confessionem a perturbatio-
nibus tranquillitas committat
felicitas et hylaritas. bene ope-
randi acquiritur. operis utriusque. De
confessione perturbationis psal-
litur in octava. Miserere mei do-
mine quoniam infirmus sum sana
me domine quoniam conturbata sunt
omnia ossa mea. De confessione
reatus. Ibi. Delictum meum cogni-
tum tibi feci. Quod respondemus
nomine malitie culpas et mo-
lestias pariter appellari scrip-
turis testificantibus idem ipsum
Unde sufficiat dici malitia sua
i. perturbatio sua. Et alibi ex per-
sona mediatoris. Quia repleta
est malis i. perturbationibus anima
mea. Et sub eodem sensu. Non
est malum in civitate quod dominus
non faciat. Et ego dominus creans
malum et faciens pacem. Et alia
in eundem modum et sensum. De-
inde quemadmodum dicente apostolo
concupiscentia carnis dicitur peccatum
quia facta et inflicta est propter
peccatum, sic molestia perturbationis
dicitur malitia, quia facta est
propter malitiam. Quod esto. Cum nemo
stabit quod permittitur latentis cu-

multa que suspicientem con-
fessione manifesta sunt, feramque
et referamque ad confessionem. Ce-
terum si confessio manifestatio est
latentis rei, nulla videtur esse
confessio ubi nulla vel rei nullius
est manifestatio. Certe plane
nulla est ubi scitur quod dicitur
ubi respondemus in disciplina
confessionis pro ignota quamvis
auditum reputari, quantum ad
confitentem, qui illam arbit-
ratur ignotam, et si fit inde con-
fessio, fit rei latentis estimatione
confitentis. Quod et si quid quod
iam ignotum esse cognoscimus
tulerimusque ad confessionem, hinc
inposito revelare certa si latu-
isset nichilominus quantum ad
propositum dicitur factum esse quod
re ipsa non est factum. Unde est
illud. Qui viderit mulierem ad
concupiscendam eam iam mecha-
tus est eam in corde suo. Et
angelus ad abraham. Quia
non pepercisti unigenito tuo
propter me. Non pepercisti inquid
quantum ad propositum non quantum
ad effectum. Non enim occidit
sed occidere proposuit. Quia re si
trimoda distinctione dicitur
factum esse quod non erat factum
prius, hoc est estimatione et
proposito et re ipsa, fidelem tuli-
mus et incautam diffinitionem
.c. Divisio confessionis in suas species
Geminas in species confes-
sio dividitur, ab indi-
catione et agnitione.
Ab indicatione est deconditum per a-
tione peccatorum. agnitio de ma-
nifestatione perturbationum. Se-
cundum materiam enim, ita species

cius Abundacione vti opor
tet assidue quia i multis of-
fendimus omnes Cogitacionem
eciam semper adhiberi oportet
quia temptacio est vita hominis
super terram Et nos duas species
vocis fortassis ille commemorat
Confitebuntur tibi deus confitebuntur
Est tamen adhuc alia species
confessionis que beneficia
diuina commemorans superiore non
videtur diffinicione teneri
et laudacio appellatur Vnde
Confitebor tibi domine pater
celi et terre et alibi Confitebor
domino nimis in ore meo et in
medio multorum laudabo eum

Qualiter facienda sit confessio
et qualiter impleat culpa 2 circum
stancia sua tus

.m. Facienda est autem confessio
plenarie pure 2 prudenter
de plenarie vt totum
quod culpabile et ex toto Vnde
culpabile cognoscat indicetur
Triplicatur enim improbatur cul
pa a circumstancia scilicet reatus
a causa ab exemplo Circum
stancia reatus. partim ex persona
peccantis partim agentis peti
Ex persona peccantis quia vnus
idemque reatus ominosior in
vno quam in alio indicatur
Vt casus pauperiam grandior
indicatur et estimatur quia
christiani viri quam mulieris
pastoris quam ouis. docti quam
simplicis religiosi quam secularis
adulti in fide quam neophiti
Ex genere peti quia ingencioris
est culpe odium quam ira sor
mo malus ocioso. fornicator
adulterium iteracio perpetracione
accio cogitacione Qualiter a causa

.n. A causa culpa improbatur
cum oportunitate locorum
et rerum arguitur Ea enim sunt
que peccandi dant occasiones ad
causam vt Abigail in solitudine
sum et in habitacione solorum de
tencio mea inter eos non est
qui me vocet aut prouocet ad
malum Socior in cessibus 2 vita
contentabam ex toto penitus edifica
cionem sunt et saluti Saluti con
traria vitant et inuitant ad
melius In seculo si eero quando dum
ero inter eos Non est quid pre
tendam aut offendam Vnde
grauior est offensa peti vbi peto
causa locus quam subtrahitur Hac
igitur causa si quia peccatum
causa precessit et peperit non est
in confessione tegenda tamen quia
peta minima sunt tamen quia frequent
actu ipso scleratiorem ipsam esse
contingit Quid enim laudabili
frequentissime voluntatis deuoci
one opus aliquid modicum exe
quimur sit scelestissime cupi
ditatis in summa opus quoque com
plemus exigimus Quod tamen
modicum exigimusque dum secundum
exposicionem dum oculorum non secundum
intenciones occultissimas animorum
Recolanda est in quid eius causa
vt si modica est erubescat in
piendus qui suggestione
occasionis exigue clari sang
uinis nomen fedauit 2 vitam
Et grauius confundat in spiciens
qui eo virilius et clarius se
lus debuisset cauisse pestiferum
quo maior illud circumstabat
et ante ibat occasio Qualiter
enim occasione accepta reuinsat
peccatum sit exclusa excluditur
Qualiter ab exemplo

·o· Ab exemplo etiam culpa
aggrauatur cum pestis
scelatis ab vno cepit ad mul
tos cum multos ad idem inmen
ncl adequale vniusque condicionat et
seducat exemplum Tollerabi
lius est vtique clam quam coram
multis offendere Offenduntur
multi, vno coram multis offen
dente Sicut plures consceleranter
plures ab vno; quam vnus
efficiatur a multis Sed ne cilli
peccatum scandalum venit Ex
pedit ei vt natus non fuisset
homo ille Nemo sibi viuit
sine vita nature siue vita in
stitie Similiter nemo sibi mo
ritur vnius eiusdemque hominis
et vita vtique vna et altera
mors multis est dampno
vel vtilitati Igitur tria hec
quantum circumstantia reatus/ cau
sa et/ exemplum/ auget peccatum
aggrauanda sunt ab ore confi
tentis ut nichil penitus peni
tens palliet et fiat confessio.
non ex parte sed ex toto iuxta
illud Confitebor tibi in toto cor
de meo Et iuxta illud Confite
bor ominus in ore meo Qualiter

Qualiter sit facienda confessio
pure recta reputacione

·p· Pure deinde facienda est
confessio et fit pure cum
recta reputacione in ten
cione humili et simplici fit
assumpcione recta reputacione
cum nobis solum reputamus
quod peccamus incausis foren
sibus et iudicio quod mundus iste
promulgat vis et caro cena
dit confessio ista simpliciter, aute
dem sola mentem grauam sola
digna cum ex decreto legis etiam
presentetur sicut Iude Dico in
iniquitates tuas peius et ius
ficeris Et alibi Dixi confitebor
aduersum me iniusticiam meam
domino et tu remisisti impietatem
peccati mei Habemus etiam imp
missione/ et peccatorum tuorum memor
esto ego autem non recordabor
Ceterum contra veritatem inoleuit ab
tamquam consuetudo, vt vituperanda
studio et ore submoneamus quo
rum laudabilium auctoritas obtemus
dicta multum/ paruum fieri Id quoque
abusiue/ Nam quia in alia rem
aliam vel personam transferat culpam
cur non transferat. si quam habet
et quam Quasi non multos
locis secretis custodiat. et se
na magis consonet societas
quam laboriosa virtutis
industria Hoc conatur ex hoc
quod cum subite temptationis
impetus venit. dicunt nescien
tem et aculime stolide presump
cionis labefactat moriturum
Et qualiter flauescens cera
ad leues spacia ignis arden
tes corrupta liquescat/ sic multi
cum seueriore disciplina et
occultiore suggestione urgen
tur angunt et agunt propi
tes subacti cadunt et recedunt

Qualiter sit pure intencione humili

·q· Humilis debet esse in con
fitente etiam intencione
qua ambiciosa ambicione
gloria captet manus sine a
qualitate peccati sine a submis
sione confitentis Sequalita
te peccati penam comparat cum calli
dus astucias et ingenia cum
conuencionum quibus occupa
tos ac sagaces viros cepit
et decepit exponit/ cum fortis
vires et artes quibus firmo
sos proceres deiecit adiciat/
cum lascivus formosos et al
ta sanguinis thoros et ascendisse //

quasi suspirat et gemit. Crue
verborum et vox adiectio ut indi
cius et suspiria repetantur det
semper ad multi iniqua. Crudelis
ad sinistre partis interpreta
tionem probabiliter uti potest
ne utatur ante vitemque. Sub
missione confitentis committitur
laus. cum ideo appetit gloria
quia submisso vultu et ore
indicatur ignominia et inde
ius apparere nititur. Unde
te ipso teste probaris immundus
quod notam optarem doctoris
suspirat sanum qui re vult
habere carus opera omnia nomi
titulos quoque clari fedat ho
noris. Hacque paruit semi
contraria huius ignominiam
Saul arguente se samuele
peccatum confessus est peccavi
inquiens. Sed quia invitus
confessus est confessus est et
non negavit. Sed nunc quo
ait honorifica me coram seni
oribus israel. Hec dicens laude
quesivit respexit ad gloriam
inspiravit honori. Hec videnda
est humilitate confessio et laus
illaudabiliter appetita laudi
iustitie perdidit et virtutem

Qualiter quoque assumptione simplici

Simplici fit assumptione
confessio cum fabulatores
ociose que ad rem non
pertinent non inferunt et
cum vera tantum non etiam veri
accusatores et enumeratores aliena
peccata commemoramus. Grandi
pietate preditus est fraterno
semper habundat affectu. cui
sua confiteri non sufficit nisi
fratres quoque peccata condeprehendat
Davidis habitum. confitentium inter

mane Dulcius sapit et sepius
occurrit cuncti alterius quam
suos dispicit inviduum. Eternum
quidem votarem in causa corp
et sanguinis apostoli censura iudicium
clamitarem sed devote indi
cemque suspendo stupens singu
lare pietatis nove genus et
studium. Nova inquam pietas
que laceret nec sanat interi
mit nec inveniet. blasphemat
nec commendat. dentes denique
figit ad morsum non ad osculum
labia. Stupenda plane pie
tas et affectio suspendendus
que dum alterius mederi
simulat vulneribus sese pror
sus opponit mortisque funibus
illaqueat. Stultus et impro
bus est amor hic dignissimus
notari. Scriptum est enim mea
quod alterius indicas turpem con
dempnas. Est utinam te confi
tente meum reatum affectione
sollicita et sollicitudine affe
ctiosa remissio contingeret ad
me et essem contentus pariter
labore et pudore confessionis
Nunc porro vanus labor cum
sumeris et frustra lacrimarum
tua fatigas contritum ad me
contritum addentem, tu videris
michi nil mea interest. Ego enim
nescius caritatis, vel potius
curiositatis tue indico et dico
tibi unde conscientia mea morde
atur, si non plenius fortasse
fortasse purius quam tu.
Tali ergo proposita declaratione
dominus puram esse confessionem
in reputatione qui nobis tamen
culpam imponimus prius et
intentionem cum nichil nisi

remissionis quecumque peccata esse
insimplicia assumptione per sola
penitencia interponimus
Qualiter etiam sit facienda
pudibunde et dampnibus :-
·8· Verum quia sunt qui sunt
frontis attrite ideo faci
enda est confessio etc pudibun
de Hortans nos dicat rei scrip
tura dicit Est confusio addu
cens peccatum et est confusio ad
ducens gloriam Confusio addu
cit peccatum cum sponsore etiamque
peccatum Correctio enim peccati est te
gere peccatum Econtra cum in re
latione criminis pudor ora pena
suffundit signum est salutis et
gratie consiencie que est gloria
iustorum Et decet utique cuiusque
indecebilem verecundo sermone
proferri Unde mordentur illi
qui prima confessione opprobratoris
peccatum per speciem sodomia predi
cavunt nec abscondunt Et
alibi frons meretricis facta est
tibi erubescere nescisti impude
rata facta es tota Pro fideli non
est frons meretricis sed vultus
virginis pro parvitati signatus
decore coloris qualibus laudibus
amatorie cantico describitur
Sicut corticis mali punica sic
gene tue Precipue vero cum
aliquid preter solitum contingit
licet rarigium aut aliquod ma
gnum licet semel aut id quod
a multis diebus pura crevit
in usum pudor discutiens quasi
imbres sanguinea vultus et
ora suffundit corpus quos inco
ria mordet et penitudo malorum
Nam qualiter postquam umbrifera
nox migratis ab orbe terre tene
bris solvit amitionem tytan pu
blica luminis gratiam mundo re
stitutus rosea vultus lucifacos
polosque vitrimia tinctura vernustat
ita cum quis ad curas liberi lucis
a tenebris consurgens peccati con
fessione confunditur prima fro
tis teneras quoque genas et oris
talentia ignei pudore ruboris
sanguineat Spiritus sedet in pudore
utilitas absque eo quod generis
decore addit et gratiam Etiam
feroces animos lenit et contumax
inveniet ad opertos introitum
etiam vite et voce intercessionis
utitur ante deum Quare et
qua iustitia secundum rationem obe
diencie sit facienda confessio
·b· Duplex causa queritur cum
queritur cur facienda
sit confessio Iustitia scilicet
et fructus vel necessitas et uti
litas Iusticia dividitur in racionem
obediencie et pene consilium
Et pulare quia et obedienciam
semper iustum est et consilio acci
pere itidem iustum est In hoc
est iusticia secundum racionem obediencie
ne quod servi redemptum et
regi gracia regis nomit recon
ciliatum de carcere et voluntati
eius obedire dignum et iustum
est Non est servi discutere utrum
iusta imperantis iussio sit nec
cunctare vel sperare ullatenus
adiectum quod ab ore potestatis
exivit Indiscrecte enim diffide
ncia notatur in resistente contuma
cia reprehenditur in ambobus
superbia preter condempnatur
Et que vel unde fiducia salu
tis erit si teritur et spernitur
maiestatis sanctio tante Con
sulte est posse ubicumque voluit
et velle adiacet spectata cum
sunt Scripture vero est Kandi
dit se nosse deum et mandata

eius non custodit mendax est / et
qui in uno offendit / factus est
omnium reus. Quare ne accingar
ad vindictam semper transgressione
obediendum illi est ab omnibus
in omnibus sine retractatione. **Qua-
re item i. quia iustitia secun-
dum consilium penitentie**

.v. Hortatur etiam ad confessio-
nem iustitia secundum consi-
lium penitentie. Complementum
est iustitie ut penitentiam acturus
penitentie subeat leges ad ar-
bitrium non ad suum vivendo in
dicium. Est ut quid sic oportet
fieri. Quoniam non omnis est vera
aut severa de se ipsis ferre
sententia. Nonnulli clementissi-
mi iudices sui sunt. Quoniam multi
quam multa dispensant sicut ea
respondet voluntati sic [illegible] veritas
servit ad usum utilitatis. Sed
hic error intercedens eludit
quoque improvidum. Quod totiens
ut ex toto vitet iustius est al-
terius audire et subire iudicium
Nec modo iustius sed et securius
[illegible] meliores enim sunt duo quam
unus. et ve soli si ceciderit non
est qui sublevet eum. Unde
et illud: Omnia fac cum consilio etc.
Addo quod erubescentia qua suf-
fundimur et confundimur maxi-
ma portio est pene et divi-
cruciatus / nec levius torquet
animum / quam corpus atrocis
[illegible] supplicii. Semper addo
quanta vigeat pudor ipse
virtute qua quis coactus / ac-
tus arcet contra voluntatem /
revolvens apud se / contra quanto
tempore se confusio defatiget si tam
eius quotiens capi in noluerit
illis quos vel religiosos vulgat

opinio / vel locus cathedre iudi-
ces accepit. Secunda summa [illegible] est
dixisse et mundasse leprosos sani-
ti restituto salvatore: Vade
ostende te sacerdoti. et offer mu-
nus quod moyses precepit. Ex
quibus videtur licet gemitus
et vera contritio sufficiat ad salu-
tem / non tamen sufficit si confes-
sioni tempus detur et locus ca-
pus est dictum. vade et ostende te
et solvite eum et postmodum
subinctum. offer munus et sancte
abire. Sic ergo iustum est ut ali-
eno vitam reparemus arbitrio
qui nostro cecidimus / si minus iustum [illegible]
non est ut coram homine humi-
liter erubescamus qui coram deo
peccabi pudenda commisimus / ius-
tum quoque est confessionis officium
ubi et hic deo mala linuntur
et bona gloria illis restituuntur
**Quare etiam i. quia utilita-
te que est absolutio / Secunda**

.x. Nec modo iustum sed etiam
utile / utilitas consideratur
in absolutione et alleviatione
Fructus alleviationis surgit
ex confessione. qui enim ad eam
reus venerit et invenit ultorem
suum pudorem / et iudicem au-
ditorem / iustificatus est / quia se
dampnavit rationaliterque quia
obedivit / absolutus quia se hu-
miliavit. Unde dixi confitebor
adversum me iniustitiam meam
domino et tu remisisti impie-
tatem peccati mei. Remitti dicimus
peccatum non imputari ad con-
dampnationis iudicium. Iudicium
enim remittitur propter iudicium ge-
henne propter pene dampnationis
propter commutationis tormentorum /
propter laborum mortiferum propter

 587 294

purgatorium Quare item
qua utilitate q(uod) alleviatio(n)e b(re)vitatis.
Alleviatorem dicamq(ue) et ab
.a. operationis difficultate et
ab inquietudine consci(enti)e donec
in conscia relatur iniquitatis, cor
di leticia, operationi facultas
adimitur. Cedet lectionis, oratio
fit oneri, disciplina protervie
reputatur. Cuncta sunt noxia
noxiis. Faciliora in minus diffi
cilium transeunt. Audire p(ro)t(est) con
cipe non p(otes)t leticiam male
sana mens. Urgetur a se q(ui)
cumq(ue) se vertit. Etiam corporis
sui non est compos. Ulcus
contritate consci(enti)e sensibus of
ficium membris obsequium tol
lit. Et regione veluti remluti
serui solis ymago, post pigri
tancia nubila hyemis sepulte
ridentis mundi faciem glo(r)ia
lucis estive serenat: ita cum
concepti doloris tam diligen
ter q(ui)bus deposuerit, solutis
gemitibus, oriuntur gaudia li
bera mens et iocundior cum
gracia serenitatis multe vultu(m)
auidet. Beata enim conscientia
quasi iuge convivium. Transis
rerum eventus tolleratur amorum
Nam uti nocivis humor lates
dum tabe virulente corrumpens
et interiora ledit et optioribus
minatur donec fortioris
antidoti violencia evacuetur
oppulsus, sic viciorum felleus
humor. Ac medullis iactatus
totum tamdiu temptationibus
et periculis subiget homine(m)
donec confessionis et penitu
dinis medicina sanetur. Cor(rectio)
Correctio p(re)misse distin(ctio)nis
.a. Scriptura dicat si nos met
ipsos diiudicaremus no(n)
utiq(ue) iudicaremur. Iudicemq(ue) i(gitur)
nos ne iudicemur ab aliis. Quia
prefati sumus utilitate confessio
nis in absolutionem dividi et al
leviationem. Breuius dixissemus
et verius si utilitate ipsam di
xissemus alleviationem et alle
viationem distribuissemus in ab
solutione(m) quantum ad remissionem
et sublevationem stricte sed loco
illius qua diximus alleviatorem
Facta enim absolutio species est
alleviationis et specie(m) in enu
merationibus cum genere mi(ni)s
teri logica et rethorica disci
plina condempnat. De quibus
sit facienda confessio id est
de fantasiis. Secundum cap(itulu)m
Fantasie passiones actus
tardant, sedant, contemp
.b. nant, per factum, affectum,
effectum. Fantasie sunt rerum
figure volatiles, quarum actus
et dispositiones otiosa in se
cogitatio versat et format. Quod
genus superborum fastus honorum
palliatorum structura et sculptu
ra mirabilis, apparatus preciosa
rum concupiscibilis supellectili
divitiarum clientele familiaris
consanguineorum potentatus, celebre nome(n)
et cetera in hunc modum, quorum
felices eventus numquam fortasse
nisi statuendo meruissemus. Que
licet non inquinent actus
tamen sunt expellenda consu
etudinibus, uti ea que intentione(m)
morantia detinent in non ne
cessariis. Quid enim viatori
cavenda sunt taciturna moram
et in accessibilitatis viarum et
cetera quecumq(ue) dispendia gressus
retardancia celeres, sic proficis
centi ad perfectionem declinare
quidquid instat, quidquid obstat
deserere oportet. Quod nunc interest

aliorum actus et opera tanctis
disponere curis et intra cor-
dis vestibulum audeat formas
inanes latitudinemque capa
cis mundi novis dissimilibus
que supplare naturis Contra
huiusmodi apostolus Si mundo
mortui estis quid adhuc cum
mundo decernitis Contra eosdem
veritas domus mea domus
orationis est vos autem fecistis
illam speluncam latronum Et
Jeremias contra taliter affecta
animam viderunt eam hostes
et deriserunt sabbata eius
Optime eius non domini Ita
derisoribus ipse dicit omne opus
servile non facietis in eo Ho-
minibus porro miseranda videtur
que spiritum ludicra fantasiarum
sollempnitate detentu festi
vos spiritualium gaudiorum concen-
tus et apparatus nec celestis
curie senatores nec audire
permittit nec intueri **De pass-
ionibus etiam dupliciter**

.c. Malum quidem est deti-
neri ab hiis peius per
omnem modum passioni-
bus deservire Duplici po-
testate passiones ingrediuntur
cor communitum et vacans
aut enim illecebrosis carnis affec-
tionibus stimulant spiritum et
carnem ad inhonestatem et
pravitati contrariam delectationem
aut vagicas adversus curas
que voraces superfluos eos
eventu volitant Non congruit
nos exemplis declarare rem
cuius evidentia dat intellectum
auditum at congruit nos dicere
et dicimus quod tunc est passio quo-
niam cor tetigerit et motum
delectatio et delectationem mora
pariter aluerit non deest peccatum
nec tamen obesse si aut membra
non apposuerit aut apponere non
proposuerit arma iniquitatis peccato
Ideo peccatum non deest quia delectatio
inest et ipsa peccatum est Iterum operatio
non obest quia et actus et con-
sensus deest Peccatum autem operationis
dico non actum passionis Ita
actum quendam esse in passione
fidele testimonium habemus illud
et ibi Iam non ego operor illud
sed quod habitat in me peccatum
Iterum actus non imputatur ad re-
atum quia ut apostolus de illo ait
nichil nunc dampnationis est
hiis qui sunt in Christo Ihesu qui
non secundum carnem ambulant
Unde et alias non dixit non
sit sed non regnet peccatum in vestro
mortali corpore Primus regni si-
gnificationem calcaneus apiceas
ad obediendum inquit desideriis
eius ut quod est desiderium in
consensione et est desiderium in
operatione non modo actum
sed consensum unus placiti scia-
mus in christum Secunda quo
modo qui viderit mulierem ad concu-
piscendam eam id est intentione
concupiscentiam complendi si res
locusque dent copiam iam me-
chatus est eam in corde suo
Hoc etiam modo qui hec mo-
dum vel concupiam concupit
iam perficit unam et alteram
et conceptio utriusque pro comple-
tione reputatur utriusque **De
actuum quoque multiplicitate**
.d. Iam vero quanti reatus sit actus
ipse peccati scriptura dicat que
dicit Peccatum cum consumatum
fuerit generat mortem Nam licet
voluntas iniqua reatui condep-
netur operationis reatus tamen
auctior est in operatione quam

voluntate quia plenius illa
consectatur animum iniqua delec
tacio cum completione sentitur
quam ista ubi cogitacio sola
corruptos inflammat affectus
e· Sunt tamen peccata venialia
quoque non modo dampnabilia
ut est risus inmoderatus, ser
mo ociosus, cibus nimius,
et cetera generis huius, que
tenorem discipline superpri
menda sunt ad racionis iudi
cium ne moris levitatis intem
perancia decolorati assiduitate
tate primis criminibus compa
rentur. De istarum igitur trium
racionum generibus facienda est
confessio licet reatus dispar
et offensa dissimilis sit. Cum fan
tasiis quippe illuditur animus
in eam revolucione a passioni
bus emollitur lubrica delec
tacione ab actu vincitur dam
pnabili prevaricacionis. Insuper
actus delectacionem auget
et fantasiam passiones tra
hunt ad operacionem et fovent
fantasiam. Fantasia est mini
stra peccatorum et passionis.
Hec differunt, sed ut clavus
clavo expellitur sic fantasie
inutiles per utiles fantasias
excluduntur. Similiter ut
contraria curantur contrariis sic
passiones excitacione et do
lore iniquitates zelo iusticie
superantur. Qualiter tria hec
redigantur in duo et exem
pla racionis istius :
f· Verumtamen horum trium
priora duo eciam contra
voluntatem quique paciuntur e
lecti ultimum tantum vicio volun
tatis completur ac per hoc in duo
bus illis viget captivitas ne
cessitatis voluntatis captivi
tas invalet in tercio / de illa /

captivitate dicitur quod odi ma
lum illud facio / de ista malici
am autem non odimus. De utraque
apud ysaiam. In egiptum de
scendit populus meus ut colo
nus esset ibi et in assirios vio
lenter abductus est. Ubi est
ecce quam decenter captivitas
egipti captivitate voluntarie
iniquitatis / et captivitas ba
bilonis captivitate invite culpe
proportionaliter expressit. Namque
sicut in egiptum que dicitur in
tenebras voluntarie populus ille
descendens voluntarie servitutis
lateris et luti propter desideria
carnis et tunc multis se tempo
ribus addixit ita quotquot
ad peccata declinant descendunt
ad tenebras et impletur in eis
scriptura que dicit. Qui facit
peccatum servus est peccati. Et alias
Nescierunt neque intellexerunt
in tenebris ambulant. Verum
ut populus idem vi et bello duc
tus est in babilonem que so
nat confusionem / sic nonnulli
eciam per eorum fantasiarum simu
lacra et indecibiles passiones
in carnis sentiunt repugnant
paciuntur inviti. De liberacione
utriusque captivitatis locutus
est rex ezechias cum ait fiat
pax et veritas in diebus meis
Idem ipsum in salomone in titulo
Orietur in diebus eius iusticia
et habundancia pacis. In utroque
rerum legitur pax, sed prius iusticia
que reperitur in uno. Legitur veri
tas in alio. Pax contra babilonem /
iusticia vel veritas contra egip
tum. Veritas vel iusticia est
cum sinceritas bone ~~conversacionis~~
conversionis et cultus vere religionis

sine transgressione finiatur / pax
cum quies conscientie et tranquilli
tas affectionum sine perturbacione
felicitate habeatur **Rubrica quo mo**
dis impediatur confessio ab impietate

Hec tamen confessionis
bonum et tantum donum impe
g ditur impietate et cupi
ditate Impietas finitur despe
racione et despectione Despa
cio nascitur ex immensitate et
assiduitate peccati Magnitudo
quippe et consuetudo deicit
a spe miserandum dum desperat
ad veniam posse venire sicut qui
grauius sepius se commiserit
Quod consuetudinaria est deo
miseracio et nunquam ab eo reces
sit Unde dicit psalmista alibi quoniam
De abissis terre iterum reduxisti
me Et alibi vero Eruisti animam
meam ex inferno inferiori In
quorum uno docemur sepe deum
remittere quod sepe committimus
in altero multa pietate remit
tere quod impietate committimus
Nam iterum reduxisti me frequen
ciam exprimit ex inferno vero
inferiori magnitudinem notat
pondusque peccati Desperacio sur
git ex modo culpe et ex genere
Modus culpe consideratur
secundum numerum cum caro contingit
et secundum quantitatem cum mo
dicum reputatur quod evenit
Genus accipio qualitatem
nature / cum complexio naturalis
temptamenta vicio fauere videtur
ut melancolicus ira / flegma
ticus oblivio sompnolencia /
sanguineus delectacio in con
stancia / Carni denique et sangui
ni communicacio carnem et sangui
nem nullatenus cognoscitur Hii
bus quorumque commissibus cum
quibus illecebris abducitur /

seducatur sicut se fatetur corruptibi
lem ex delectacione talis corrup
tibilem a natura prono et
spontaneo ractatur appetitu
An vero desperacio confiteri velit
ad salutem neque desperacio cum
et illa propria modum exaggere
rat et ista plus iusto peccatum
attenuat Desperacio non excusat
offensam sed veniam recusat
Desperatus non querit veniam
quia non querit offensam Cum
sit igitur in hac parte utrumque
sibi contrarium vicium simile
tamen impendit seruitium ini
quitati quia facit ne fiat con
fessio impedit ne detur remissio
Rubrica quot modis a cupiditate
Cupiditas dimidiat par
h tim precio estimacionis
partim concupiscencie delectacio
nis Precio estimacionis vel
retinende si habetur / vel si
appetatur obtinende Ea que
ritur aut propter solam famam
aut propter breuem cadencia hono
ris extollenciam Tunc duo a
quorum vim ignaua cupiditate
qui sciunt / sinistros et prope
estimacionem pauide verentur
euentus ne forte relatu opini
onis in sparte notiua ledatur
deleatur que opinio Quibus quia
cupiditatis appellacione species
timor pudor pariter concluduntur
quia quod maiora spectamus
quorum metuimus aliquid appre
ciabile perdere / et quod crebe
scimus / quales non estima
bamur apparere / totum ex vena
et scaturigine cupiditatis
progreditur Concupiscencia ex
delectacionis confessionem excludit
quia culpa que mulcet assensum /

lucem opera usque ad manifestationem
non procedit Quod dulce est
committere molestum est aperire pec
catumque quod amamus ne perdamus
Omnis enim qui male
agit odit lucem Qualitas
operacionum qualitas conveniens
est xx i significatio secundum capitulum
Est et operacionum bonam
2. qualitatem signari que
scripturarum auctoritate in innocen
ciam dividet et equitate Unde
est illud Custodi innocenciam
et vide equitatem Et illud Abi
ciamus opera tenebrarum et indua
mur arma lucis Illud etiam
Quiescite agere perverse discite
bene facere Preterea hec etiam Et
nolite conformari huic seculo
sed reformamini in novitate men
tis vestre Et sint lumbi vestri
precincti et lucerne ardentes
in manibus vestris Precinctio
lumborum alludit innocencie
splendor lucernarum respondet e
quitati Ubi dicendum non esse
dictum singulari enunciacione
sit lumbus vester precinctus et lu
cerna ardens in manu vestra
sed totum esse dictum plurali
enunciacione sicut est dictum Et
optime Innocencia enim consideratur
in non aliud et non in
aliter faciendo quam iusticie
conveniat et discipline In faci
endo aliud iusticia leditur dis
ciplina in aliter faciendo malum fa
cere bonum contraria sunt et unum
concludit aliud Non sic facere
bonum et non facere bene Sunt
enim simul et in uno actu Verum
non diriguntur ad lineas oppositas
et ad ordinem primum cogunt quod a
gimus bonum hoc dicamus non
facere aliud sed aliter Equitas

quoque bifariam accipitur sub vo
catione miseracionis et operacionis
virtutis Sub vocatione misera
cionis indicans apostolus operemur
inquit bonum ad omnes maxime
autem ad domesticos fidei Et
iterum Beneficencie et commu
nionis nolite obliviscii Item idem de op
eracione virtutis Vigilate sta
te in fide et alia infinita Quem
admodum autem innocencia
videtur a malo cessare ita stude
re in bono equitas diffinitur Sive
sicut innocencia est nec sibi
nocere nec alteri ita sibi et alteri
prodesse equitas Denique ubi
sunt duo genera malorum nocere
aliud unum aliud non bene fa
ciendum In illius rei figuram
legitur duos filios inde her
et onam peccatissimos adeo unus
quia malus id est nocens erat in
conspectu domini altera qui semen
nature fundebat in terram sus
tum prolis hoc nolens Nec
modo in moribus sed et in ho
minibus quibus quod bonum gene
indicet indicatur Hec quippe in
scriptura pellicanus onan mer
tor pellicanus est qui nocet
qui bene non facit mercator Qui
semen iusticie et fructum boni
operis fugit hoc mercator est in
utilis lugendus ab quibus vo
sui esse poterat et saluti Et
omnis vita dampnatus est alius
et causa similis pellicanus est
Sibiquidem reatu pro opem
plo actus Contra dicitur et
illud Duo mala fecit populus
meus me dereliquerunt fon
tem aque vive et foderunt
sibi cisternas dissipatas Sed
quam primam velud malum est
et malum facere et bonum relinquere

itu bonum est et malum deserere
et facere bonum. Alia racio qua ac-
tiam operacionis dualitas attribuitur

.h. Dicitur quoque et operacio bo-
na secundum doctrinam et o-
peracionem. Unde qui fecerit
et docuerit sic magnus vocabitur
in regno celorum. Et alibi sine ini-
quitate didici et diuisi(?). Quod
est sine iniquitate didici quan-
tum admone; alios quoque sanctia
tum et verbo doctrine dixi, utrumque
ministeris gratiam principibus ma-
xime et rectoribus ecclesie con-
venit habere ut vita magnificet
sciam(?), et vite scientia sit honori. In
quod misterium precepit lex fieri
mala punica et tintinabula
in fine tunice sacerdotalis sig-
nificante pastore sponsi sancto pastoris
ecclesiastici conversacionem et virtutum
multitudinem sub bonitate fidei
oportere sanctificari, quod ad mala
punica que sub uno cortice
plurima granorum includunt
et sancte predicacionis verbo cla-
morem sonabilemque constitum
quod ad vocem sonitus que tinti-
nabulorum. Quod quoque habet in fine
tunice fieri precipitur, figura
est vita et scienciam perseverant
impleri. Vel ad mortis optimi-
tatem iudicium que futurorum oportere
submitti aut circa finis tunice
humilitas est vite insigna scientia
et operacio constituenda sunt
ne pestis elacionis subripiat
et subruat eam. Deus enim su-
perbis resistit humilibus autem
dat graciam. Et qualiter vim
da logio contextus que senatus
alibium apium paribus dispar
operibus circus adequans, tamque
tumultus forensis sedentibus
alis sinudit atque confundit
ambiguos variaque murmuris

consilia suspirat, et inter hec agen-
dum prolixon quoque incluse di-
mitis, certatim necessariis con fi-
ciendis insidat liquoribus su-
ne cum agmine collecto simi-
libus ut acies conparat et recte
ad spolianda rura, luentum
florum colorum, sive cum ceras
ad cellas et fauca tota capta
pilosis cruribus predam, sic
cum legimus tulerit orbem
ita qui facit et docet qui verbo
monet et opere qui signa con-
firmat et vita neutrum preuentio
intermittens bene operatur
maximus vocatur in regno celorum

Alia que sit prior et potior
actio sive doctrina

.l. Facta aut comparacione inve-
nitur et tempore prior
et potior elacione actio quam
doctrina. Tempore prior quia vir
sub secreto silencii premeditamur
quod promicemus et qualiter
ita quod docemus cognoscimus
alieni iusticie et operis disciplina
proposita. Non quod bona multi
multa nesciant qui operari bona
detrectant, prout quod dictum
est quae dicunt facite, que autem
faciunt facere nolite, sed quia
religionis disciplina et operati-
cione virtutis et scientia veritatis
comparatur a cunis colligitur
plenius. Sicut enim primamus
exemplum, iam vir dulcedinem
sapidi mellis sunt nectamus
precedit usum experiencie, ita vi-
tatem iusticie largitur obser-
vacio. Et quemadmodum volu-
ntas singula cacumine virtutis
mista signatur, curius honores
sub nocte soporifera signare
incipiens, ante patribus lactea
concidit alis, quam villosa

colla subrigens vigilas peccare
ab hymantu fauciu sonos emit
tat Hic ordine pietatis prius
est agere quam docere, se regere
quam alios nec prius solum s(ed)
efficacius quia cuius vita de
spicitur restat ut doctrina quoque
pro fabulis habeatur et contemptu
Unde prius est dictum Beati immacu
lati in via et consequenter admi
tum beati qui scrutantur testimo
nia eius In laudem quoque vi
beati descripcionem quod premittitur
sed in lege domini voluntas eius
et sequitur, et in lege eius me
ditabitur die ac nocte Et rec
te a mandatis tuis intel
lexi, et apte intellectus bonus
omnibus facientibus eum Unde
nec dictum est que cepit ihesus
facere et docere, sed prius hoc deinde
illud Nec apostolus dixit discipu
lo attende doctrine et tibi,
sed in fronte hoc, et illud in fine
Electione quoque pocior est
actio, quam sciencia, quoniam sufficiat
ad salutem sine illa quod non
illa Regnum enim dei non est in
sermone sed in virtute Huic acce
dit quod euntes in emaus
nec comitatu itineris nec col
lacione sermonis coambulante
et confabulante ihesum poterunt
demonstrare noverunt at famula
tu caritatis et hospicii benefi
cio, cum cogentibus illis intra
vit cum illis et cognoverunt eum
in fractione panis Unde et
legitur Concupiscens sapiam
serva mandata et dominus dabit
eam tibi Cur oracio dualita
te sequitur per ix significaciones

·m· Ostendendum est deinde addi
Ostendum qualiter oracio duali
tate sequitur, quando oracio sit,
que species eius aut facienda
sit preter hoc unde adimitur
ut fiat, unde ut proveniat
et unde ut permaneat Sed fi
nem unde ne fiat unde impe
diatur Scriptimus igitur ad ulti
ma pervenimus ordine suo
Descripcio oracionis et descrip
cionis exposicio

·n· Oracio est simplex inden
intencionis directio
Brevis debet esse et bre
viter est descripta Descripcio
brevis brevem proinde debet
habere explanacionem intencionis
dixi, ad ubi sit sedes oracionis
exponendum Cum enim dicatur
aperte ysaias voce tu es deus
absconditus, non in supplicacio
nibus corporaliter exhibitis
non publice deprecacionis for
ma, sed in signaculo cordis
et abscondite intencionis ado
ratur affectu, Sed quod illud
Desiderium pauperum exaudivit
dominus preparacionem cordis eorum
audivit auris tua Unde et
moysi tacenti dicitur videtur
Quid clamas ad me, mutus
erat et sicut homo non apices
os suum auribus humanis di
vinis clamat pluribus orans
et citius audiendus per hoc Ideo
hoc etiam instruimur sit Tu autem
cum oras intra in cubiculum tuum
et clauso hostio ora patrem
tuum, et pater tuus qui videt
in abscondito reddet tibi Di
rectio dixi contra labentes cogi
tacionum ymagines quas me
ntium multivago discurrendo
fantasiarum distorquet impu
ritas decipiens Unde morien
tes perdunt puritate virgini
ta Quod est mordacius discur
sus impuritate levium cogita
cionum puritas oracionis impeditur

Supplico dixi pro simili acquisitione
dandorum vel datorum similiter sim-
mili gratiarum actione. Tunc au-
tem ut a principio sufficienter copu-
lemus invicem per intentionem
sedes orationis, utique perductionem
utilitatis per supplicationem sub-
auditur. Intentio est ei locus
ubi effunditur, directio est virtus
in qua perficitur, supplicatio est
ei causa pro qua recipitur.
Est enim intentionem dirigere adden-
do sed dominum non supplicat nodum
utilitate. Semper aut utiliter cu
supplicat. Deus enim superbis re-
sistit, humilibus autem dat gratiam
et cor contritum et humiliatum
deus non despiciet. Hanc
descriptionis formulam descrip-
si non quasi a me, sed unige-
nitus qui est in sinu patris
sic descripsit eam. Spiritus est deus,
et eos qui adorant eum in spi-
ritu et veritate oportet adorare.
Oportet ita et ita fit in spiritu
et veritate, id est in directione et in-
tentione sine ymagina-
tionum corporalium in hac suppli-
catione inhiberi. Et si distinctius
ordine commutato in veritate
sine ludificantium infectione
fantasiarum quod ad directionem,
in spiritu in applicatione cordis
non in corporis situ, quod ad
intentionem. De prima specie
orationis et speciebus eius
exclamatione et postulatione
·a· Cuius species sunt invo-
catio et laudatio. Invo-
catio est supplicatio peti-
toria beneficii tum ad remoti-
onem malorum tum ad bonorum
acquisitionem. Pro removendis
malis sive vite alterius, ut
non intres in iudicium cum servo
tuo domine, sive huius ut

Sana me domine quoniam contur-
bata sunt omnia ossa mea.
Et pro aliis generibus altius. Pro
bonis acquirendis aut vite
huius ut cor mundum crea in me
deus, spiritum rectum innova in visce-
ribus meis, et aliis generibus
altius aut futuris ut concu-
piscat et deficiat anima mea
in atria domini. Sed sicut etiam
pro bonis vite huius que sunt
quidem, sed ut semper habeantur
oratur. Ut ne [illegible] proicias me
a facie tua et spiritum sanctum tuum
ne auferas a me. Ex quo col-
ligitur licet quoque non bona
que non habeamus huic, sed
que iam habemus dona conser-
vari cogitemus et confir-
mari recte in acquirendis bo-
nis annumeratur hoc etiam, quia
confirmationem bonorum petere est
petere bonum et donum, quod nunc
dum habetur. Sed quod illud
Manda deus virtuti tue con-
firma hoc deus quod operatus
es in nobis. Erit autem intentio
sive invocationem pro depulsione
malorum dicitur exclamationem quam
in angustiis positi et oppositi
turbinibus tumultuum exclama-
re, id est magna vi et intentione
valida supplices dicimus. Pro quo
et iterum. Clamaverunt ad dominum cum tri-
bularentur, clamaverunt cum tribu-
larentur. Et in tribulatione mea
invocavi dominum et ad dominum meum
clamavi, et alia in eiusdem speciem.
Invocationem pro impetratione bo-
norum dicimus postulationem sic
postula a me et dabo tibi gentes
hereditatem tuam et cetera. De secunda
specie orationis et duabus speciebus eius
·p· Laudatio est speculativa
divine magnificentie
benedictio huius species sunt

exaltacio / et gratiarum accio Exal-
tacio est ammiratiua diuinitatis
honorificacio Ea sit per simplicem
intuicionem / et per co(m)prehensiuam
assumpcionem Per illam fit / cum
de maiestate sua solius / et non
de operibus in ammiracionem eius
assurgit in superiori percontationem
tenacio Vt psalmista cum dixisset
Exaltabo te deus meus rex et
benedicam nomini tuo in seculum et
in seculum seculi / adiecit in mente
simplicis intuicionis formam
Magnus dominus et laudabilis ni-
mis et magnitudinis eius non est finis Per
comprehensiuam assumpcionem / cum ex
inductione comparationis / cum
ex rememoracione potestatis et pre-
dicande consuetudinis Ex induc-
tione comparationis cum laudabi-
libus ipse laudabiles et sanctitate
quos merito sanctitatis et vite
celebrat opinio asserit comparabile
Vt quis in nubibus equabitur
domino / similis erit deo in filiis
dei Ex rememoracione potestatis
cum in eis que fecit / et in hiis
que facit in eis / eminencia per-
cedentis agnoscitur In eis que
fecit vt tui sunt celi et tua est
terra / orbem terre et plenitudinem
eius tu fundasti / aquilonem
et mare tu creasti In hiis que
facit in eis vt omnia quecumque
voluit dominus fecit in celo et in
terra et in omnibus abissis Ex re-
memoracione predicande consue-
tudinis / cum zelus eius in pre-
dicantes resistentes et impe-
nitentes suspicatur proiectus Vt
custodit dominus omnes diligen-
tes se et omnes peccatores dispar-
det Verumque etiam simplex in-
tuicio comprehensiuam recipit assum-
pcionem / Vt gloriam sanctitatis
tue loquentur · et m · t · n · Duas

duas exaltacionis species sic sub
capimus certificate nominibus
primam speculacionem altiorem ammira-
cionem vocabimus Illam sic ex-
cellenciam / istam sic / quia de hiis
que pertinent ad eam / diuina denique
operibus ammiramur Vt celi enar-
rant gloriam · d · et · o · m · e · a · f ·

De secunda specie oracionis et duabus speciebus eius

Gratiarum accio est votiua
·q· pro gratia suscepta muneris
communicantis laudacio Ea
cum fit pro remotis malis di-
citur glorificacio Vt glorificabo
nomen tuum in eternum quia misericordia
tua magna est super me et e a
m · ex inferno inferiori Cum pro
bonis exhibitis vociferacio no-
minatur vt cantate ei canticum
nouum · b · psal · ei in vociferacione
Canticum enim nouum addona
restitutum signacionis quem ad ex-
cessiones piaculorum attinet demonstratur
Orare non magis orantes
oramus debitum superiorum sup-
plicacionibus nostris per quamcumque
necessitate quam intuentes
potenciam eius / et misericordiam
eius super omnia opera eius
Vnde benedicite in ecclesiis
deo nostro de fontibus israel specialiter
continuamus comitantes vtique rei

Cur sit oracio facienda · i · quia tonc

Videbitur fortasse pluribus
non incumbendum nec
·r· vtile deum nobis significare debe-
re peticionis nostre causam talita-
li scilicet quia sit presencia omnia nec
suggerimus postulacionis affectum
cum ut rursum nesciamus dicente
apostolo quid oremus sicut oportet
nec rationabiliter videbimur sig-
nificare voluntatis appetitum scien-
ti cogitaciones hominum / nec turpe
condigne peterem quod apostolus au-
det / et dicit nos nescire Sic enim
repulit filios zebedei / nescitis

inquiens quid petatis. Erat
discipulos quos ex indigentia
necessitatis interrogare intendebat
scit enim pater vester antequam petatis
quia hiis omnibus indigetis
Quasi non est querendum
filiis a patre quo pater novit
egere filios. Ergo autem nichil o-
rare solum tamen non indigemus et
illa quidem vera sunt sed non hec
b ex illis. Circa enim sunt que opor-
tet sicut debemus orare. Iusti-
cia in conversacione solacium in vo-
luntate felicitas in salute. Sed
in duobus ultimis nescimus
sicut oportet aliter tamen nescimus
in uno certum aliter in altero
Novissimum enim nescimus pre
dignitatis et glorie inestima-
bili felicitate. Quod ideo sicut
oportet nescimus querere quia
sicut est et quanta est non suffici-
mus cogitare. Hoc est illud
quod oculus non vidit nec au-
ris audivit nec in cor hominis
ascendit. In quo tamen scimus
omnino expedire exaudiri et non
exaudiri expedire. Solacium por-
ro voluntatis sicut est erepcio
ab oppressione sicut affluere
pace mundi et honoribus eius est
vel. Denique sunt omnia dona
nature et gratie nonnulla. Ne-
scimus omnino utrum expediant
pro periculo vel utilitatis am-
biguo. Periculo enim est fre-
quenter eorum successus et occasio
utilitatis discessio. Ubi falle-
batur et paulus usque tercio ro-
garet dixit ei dominus responsum
sufficit tibi gratia mea. Nam virtus
in infirmitate perficitur. Et sepe
sanctis fuit ei postulacionis tri-
plex repulsam quia exaudiri
eis decernitur. Desperandum

certum attulit eis non sunt
fraudati a desiderio suo. Sed hec
esse . c . c . v . o . r . zz . d . a . super eos
Virtutes autem sine quibus
nec iuste vivitur nec pie sicut
fides ipsa et pietas, certum est
tamen expedire quia ipsam felici-
tatem ad quam sine eis nulla-
tenus pervenitur. Tali certitudine
comparata non destruimus sed in-
struimus potius quicquid oramus
nescimus sicut oportet. De duobus
enim tantum accipiendum est non de
primo. Et si de primo utique non ipsum
sicut oportet querere scimus quia
si nescimus quanta sit ad quod per-
venitur nescimus certe quanti
pendendum sit per quod venitur.
Sicut qui quanta sit sanitas
nescit, recte dicitur et nescire
quanti sit medicina ex qua est
sanitas. Sed quod manet adhuc
tam invisibili et in conspectu
spiritui nunc canticis spiritualibus
nunc simplici formacione me-
brorum. Nec putemus voluntatis
affectu respondemus coaptacionem
corporalem separacionem et inactacionem
esse affectus nostri non commocionem
aut commocionem eius. Nostra enim
animus non separat nisi avertens
ab eo quod non est et ad id quod o-
portet convertitur. Animus aversionis
conversionis quoque recreacionis occasi-
o est religiose institucionis que
intentos ad illud ad id quod
magis aut tunc expedit excep-
tacione pia pulsat et impellit
Interiorum aut adiuncto est
et ubi intencior gratia virtus
ferventior cooperacione constatur
utilitas. Quare oportet semper
orare et non deficere. Unde
c Adiuvet oracio ut fiat
A dampnatur oracio ut fiat
tam tempore altius tamen nec

Alteciuis repetitu vel zelo comu
tionis in illum. vt effunde ira
tuam in gentes que te nõ no
uerunt et in regna q̄ nomen
tuum non invocauerunt / Vel affectu
dilationis vt nõ cessemus oran
tes probis. et in corde nr̃o est
ad commonendum et ad convinc
endum / Respectu vero tam oppressionis
necessitatis / tum admiratione co
perte virtutis. Necessitas est in
violentia temptationis / et in
desolatione virtutis / vnde evenit
turbatos querere subsidium et vo
tis maiorem orare supplicabus
Votis supplicat quem urget
necessitas. cum angustie sunt vndique
sed quod illud Cum occideret
eos querebant. e. e. r. z. d. u. adeu
et rememorati sunt quia deus
est adiutor eorum. et. d. e. r. c. est
Et illud miserere mei domine quoniam
infirmus sum. s. m. d. q. c. s.
omnia ossa mea. et anima mea
turbata est valde Quod ad
temptationis oppressionem. Cor
meum conturbatum est in me. d.
m. v. m. et. f. o. m. z. r. nõ est
necessarium hoc ad desolationem vir
tutis et doctorum simul vocem
clamantis in quarto cantico
graduum Miserere nri domine
mi miserere / quia multum repleti
sumus despectione Multum repleri
despectione videtur / oppressione
temptationis. et destitutione
virtutis urgeri. Est enim urgeri
illa quando non ista et tunc
non est multum repleri despec
tione Et est ista tum nõ illa
et nec tunc multum Sed cum
vtraque tunc multum. tunc nõ
semel. sed bis repetito clamamus
miserere nri domine. m. n. q. m.
r. s. d. Et est tunc hinc nõ ur
gemur orare / quia non ur
gemur hinc in vitam. aliunde
ab admiratione comperte virtutis

Sed quod illud Clamabo ad deum
altissimum. d. q. b. f. m. Et illud
ad idem illud Memoriam habun
dantie suavitatis tue eructa
bunt et iusticia tua exultabunt
Et in cantico amoris Exulta
bimus et letabimur in te memo
res vberum tuorum super vinum Si
mili affectu incitabatur maria
sedens et audiens verbum ex ore
verbi Evenit etiam pariter
et oppressione necessitatis et vir
tutis admiratione suscitari oran
tis affectum Veluti prodigus
in regione dissimilitudinis con
stitutus / quanti inquit mercenarii
in domo patris mei habundant
panibus ego autem hic fame
pereo / et veluti cum vox 2 que
rela auditur in opere Surgam
ad virum meum priorem / quia tunc
michi bene erat magis quam
nunc Estimari potest preter hoc ex
instinctu divine bonitatis 2 po
testatis surgere deprecationem quod
verum est / sed non pertinet / quia
sub admiratione comperte virtutis
Hi quibus tamen distinctius et
manciās plenius quibus omnibus
ascendit oratio sanctorum praecipit com
punctionis sancte speciebus / et
cas ad hanc quoque causam in
torqueat Siquidem compunctio
ab eis emergit solis / sed nõ sola

Unde admonet oro ut perficiat

·v· Ut perveniat. i. ut recipia
tur adimatur. si fit quod
sapitur Si quid petie
ritis in nomine meo. hoc faciam
Quod et quale est nomen hoc
Quod os pauli evangelizavit
Iam nominavit nolo dicere / loqui
mur aput ypsiam Ego qui
loquor iustitiam 2 propugnator
sum ad salvandum Amplius au
diamus inquit vobis nam prim
dei virtutem et dei sapiam / vt
ad scitatem / sapia ad cogitationem /

Hac comparatione virtus est nobis
innotescente salutis · sapientia in di
scretione voluntatis in singulis
petendis. Jeremias testificans
levemus inquit corda nostra cum
manibus ad deum. Cor ad sa
pientiam quia in ipso et corpore est
ipsa. Juxta quod illud Qui in iusti
tia meditabitur sapientiam. Manus ad
·x· virtutem quia in operibus et corporis
est ipsa. Et ad hoc illud Bene
dictus dominus deus m· q· d· m· m·
a· p· et d· m· a· bellum. Et illud
Posuisti ut arcum m· b· m· Et ad
hoc sanctitatis manus habere
hymnum Lavabo inter innocentes
manus meas et manus
meae distillaverunt myrrham assu
mus, virtutem simul et sancti
tatem esse verum, quia deus qui pre
cinxit me virtute et p· i· v· m·
commanemus, Christus enim dei virtus
et sapientia, totum se nobis et sibi
nos totos informare dignatus ·c·
pro acquisitione virtutis vel
sanctitatis humilitatem, pro sapientia et
discretione voluntatis, fidem pre
·a· dicavit et docuit. Super quem
inquit requiescet spiritus meus
nisi super humilem et quietum.
Spiritus enim virtus dicitur. Apostolus: virtus
altissimi obumbrabit tibi. Et
Apostolus: vos sedete in civitate quo
adusque induamini virtute ex alto.
Alibi quoque ex fide sapientiam re
promittens, nisi credideritis
non intelligetis. Et convenien
ter pro reparatione salutis dominus
hec inspirat et immittit, quia, si
cut audivimus auribus nostris
et patres nostri annuntiaverunt nobis,
vitiis superbie pollutus et insi
pientie cecitate deceptus mi[...]am
dus corruerat. Cognosco con
trariis salute tribus illapsa cura
tur: corruptio discretio restituitur
supplicatio adimitur. Orare si

fallat orantes petitio, non peti
mus in discretione voluntatis, hec
est in sapientia. Si in vita vel co
gnitione pollimus supplicantes non
supplicamus in sanctitate humilita
tis, hoc est in virtute. Ergo nec
·b· in nomine Christi surgimus quia fides
respondet sapientie, humilitas sanctitati,
orantes petimus in nomine Christi
si in fide petimus et humilitate,
non tamen illa et tamen ista, sed
semper utraque simul. Semper igitur
in oratione iungenda est illa huic
et hec illi sociandam. Fides enim
tamquam proxima elationi ex securi
tate quam gignit humilitati
presumptionis adversaria socia
videtur. Item humilitas
quia ex deiectione cum inclinat
desperationi vicina, iungenda est
fidei desperationi locum tollenti
et vires. Ideo ne hesitet oratio
fides ei sit, et ne iusto amplius
de se confidat humilitas. Si quid
inquit veritas orantes petitis
credite quia accipietis et fiet
vobis. Et publicanus qui ascen
dit in templum ut oraret, non
aliunde nisi ex humilitate de
scendit de templo iustificatus,
quia omnis inquit qui se exal
tat humiliabitur. Ratio autem fi
des et humilitas prima sint
et sola sufficiant.

Amplius autem ad amplius
·d· dicendum et demonstran
dum hec esse prima et so
la sufficere. Prima esse quia nulla
priora eis. Sola sufficere quia
sine aliis spiritualiter. Sine enim fide
impossibile est placere deo, et o
portet accedentem ad deum credere
quia est. Item deus dat humili
bus gratiam, et humiliatus sum
et liberavit me. Et nisi quis humi
liatus fuerit sicut parvulus iste non

intrabit in regnum celorum. Sed hec distinctis proprietate singularum fides oracione confidencia est, veniens a conscientie merito et miseracionis divine respectu. Non separatim per singulis, sed coniunctim per ambobus, sicut dicto quasi sic lego: Ecce ipse qui dixerit miserere mei deus statim intulit secundum magnam misericordiam et secundum multitudinem m. m. t. d. i. m. In quibus liquide propiciacio divinitatis innuitur. Deinde adiciens amplius lava me ab iniquitate mea et a p. m. m. me subicit, quoniam iniquitatem meam ego cognosco et p. m. c. m. e. semper. Et hic conscientie bone ostenditur initium. Cuius summa bonitas est noticia peccati dolori iuncta et odio. Ex quibus duobus, scilicet bonitate dei et vita, quarum una pietati indicatur, altera conscientie bone vel bono innititur, letus in fiduciam, fidus in leticiam replet animus. Inde iudicem misericordem propterea malicia sciens esse prestabilem. Sunt in conscientia ac vite mixta bona et cogitacionis multa mixta aute deinde. In quorum uno si sibi male conscius est, eciam autem postulet, hesitat oratur. Qui innocens non quidem hesitat sed tamen alacre subtrahet leticie singularis virtutes attenuat. Curare per fiducia talis qualis letalis sensus periculo est iam acquisitis et acquirendis adhuc sicut naufragus est anxior molestiorque fiducia humilitatis citamine. Eius quo sit origo et unde non est in peccatoribus peccatum. Valet igitur et propter talia humilitas et fides in oracione confidenda

sibi sunt ut illa sine reatus precibus, sine despectio preces animo inaulatur et ita totus totus reatus et presumpcio hec ut per concepcione doloris optimi, et gracia divine propiciacionis instituitur fiducia et per utramque per gaudiam impressionis certificatur. Sed quia sunt quia alia videntur nimium hac non sunt alia, sed per contumacia abusus ut assiduitatis eius lege est in evangelio ubi media nocte molestus appellatur amice pulsat amicum et de qua Iacobus multum valet oracio iusti assidua, et ut timor servus deponit voluntate timentium se facit et deprecacionem eorum exaudiet et salvos faciet eos. Et ut dileccio, ut qui diligit me diligetur a patre meo, et ego diligam eum et manifestabo ei me ipsum. Et ut veritas, de qua dicitur: prope est dominus omnibus invocantibus eum in veritate, et alia infinita, quibus origo duo sunt. Unde nobis sermo.

Vnde adiuuetur oracio ut perueniat. ·e·

In pia virtute inque collate devocionis alacritate permanet virtus oracionis. Unitate intencionis et depulsione securitatis. Unitas intencionis dat copiam retinendi, sed quid boni in oracione meruimus. Depulsio securitatis stimulat custodiet id ipsum. Ideo depulsio securitatis que incitat ad intencionem prestancior est unitate intencionis, que simplicitate intencionis auxilii largitur ad id. Denique sub multiplicitate negociacionis ubi non est unitas intencionis, est utilior retinere sollicitudinem sed quod idem est securitatis depulsionem.

Non est autem omni operi utili-
tati unitatis intentionis sollici-
tudine absentante vitam et stu-
dium. Continuus enim tepor acqui-
escat carnem et singulum tepor
ingreditur et aggreditur cor
emunitus et vacans dicitur
qui vox comminationis et impro-
perii. Utinam frigidus esses
.c. aut calidus. nunc autem quia
tepidus es incipiam te evomere
de ore meo. Est enim in quo peior
est tepor quam frigiditas. Non
enim per omnem modum. Nocen-
tior est utique tepor quam fri-
giditas non solum causa peri-
culi que maior est in hac quam
in eo sed secundum impedimentum
recuperandi fervoris quod magis
est quo eo quam quo ea. Difficilius
tepidus assurgit ad gratiam
vero restituitur ad gradum pri-
stinum frigidus facilius et sepius.
Ei quippe deest materia timoris
et occasio humiliandi, habuit
aut non. Sed quod illud Proverbiis
quam humiliarer ego deliqui
propterea eloquium tuum custodivi. Ei
eloquium tuum custodiendi occa-
sionem accepi quod dilecto. Sicut
quibusdam multiplicate sunt
infirmitates eorum. postea acceleraverunt. Primo
igitur securitatis vicium solli-
citudo virtutis sicut teporem pro-
sequitur, sequitur voluntatis
et studium assiduandi orationem
et consequenter continuandi per eam.
Sit ut hiis agendis locus sit
et spacium. Ingeritur unitas inten-
cionis que curiositatis aut in-
utile dispensationis vagabun-
dos occursus infrenans plurimi-
bus occlusis, ad meliora et vi-
ciniora saluti revocat et includit.
Intencio enim multiplex singulariter

abdicat et curam multorum curam
tollit unius. Porro unum est
necessarium inquit non subsistit
qui dividitur impetus. Sed quod
illud Posuerunt me custodem in
vineis vineam meam non cu-
stodivi. Et illud ad illud idem.
Expoliavi me tunica mea quomodo
induar illa. Lavi pedes meos
quomodo inquinabo illos. Comitacionis
quoque detes-
tacionem in adolescente qui
tecta sindone nudus profu-
git ab eis et in Ioseph qui fugi-
tans domine clamidem deserens
potius quam se illotione pedum
quam in Iob qui pedes lavabat
in butiro. Ergo ne vultus oran-
tis post effusas ante deum preces
supplicibus deprecationes ampli-
us in dimissa mutetur effuget
securitatem, repetet et custodiat
sollicitus opportune dulcedinis vo-
lubilitatem. Proximum unitatem reci-
piens in tentacionibus post accessus
altaris et theologicas confabu-
laciones desperatis presentibus
solaciis, non fabulis, non nego-
ciis implicet se secularibus, nec
se turbis turbandus opponat.
Hic opera quanta cautius prestitit
in colligendis, tanta in retinendis
est retinenda virtutibus. Unde
impediatur oratio ne fiat.

Ex quibus et unde impedi-
.f. atur oratio ne fiat, ne
recipiatur, ne permaneat
ex eis unde adiuvatur, ad hoc
comprehendendum erit, non quod
ex eis ipsis adiuvetur, et impe-
diatur quibus adiuvatur, sed
quia ex contrariis. Quare pene
videtur idem omnibus, que et qua-
liter sint ei auxilia, et que et
qualiter impedimenta. Ea causa
que de comprehensione diximus
impedimentis hinc ipsi consi-

deracionum opitulabimur. Sub
septima distinctione continentur
significationes xxxiii usque ad
vicesimam septimam cum capitulis istis

Racio cur et qualiter resurrectioni
comparetur dualitas. Capitulum

Dormitantem me
a tedio curarum et
vite [?] resur
rectionis expectacio
suscitat et o
culos ante plu
dens ymago novissime lucis
hominis levat pondus. Hominis tri
stitie secretius eblanditur. Resur
rectionis secunde cogitacionis quod
satis tenus submurmurat animo
felici quoque auspicatos oculos co
firmatur. Exterior Sed [?] in [?] signis

Sicut enim novis varietatibus post
hyemis sepulturam renascentis
orbis induitur protoplastus pulcer-
rima rerum ab ymis terre
surgens viscribus ad vitam
estimi redditus ac si resurrectio-
nis ad gloriam attollitur leta-
or. Regreditur amnis ripa
plenus decore renitens. Sed et
camporum planicies superficies
tie tinctura pingitur diversis
coloribus. Surget in eis gla-
dina silvestris apium cum flos
aureus coronat mirifice ulua
et anagallica lacteis liguis
adeum septa carimen filix
et dragmitthea serpentibus
innata folia stipitis alti macu-
lis variata colubrinis et botrus
capitis florei sanguineis deco-
rata figuris. Trifolium quoque
villosum sub rubeo quoque rutilans
ceteris herbis non parvi decoris
accomodat. Progrediuntur talia
taliter in ymaginem et simili-
tudinem resurrectionis. Cum cum
mortale hoc induit in mortali-
tatem et corruptibile hoc in cor-
rupcionem tunc fiet sermo qui
scriptus. Absorpta est mors
in victoria. Ubi est mors victo-
ria tua. Ubi est mors stimulus
tuus. Quasi desiat ita ut non
sit. Quasi yemps transijt ym-
ber abijt et recessit. Flores appa-
ruerunt in terra nostra. Sibi perficit
aut resurrectio mortem vincit
ad victoriam et stimulum eius.

·R· Mors triplice significationis
acceptione peccatum accipitur. Ut
peccatum cum consumatum fuerit
generat mortem. Omnibus mor-
tis victoriam dissolucionem nature
et spiritus accipe separacionis accipio.
Etiam quidem per unum hominem

intravit peccatum in mundum et per
peccatum mors. Et ideo omnes mori-
untur. Et dicitur de qua mortis
stimulus sive aculeus eius
mortis suggestio intelligitur
peccati dicta et ipsa peccatum
tum quia de peccato duxit origi-
nis principium, tum quia si ipsi
consentit dum ipsa sentitur
sauciat et induat in peccatum.
In resurrectione et post resurrec-
tionem nec victoria erit nec
stimulus sed victoria victoris
et stimuli corruptibili hoc in-
duente incorrupcionem et sug-
gestionem beatitudine separante
secundum quod illud. Ut impleamini
in omnem plenitudine dei. Quod
non est ut sitis pleni sicut
deus qui sibi et de se ipso ple-
nitudo est, sed et quidquid in nobis
est deo impleatur spiritus anima
et corpus. Unde et corporis
gloriam salvatorem expectamus
qui reformabit corpus humili-
tatis nostre configuratum corpori
claritatis sue, quam scilicet illi prop-
ter omne omnium sideris imbutum compa-
rabili transfiguracione splendore
rutile resurrectionis in rexit.
Quam cum discipulis non ob-
iectavit ne palpebra mortalis
tantam prius ad claritatem
aut ne forte non agnosceretur
aut crederetur si alius vel aliter
appareret quam prius. Frustra il-
lam Thome obtulisset vel ex-
parte, qui fidem differebat
et fatebatur diffidenciam dum
latus contrectavit locumque
clavorum. Denique quibus eam
putavit apparere non est agni-
tus licet dominum coambulans et con-
fabulans, ut duobus euntibus
in emaus. Nam inde etiam po-
terant teneri oculi eorum ne eum

~~dualitatem~~ agnoscent Porro ad
spiritus gloriam ideoque ad stimuli
victoriam saevimus quia cum
apparuerit ipse ei cuiusque eius
.v.c.s.e. Et in visione clarissima
de abstergat deus omnem lacri
mam ab oculis eorum et dicet
qui sedebit in throno Ecce nova
facio omnia Et ad hoc respiciat
binarius qui primus alios facit
et novos quinarius per illum di
citur Ergo in resurrectione
carne perpetuam claritatem per
tiam quoque spiritus obtinere be
atitudinem implebitur, sicut
in terra duplicia possidebunt et
omnes domestici eius vestiti
duplicibus Videtur fortasse si
gnificanda duplicia duo angeli
qui sunt in monumento unus
ad pedes alius ad caput ibid
quasi carnis qui sedebat ad pe
des spiritus qui sedebat ad caput
monstrante felicitatem Et ita
duplici felicitate resurrectioni
dualitas applicatur Item alia ratio

.i. Rursum resurrectio accipitur
ut ab iniustitia ad fidem
ut venit hora et nunc est
quando mortui audient vocem
filii dei et qui audierint vivent
Et a corruptione ad incorruptionem
ut veniet hora quando omnes
qui in monumentis sunt audient
vocem filii dei et procedent

Vicesima quinta significatio de
armonia dualitatis et fidei

.k. Armonia dualitatis et
fidei perspicax inquisitor
estimabit in multis primo
quidem quod ut illa inter
prime stationis obtinet in serie
numerorum, sic fides in katalo
go virtutum ceteras antecedit
Unde oportet accedentem ad deum
credere quia est Sed nec despexit
apostolus ex fide in fidem, fidei et dua
litatis nulla intellecta proportione
Amplius Sicut dualitas coniunctione
iungitur unitati et ternario sic fides
veritate una unum deum attingit
et trinum Prospicio rursum et aliud
quod mente pertractans satis
digne non sufficio admirari Cum
enim minor cubica multiplicatio
altior est ulterius quam progreditur
quam quadrata eorum quos
finitima coniunctione naturalis progres
sio facit esse contiguos Quia
alterius porrigitur ter trinum ter
quam quater quatuor et aliquando
quater quatuor quater quinquies quinquies
quinque Similiter in ceteris Et
eis quibus non sic equivalet est enim
hic non sic equinus est enim
bis binum bis quam ter trini Cubus
qua singulari proprietate magnum
colorat misterium et fortasse ideo
quod prima et perfectissima fidei
integritas ad prima non assurgit
perfectam trinitatis scientiam maxi
ma dualitatis contractio ma-
xima ternarii coequetur Sed quid
ut aliter et qualiter armoniam
dualitatis et fidei significemus
describamus fidem et efficaciam
ac partes et causas operibus ita
ut differentias singularum

Descriptio fidei et expositio in
unam partem descriptionis .l.

.l. Fides est dicente apostolo
substantia rerum sperandarum
argumentum non appa
rentium In qua descriptione pri
mus est dividendum quid autem
que sint res sperande et rursum
que non apparentes Similiter et
qualiter et cur illarum substan
tia sit fides non argumentum
harum non similiter sed communiter
Res sperande quamvis multe
sint unus sive tamen sive una
sunt Et quod multe dicuntur
habundantia est ex excellentia

quia vna sunt in multis copia promittitur
in vna precium sunt in aliquo similes
erunt qui pervenient ad vna
et rursum in aliquo differentes
qui pervenient ad singulos
Et erit sicut legitur Deus
omnia in omnibus Vos vna mi
te erit cum deus omnibus omnia
erit ipse erit requiritas impassi
bilitas et claritas Idem erit
leticia plenitudo eternitas vt sic
illa reformabit corpus humili
tatis nostre configuratum corpori
claritatis sue ut sit et ista vi
debimus enim sicuti est vos
iste sunt sperande i. et copie
gloria dignitatis sole spectabi
biles et spectabiles sole auctore
devotione fidelium Spes enim non
confundit Tanta talium que
rerum dicitur fides substantia i.
possessio eo locutionis genere
quo aurum dicitur species honoris
et species gloria illud sicud
regnum principatus acrescit hoc
sicut corona clarum nomen
et fama celebris effunditur
Sic fides species est i. possessio rerum
sperandarum cui promittitur et
tribuuntur eternitas Sicut pro
missione habentes vite que nunc est
et future potens et ambienda
possessio spacio enim thesaurus
felicitatis eterne in sortem nostre
distribuitur hereditatis Substan
tiam in scripturis accipi pro pos
sessione legitur cum dicitur
de iustis Erat illis species multa
Et intelligitur possessio multa
Rursum fide potius substantiam
legimus in vna de triginta ma
ledictionibus in iudam Scrutetur
fenerator omnem substantiam e. et
d. a. s. e. Substantia et labores
fidem dicit et opera Et quia fides
interius est quasi in occulto
labores exterius et quasi in
manifesto ideo singulis alludens
vbi scribitur hic dixit dixisset
Item quia fides vna est et sim
plex opera multiplex ideo sub
non habet et labores non labo
rem Fenerator puto diabolus
qui minus dat et accomodat
amplius petit et repetit fabu
las quidem ad unius peccati
delectationem sed inde iterum
urgens repetit et addit aliud
Sic philosophus clamat alter ad
alterum et sanguis sanguinem
tangit et superbia superbiam con
iungitur et superbia eorum ascendit
semper et qui in sordibus est sor
descat adhuc Vel omnem substantiam
fidem dicit et opera labores aut
mercedes laborum vt opera illorum
sequuntur illos i. mercedes operum
Et convenienter dicitur fides substan
quasi subsistentia quia fideles qui
soli subsistunt vt capillus de
capite vestro non peribit et in me
moria eterna erit iustus et ego
sum deus abraham deus ysaac
deus iacob hoc michi nomen
in eternum i. qui facio eternos et
vere subsistere sicut istos sic
similes istis filiosque quia non
abeterno abraham ysaac et iacob
nec abeterno nomen illi Deus
abraham ysaac et iacob Deum
quia sonant non in hoc nomen
abeterno sed hoc incipit michi
nomen in eternum Non sic impii
non sic sed transiunt et esse non
erit et perit memoria eorum
cum sonitu et deficiant peccatores
a terra et iniqui ita vt non sint
Coniunctim quoque de fidelibus et in
fidelibus qui vocat ea que non
sunt tamquam que sunt vocat

Expositio in altam partem de
.m. Sequitur in scriptionibus
descriptione fidei argumen-
tum non apparentium. Non
apparentia sunt que nec sensu
corporis percipiuntur nec diffiniun-
tur intellectu. Nam hoc aut illo
modo apparent, vere apparent
et vere inter non apparentia
non numerantur. Solum quod
non contingit sensus, quod nec
sentit racio, fides attingit. Non
querit assensum experienciam
diffinicionem a racione se contenta
fugit sensum, quod fides atti-
tat. tacet racio ubi fides cogi-
tat. Racio presidet sensui, fides cam
quoque transcendit. Quod oculus
non videt nec auris audivit
nec in cor hominis ascendit, hoc
est quod fide contingitur. Ideoque
nec oculus sufficit, nec auris
ceteri sensus non sufficiunt. Su-
mus ad quod non sufficit cor
hominis, nec racio sufficit nec
intellectus. Tamen quod nec
sensui, nec racioni apparet, an
sit, an qualiter est, apparet fidei
quia est, qualiter est, et si non
quantum est. Prestat etiam racio
typicas ymagines rerum appa-
rencium oculis fidei quibus
monita et munita usque ad non
apparencia subvehitur, et a visi-
bilibus ad invisibilia translata
ascendit saliens in montibus
transiliens colles. Conicit ex-
pertibus absencia similia ex si-
milibus veri simili coniectura
diffiniens. Nec omnia non appa-
rencia convincit. Sed ea tantum
